Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0001-2
DFG

Dv 2139

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0002-8
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0003-4
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0004-0
DFG

V 2792

Venetiis, 1516

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0005-6
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0006-1
DFG

DIOSCORIDIS DE MATERIALI MEDICINA

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0007-7
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0008-3
DFG

PEDACII DIOSCORIDIS DE MATERIALI MEDICINA

IRIS ILLYRICA C.I.

Ris, Alii Iris Illyricâ: Alii Thalpide: Alii Vrania hoc ē cœlestis:
Alii Cathaeron: Alii Thaumastos hoc est admirabilis: Romani
I Radix Murica: Alii Gladiola: Alii Opertrites: Alii Cōsecratrix:
Aegyptii Nar. ab arquu cœlesti nomē accepit. folia habet gladio
li, maiora dumtaxat, latioraq; atq; pinguiora. Flores in caule ipso alternis semper caliculis inflexos. diuersi coloris specie. candidos. pallidos. luteos. purpureos. ceruleos. De qua uarietate cum cœlesti arcu, sicut dixi: similitudinem meruit. Radices geniculatas, solidas, odoratas. hæ simulq; recisæ sunt: filo suspensę in umbra siccātur. Laudatissima in Illyrico, Macedoniaq;: in qbus locis discrimen illud notandum, ut intelligatur esse optima: quę radice spississima sit. Item cui breuiuscula hęc frangiq; contumax subsit, colore subruffo, odore uehementer iucundo, gustu amaro, olfactu sincero, non madido: sternutamenta, dum tunditur, mouens: proximum locum habet Africana, colore albida: gustuq; amarissima. Inueteratę, teredines sentiunt: sed euadūt odoratiores. Vis ei cō calfactoria, extenuatoriaq;: utilis tussi. Comminuit enim humores excreationesq; faciles reddit. Pituitam crassam, & bilem denariis septem cum aqua mulsa detrahit potu. Somnum conciliat, & lachrymas. Torminibus medetur. cōtra serpentium morsus ex aceto ualet. Item lienes: conuulsa: perfrictiones: algores: profluuia genituręę: Cum uino cit menses. Decocto eius feruente incommoda feminarum fouentur. Emollit. n. locos earum, contractosq; corrigit. In dolore coxendicum idem succus infunditur. Fistulas sinusq; replet. apposita more collyrii ex melle partus elidit. Strumas & duritias ueteres cocta litu mitigat. siccata purgat ulcera, contrahitq;. cum melle ossium nuda, carne conuertit. Doloribus capitis ex aceto rosaceoq; illinitur. Lentes & uitia cutis in facie cum elleboro albo, & mellis duabus partibus discutit. Additur in pessos: Malagmata, & Acopum: omninoq; usum eius latissimum probant.

ACORVS C.II.

Corus. Alii Choros Aphrodisias. Romāi Veneria. Alii radix Nautica.
a Galli Piperacium. Iridis folia obtinet angustiora tantum: Nec radices
absimiles: implicatas tamen, neq; in rectum altumue actas: sed in obliquum & summa tellure, internodiis distinctas: colore subcandidas: gustu acres: odore non ingratas. præstantissima: quæ admodum denset, & albicat: quæ corrosa non est: Sed f arcta odorataq;. Talis in colchide: & galatia nascitur: aspletion uocata. Vis radici ad calfaciendū efficax. Decoctę succo urina impellitur. Congruit lateribus: pectoris: iocinorisq; difficultatibus. Sanat tormina, rupta, conuulsa. Lienem absumit. Stillicidiis urinę: bestiarum percussibus medetur. Desideriis mulierum satisfacit, perinde, ut Iris: insessu. succo radicis contra caligines

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0009-1 DFG

oculorum utuntur. radix ipsa utiliter adhibetur antidotis.

MEV III

Eu quod Athamanticum cognominatur: in Macedonia & Hispania co
m piosissimum: caule: foliis, Anetho simile: uerum crassius & aliquãdo am
plitudine cubitorũ duum assurgens. radicibus sparsis tenuibus: aliis in
obliquũ, quibusdam altissimis: odoratis, gustu calido accendente linguam. Emẽ
dat angustias uesicæ, renumq; uitia, potum in aqua radice cocta uel cruda intri
ta. urinæ difficultatibus conuenit. inflationes stomachi discutit. Item tormina,
uuluarumq; noxas. Articulos confirmat, fluctionibus pectoris tritum cum mel
le auxiliatur lingentium. sanguinem mensium trahit insidentibus decocto. Infan
tibus illitum imo uentri urinas mouet. largius sumptum dolorẽ capitis cõtrahit.

CYPERVS IIII

Yperus, alii Erysisceptron: sicut & Aspalathũ. Romani Iunci radicem.
c Alii Iuncum. folia ei porraceis longiora, exilioraq; sunt. caulis magni
tudine cubiti aliquando maiore, angulosus similis Iunco. folia in cacu
mine minuta, inter quæ est semen. Radices oliuæ, quarũ in medicina usus: oblon
gæ: inuicem cõmissæ, aut etiam rotundæ, obnigrę, iucunde spirantes, amaræ. Na
scitur cultis atq; palustribus locis. Optima quæ ponderosissima & densissima est.
Item quæ crassa, nec facilis frangi. aspera odorata cum quadam acrimonia. hu
iusmodi est Cilicia, Syriaca, & quã insulæ cyclades mittunt. Natura ei excalfa
ctoria: Meatus aperiens, urinã appellans & calculos: hydropicis utilissima. ad
uersus scorpionũ ictus remedio est. perfrictiones, contractionesq; uuluæ utiliter
fouet. Purgationes menstruas reddit. ulceribus oris: & iis: quę depascunt: arida,
tritaq; illinitur. Miscetur malagmatis ad ea, quę calfieri opus est. Itẽ unguẽtis ad
oleũ domãdũ. Traditẽ & Perse indica herba: q̃ Cyperus uocatur. Gingiberis ef
figie, q̃ cõmanducata, Croci uim reddat: quęq; inũcta, cõfestim detrahat pilos.

CARDAMOMVM V

Ardamomo laus prima, quod e Syria Comagene: Armenia, Bosphoro
c q; inuehitur, proxima ei quod in India & Arabia metitur. Eligẽdum est:
contumax terenti: farctũ: occlusum: quod tale non est: intelligitur exo
letum. Item odore, quod uulneret. quodq; gustu acri subamaroq; sit. Virtus ei fer
uens. Cum aqua potũ comitiabilibus prodest. Tussientibus: Ischiadicis: Paraly
ticis datur. ad Rupta: conuulsa & Tormina bibitur. Tineas latas pellit. Renum
morbis: urinę difficultatibus: scorpionũ uenenatorũq; oĩum ictibus aduersatur.
ex uino. sumptũ ponderis Drachma cum cortice Radicis lauri calculos rumpit,
suffitũ enecat fœtus. psoras cũ aceto Inunctũ spissandis unguẽtis adiũgitur.

NARDI SPICA VI

Ardi genera duo. Alterũ Indicũ. Alterũ Syriacũ. Non q; hoc in Syria
n nascatur. Sed q; mõtes eius, in quo legitur: pars una in Syriam: una in
Indiam spectet. Syriacũ melius, quo recentius, atq; leuius est. Item co
mosum: colore ruffo: odore uehementer iucundo cyperũq; imitante: breui spica:
sapore amaro, maximeq; siccante os. Custodit suaue olentiam pertinaciter. Indi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0010-2
DFG

ci alterum genus. Gangetidis nomine, ab fluuio Indię: qui montem, in quo nascitur: præfluit: uiribus languidũ, ut quod proueniat aquoso solo, proindeq; in maiorem altitudinem, q̃ Syriacum adolescat, pluribus ab eadem radice Aristis fruticantibus: implicatis, & redolentibus uirus. Odoratius uero, quod locis celsioribus gignitur spica breui, Cyperũ olente, In totũq; eisdem dotibus qbus Syriacũ. Habetur & Sampharitícũ frutice admodũ pumilo: a loco: ubi carpitur, dictum, spicis ingentibus: candidum: caule, qui e medio prosilit, aliquando hircum spirante, damnatur in totum. Ac uenũdari quidem hæc solet elota. Sed candore spicę, squaloreq; coarguitur, & q̃ lanugine careat. Adulterant flatum stibio, cum aqua palmeoue uino. spissitatis & ponderis causa. In usu lutum: qui hęserit radici: decutimus, & puluerem ipsum cribro succretum reponimus, utilem futurum manibus lauandis. Nardo uis excalfacere: siccare: urinas mouere: quo fit, ut aluum sistat repercusso liquore: Abundantias certe fœminarum appositu, saniemq; cohibet. In nausea bibitur cum frigida: Tremoribus cordis: inflationibus stomachi: laborantibus Iocinore: morbo regio, renibus subuenit. Decoctũ in aqua inflamationes uuluę insidentium fouet. Pilorum defluuia in genis coercet, astringendo eos obiter, sarciendoq;. Corporibus quoq; humetis comminutæ puluis inspergitur. additurq; in antidota. Ad oculorum desideria conditur nouo fictili: cui tectorium nõ sit inductũ. In uino trita & in pastillos coacta.

NARDVM GALLICVM VII

n Ardus Gallica in Ligurię alpibus nascitur, Aliuca uernaculo indigenis nomine. Nascitur & in Istria. Frutex pusillus cũ radice uellitur, & in fasciculos manuales digeritur. Folia ei longiuscula, leuiter flauescentia: Flos luteus. Vsus eius in caule tantum atq; radicibus, quoniam odorata solum hæc habentur. Cæterum pridie q̃ repurges, aspergere aqua manipulos conueniet, & pauimento humenti: sed charta prius istrato, componere. postridie eius diei terrenum & sordes eximere. Ita. n. paleatum, alienũq; omne ab eo, quod frugi, sincerumq; erit. lętitia, beneficio madoris quęsita, sine iniuria secernitur. Cũ Gallico Nardo reponi solet herba, quæ a grauitate odoris Hirculus uocat, qua maxime adulteratur. Alioquin distinctio facilis, Distat q̃ sine cauliculo est: & q̃ cãdidior & q̃ minoribus foliis. q̃q; radicis neq; amarę, neq; odorate, qualis uera Nardus. Radicẽ et caulẽ seponi oportet. foliũ abiici. Mox: si fuare collibeat: e uino teri: & pastillos defingi, atq; in figlinũ nouũ cõponi debet: operculo probe, ac diligenter iniecto. Optimum, quod recentissimum odoratissimumq; est: Radice multiplici, plena nec fragili. Eosdem effectus habet: quos Syriacum: Nisi q̃ urinam acrius ciet: stomachoq; utilior probatur. Inflammationibus quoq; Iocinoris confert. Item arquatis, & inflationibus stomachi, si cum decocto absinthii bibatur. Eodem modo lienibus, uesicæ morbis: ac Renum: Contra uenenatos uero ictus ex uino. Malagmatis: potionibus, unguentis ex calfactoriis miscetur.

NARDVM MONTANVM VIII

n Ardus Montana:quam aliqui Thylacitin.Alii Nerin appellant in Syria Ciliciaq; nascentem,caule atq; foliis Eringio similis est:minoribus tamen,neq; scabris spinosisq;.Radice nigra:odorata duplici, Triplicīq;,atq; omnino multiplici ad morem hastulę regiæ:q̄q̄ multo graciliore,minoreq;.Neq; caulem,neq; semen,neq; florem reddit. Radicis utilitas ad quęcunq; Gallicum Nardum.

ASARVM VIIII

a Sarum:alii Nardum sylueſtre: Prophetę Hęma areos.hoc est sanguinē Martis.Osthanes Thesam.Ægyptii Cercerta.Romani Perpēsam.alii baccharem.Etrusci succinum.alii Nardum Rusticum. Galli uocāt Bacar Asarum:herba est odorata.usus eius ad coronas,hederę foliis, uerum multo minoribus,Rotundioribusq;:flore inter folia erumpente ad radicem: purpureo.beneolente:cytino herbæ apollinaris,quam Hyoscyamon uocāt,simili. Semē in floribus acinosum.coliculi angulati.leuiter asperi,ac soluti. Radices multę geniculatę,subtiles,obliquę,similes gramini.utiq; graciliores multo & odoratę,quasi Cinnamomum.Gaudet macris,& sitientibus locis. Radice utuntur ad rupta:cōuulsa:difficultates anelitus.ueterem tussim,Item ad eos quibus ęgre lotium eat.Item ad menses auxiliatur,& contra serpētes in uino.foliis natura astrictoria.Illinuntur doloribus capitis:oculorum epiphoris: ęgylopię incipienti.Mammis tumentibus a partu:ignibus sacris. odor somnum gignit de Asaro crateias herbarius ita scribit ad uerbum. Asarum excalfactoriam habet naturam,efficacemq; ad urinas ciendas.hydropicis prodest & ischiacis longinquis. feminas purgat in mulso mixto sumptum radice sex drachmis.aluum deiicit ellebori albi modo.Miscetur unguentis.Nascitur umbrosis montibus, plurimūq; in Ponto:Phrygia:Illyrico:& in Italię Iustina.

PHV X

p Hu:quidam & hanc nardum sylueſtre appellant nascentem in Ponto: folio Elephobosci, siue etiam olusatri:caule cubitali:eoq; interim maiore:leui:tenero:subpurpureo:cauo:geniculato:flore Narcissi:sed ampliusculo,molliusculoq;,& in purpuram candicante:Radice primori, digitum minimum crassa.De cętero in obliquum uillosa,ut Iuncus & ater elleborus,Implicataq;.color fibris sufflauus:odor Iucundus: & nardi uim referens : non sine grauitate quadam uirosa.Potest excalfacere:urinas mouere.Datur potui sicca, uel decoctum:Item ad lateris dolores.Menses quoq; cit.Additur & in antidota. Adulterātur radicibus Rusci permixtis,hoc est Oxymyrsinæ:Sed discrimen in promptu,q; illę asperæ ac difficiles frangi,nec odoratę.

MALABATRVM XI

m Alabatrum sunt qui folium Indici Nardi putent esse ob similitudinem odoris decepti,cum & alia perinde multa sint:quę nardi uim Reddant, ut Phu ,ut Asarum,ut Neris.Proinde sui generis folium est. In paludibus Indię genitum, aquisq; innatans,palustris modo lenticulæ,Nulla Radice,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0012-4 DFG

protinus collectum pertunditur:linum immittitur:siccatur.reponitur. Tradunt exustis æstu paludibus cremiis & sarmentis inuri locum:non prouenturo : ni ita fiat, genere illo.laudatur recens:& in albico nigricans, contumax frãgi, solidũ, integrũq; odore qui nares feriat, & qui summoto quoq; eo persistat. Sapor eius similis esse debet nardo sublingua, scaberq;, nec ullo salis gustu. Damnatur infirmum, & quod pertusum minute situm quẽdam marcentem ob nares summittit. Nardi uim habet, q̃q̃ Nardus in omnia efficacior:sane urinis pellendis & stomacho Malabathrum utilius est. Oculorum epiphoras uino inferuefactũ : uel farina inunctum persanat.oris halitus, & suauitatem cõmẽdat linguę subditũ foliũ: sicut & uestium odorem interpositũ.Noxia quoq; animaliũ obiter arcendo.

CASSIA XII

Assiæ genera perhibentur multa.in parte Arabiæ odorifera gignitur.
c Surculi eius corticis crassi:folium Piperis.eligenda quæ rubescat, coloratacq; sit, quasi corallus : foramine uehementer angusto, Prelonga, crassaq;, fistulis & confercta: gustu mordaci, q̃ maxime feruens, linguam astringens : odorata, uinũq; naribus obolens: atq; hæc ab indigenis appellatur achy. ab Alexandrinis mercatoribus daphnitis.Aliud genus Zegir uocatum, purpuræ nigrantis aspectu, crassiore sarmento: Rosam expirans, utilissima medicis: quæ & præfertur priori. Tertia laus est ei:quę blastos hoc est germen Mosyleticũ dicitur.Reliquæ uiliores, inter quas asymphęmon dicta, colore pullo:odore ingrato, prætenui tunica:aut etiã quę ultro dehiscat, & abscedat a corpore: ut quę Citto & Darca cognominãtur.Importatur & pseudo cassia hoc est mentiẽs cassia:Infinitum q̃ germana & persimili specie:sed coarguitur gustu, neq; acri, neq; odorato, corticem obtinens adhærentem medullæ.Inuenitur & lata quædam fistula minimo pondere:tenera, fruticosa qualis & prefertur.Scabiosam & subalbidam improbant:redolentem uirus quasi de hirco:neq; fistulis crassis.Sed prætenuibus scabiosisq;.uis eius excalfacere:urinas mouere:siccare : astringere leniter, Medicaminibus oculorum ad claritatem uisus compositis adhibetur. Item malagmatis.cum melle lita eximit lentes.Cõmouet menstrua. Viperarũ ictibus potu auxiliatur.cõtra inflamationes internas omnes utiliter bibitur. Itemq; ad renum dolores.contractionibus uuluæ suffitu insessuq; subuenit: ubi Cinnamomum desit. uicaria pro eo succedit, duplicato dationis modo. Tantũdemq; pollet.Omnino plurifariam profectu suo medicinam instruit.

CINNAMOMVM XIII

Innamomum in species multas descendit:quæ ab ea regione:cui gentiles sunt, suis quæq; nominibus separantur.Prestantissimũ dicitur Mosylon ex quadam similitudine cum cassia ea, quæ Mosyletios uocatur. probamus recens maxime, & quod sit colore nigro, aritudine cineris fuluũ, uirgultis gracilibus ac leuibus:nodis frequentibus, odoratumq; uehementer : nec temere alio discrimine bonitas præcipua intelligitur, q̃ proprietate illa odoris,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0013-0 DFG

neq; translatii, neq; promiscui. Nam cum optimo ac sincero inuenitur semper odor: fere qualis in Cardamomo: Nec illa tamen incerta existimatio, si sit acre: mordensq; gustu, & quodam sapore, quasi salsuginis, feruens atq; ut inter se tritum tarde horrescat: & quod in confringendo puluerem scobemq; spargat: & cui nodorum interstitia inoffensa. Experimentum facturus debet ab radice una surculum integrum capere: quoniam fragmenta, & assulæ, adulteria, miscellæq; sunt: statimq; inter initia experimenti, optima quæq; aura euolans, subit olfactū, proindeq; occupatis opimo halitu naribus: deterioris sensum excludi contingit. Est & quod Montanum uocatur: Crassum & breue admodum: colore subruffo: Tertium quoq; habetur nigrum, ut & Mosylon appellatum: odore uehementer iucundo: surculosum: minus multis geniculis. Est & quartum fastigium candidi fungosi: tumidi aspectu uili, protinus fragilis, grandi radice Cassiam redolente. Redditur et quintum, cui cortex subruffus & ad similitudinem cassię rubræ coloratum, solidum firmumq; tactu: nec magnopere neruosum, stirpibus crassis: Quod ex his spirat, amomo: thure: cassia suauitate odoris & gratia uincitur. selige, cui albet cortex: scabiosum, rugosum, Itē lęue lignosumq;: Nam radix omnino superuacua & reiicienda est. Traditur & cinnamomum mentitum: unde nomen pseudocinnamomo. Deprehenditur odore languido: uiribus marcidis: Appellatur uero & Zinziber, quod Xylocinnamomū est. ipsum quoq; cognationem quandam cum cinnamomo habens. Est autem id cinnamomum lignosum, distans proceritate, firmitateq; uirgultorum. Item odore multo inferiore, q̄q̄ sunt qui affirment Xylocinnamomū a cinnamomo etiam genere, naturaq; disiungi. Cinnamomi uis feruens urinas aperiendi: emolliendi: concoquendi. Trahendi menses & partus, si datum potui sit: & appositum quoq; cum Myrrha. Serpentium & animalium omnium morsibus, & cæteris uenenis resistit. Caligines oculorum discutit, cōcalfacit: extenuat: lotium uehementer impellit: lentigines & uitia faciem dehonestantia cum melle illitum exterit. Ad tussim, ad distillationem pituitæ: ad aquam inter cutem: Renum dolores: urinæ difficultatem expetitur. Solet & preciosis unguentis confundi: prorsus multis rebus patere usus eius uidetur. Porro ut diutius seruetur, terere cinnamomum oportet: & in pastillos ex uino digestum in umbra siccare. Cinnamomi genus: quod aliqui cinnamomum Mentitum appellant: surculosum impendio est: crassioribus uirgis: sed cinnamomo partibus multis ignauius cum odore, tum gustu.

AMOMVM XIIII

Momum frutex est pusillus, ceu racemus e ligno conuolutus, atq; Im-
a plicitus sibi ipsi: flore perparuo ut uiolæ candidę: folio uitis sylue-
stris eius, quam bryoniam uocamus. Laudatur q̄ maxime Armenium, colore aurum imitante: ligno subruffo, abūdeq; odoratum. Nascitur & in Media: sed in planis dilutisq; Regionibus: ideoq; imbecillius priore, sed grādius. herbaceū: tenerū tactu: uenosum Origani acrimonia. Pontico color subruffus: id neq; oblongū, neq; frangi difficile est. Pręterea racemosum: seminis plenū, odore nares

cõuulnerat.Pręfertur recens & candidũ,aut etiã ſubruffum, quod neq; obſtipatũ cohæreat,neq; ſe cõuoluat,ſed quod ſolutũ fuſumq; ſit:farctũ ſemine,acinoſumq; uuę modo,ponderoſum,egregie odoratum:ſitumq; non ſentiens.guſtu acri & mordẽte:colore uno,nec uarium.natura ei conſtat in calfaciendo:ſpiſſando,ſiccando. illitum fronti conciliat ſomnum,abigens dolorem .collectiones,& meliceridas maturat atq; diſcutit.compunctos a ſcorpionibus cum Ocimo impoſitum curat.Podagricis confert & ſubuenit.inflãmationibus oculorum & uiſcerũ medetur cum Vua paſſa.muliebribus malis appoſitu & aſſeſu remedio eſt.decoctum eius bibendum Epaticis datur.datur item ad renes & ad Podagras. inditur & in Antidota unguentis quoq; uel maxime nobilibus petitur. adulteratur planta ſimili,quæ Amomis uocatur.cæterum neq; odorata ea eſt.neq; ſtructifera. Naſcitur & ipſa in Armenia flore Origani: commonendi uero nobis ſunt, qui ſpecies hoc genus probant,ut fragmenta ſemper & haſtulas uitent.ſed frutices ſolidos petant,hoc eſt,qui ſurculos, atq; ramos incolumes ab una radice ſuſtineant.

COSTVM XV

Oſtum maxime laudatur Arabicum. candicans id & minimo pondere,
c odore plurimo atq; eximio eſt.proximum huic nobilitate Indicum reddi-
tur:craſſum hoc:leue:nigrum,ut ferula.tertio loco Syriacum : graue hoc,colore Buxi,nares ualide feriens. probatur recens & candidum: plenum ex toto:prędenſum:exaridum:ſine teredinibus minime uirulentum:guſtu mordens, ac feruens.Natura generi concalfatrix.urinam,menſeſq; cit.uuluas admotu:fotu:ſuffituq; adiuuat.Morſis a Vipera bibitur,pondere unciarum duarum:Laborantibus pectore: inflationibus:conuulſis cum uino & Abſinthio adminiſtratur. in mulſo Venerem ſtimulat. ex aqua tineas latas pellit. In horroribus febrium ante acceſſiones inungitur.Quo modo & reſolutiõibus utile eſt,cũ aqua uel melle uitia cutis emendat.Malagmatis & antidotis miſcetur.adulterant ualidiſſimis Helenii comageni radicibus:Sed facile coarguitur dolus, qd' Heleniũ neq; linguam accendit,neq; odorem,perinde intentum & uulnerantem remittit.

IVNCVS ODORATVS XVI

Vncum odoratum:alium reddit Africa,alium Arabia,alium Naba-
i thęa,qui & laudatiſſimus.ſecundum eum Arabicus:quem nonnulli Ba-
bylonium, nonnulli Theuchitin malunt appellare.Africanus omnium deterrimus.legitur q̃ recentiſſimus,rubenſq; ſolibus:flore copioſo:& cuius defiſſi fragmenta in purpuram uergant. Scapo exili,odorem Roſæ in confricando emittens.Mordacitatis ad linguam urentis uapore lento.uſus eius multiplex,radice,floribus,culmo urinam menſeſq; trahit.inflationes diſſoluit. Caput tentat. Modice aſtringit. Erumpit:Suppurat,aperit, urinam exigit.flos eius in potiones adhibitus reiectiones ſanguinis ſiſtit.utilis eſt & doloribus pectoris pulmonũ,Iocinoris,renum.Miſcetur antidotis.radix eius aliquãto ad dẽſendũ aptior eſt:proinde faſtidiẽtibus ſtomachis datur.hydropicos & cõuulſa cũ pari pipe-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0015-1 DFG

ris pondere, continuis diebus exibitum leuat, decocti succo inflammationes uul-
uæ insidentium placantur.

CALAMVS ODORATVS XXVII

Alamus odoratus ex India est. præcipua bonitas ruffo, geniculis frequē
c tibus, & qui confractus: in assulas multas dissiliat, plenis araneo fistulis,
subalbidus, in cōmanducando glutinosus, astringensq; linguam gustu
subacri. urinam potus elidit: eoq; cum gramine aut Apii semine incoctus, substil
lo, hydropi, renibus: ruptis: contusis bibendus præcipitur. menses quoq; admo-
tu potuq; detrahit, tussi, euaporatus per se, aut cum Resina Terebinthina, fumo
per fistulam attracto in os, medetur. ad muliebres usus decoquitur: infessione, in
fusioneq; profuturus. Eodem in malagmatis, suffimentisq; ad odorem utuntur.

BALSAMVM XXVIII

Alsamum arbusculi magnitudine cernitur, candidæ Violæ: aut Lycii,
b siue Pyracanthę. folium proximum Rutę, sed candicantius multo: co-
ma perpetua: uni terrarum Iudeæ quadam conualle, & Ægypto conces-
sa. discrimen arboris eius in tria fastigia digeritur, scabro aspectu: alterum proce
rius cæteris: tertiū gracilius proinde quod tenui & cappillacea coma est. uocāt
Theriston. forte, quia præ sua exilitate meti facile sit. arbor inciditur unguibus
ferreis circiter Canis ortum flagrātissimo æstu: succus e plaga manat: quē Opo-
balsamum uocant, tam tenui ploratu: ut ex omni uindemia, non plures senos, sep
tenosue congios impleant. duplo ibi argento rependitur. Lachrymę probatio ut
sit recens: odore uegeto, ac sincero: non subacida. facilis dilui: & leuis: gustū astri
gens, & quadamtenus remordens. uitiatur aliquotfariam oleo Terebinthi: Cy-
pri: Lentisci: Lilii: Balani, ac Metopio. Item Melle, Cera Myrtea, Cypriaq; li-
quida, beneq; subacta. Maleficium facile intelligitur: nam si gutta uesti laneæ in-
spersa & eluta nihil maculę reliquerit aut sordis: ægregia est. Quę mutata fuerit,
pertinaciter hęrebit. probatio alia, ut Lac coagulet: quod quidem adulterina nō
facit. præterea sincerę gutta in lacte uel aqua celeriter sidet, elacte scitq;. Adulter-
ta olei modo innatat: contrahendo sese, stellatimue diffundendo. Sane uel sincera
sentit ætatem: crassescit enim atq; ita deterior fit. Errant uero, qui putant,ince-
rum, si in aquam addatur, primum desidere ad ima uasis: mox reciprocare com-
meareq;: nec diffundi. Interputantur sarmenta eius & surculi: Xylobalsamum
uocant. Ratio probi, ut recens sit, festucis prætenuibus: ruffum, beneq; odora-
tum, & modice Opobalsamum redolens. Fertur e petra semen Hyperico simi-
le: quo Balsami fructum adulterant. Coarguitur magnitudine: inanitate, ignauia
effectus: sapore Piperis: ualidissima succo natura. excalfactoriaq;: oculorū obscu
ritates detergit: per frictionibus uuluę cū Cera rosacea applicatus medetur. cit &
menstrua & secūdas & partus. febres cū horrore ueniētes peruncti leuiores moli
tur: ulcera sordida illitus purgat, concoctiones adiuuat potu, urinasq; eiicit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0016-7
DFG

anelantibus confert:aduersatur Aconito e lacte sumptus. Quemadmodũ & contra serpentes.idem expetitur Acopis:Malagmatis:Antidotis.omnino præcipua lachrymę gratia est: Secunda semini: minima surculo: semen illatum potu compunctionibus laterum & pulmonibus prodest.tussientibus:ischiadicis.comitialibus :uertiginosis,& iis:qui non nisi recta ceruice spiritum trahunt .Item torminibus:percussis a fera:ęgre mincturiẽtibus.muliebribus malis. ad suffiẽdũ & insidendum decocto:corrigit enim,resoluitq; uuluas, & humores earum exuggit.in eosdem usus & lignum adiungitur,minore tantum effectu.decoctũ in aqua torminibus:cruditatibus:bestiarum uenenis:conuulsionibus,auxilio est.datur & quibus urina difficile it,cum Iride sicca,uulneribus capitis conuenit.& squamas quoq; detrahit.additum in unguenta oleum domat.

ASPALATHVS XVIIII

Spalathũ alii Erysisceptrũ:alii Sphagnon,siue Phasganõ.Syri Diaxylõ uocãt,frutex est lignosus obsessusq; spinis.Nascit ad Istrũ .& Nisyrũ.i
a Syria quoq; ac Rhodo . unguentarii eo spissãdis oleis utunt . optimus qui minime ferulaceus pondere est. Pręterea subrubens & in purpuram uergens detracto cortice,tactuq; spisso,suaui odore:gustu amarulento. habetur & aliud genus cãdidi:surculosi,sine odore,quod & deterius. uis ei excalfacere: astringere q;.Ideo tetra oris ulcera in uino decoctus:collutusq; sanat. Genitalium Nomas & putrilagines purgat.Adhibetur in feminarum pessos ut pecus elidat . decoctũ eius aluũ sistit : & sanguinem reddentibus medetur. Inflationes potu discutit & strangurias.

BRYON XX

Vscus a quibusdam Splachnõ uocatur. Alii Bryon inuenitur in arboribus:Cedro:Quercu:Populo candida.laus prima Cedrino:proxima po
m puleo.Meliores candidi odoratiq;:deteriores nigri . potentia ei astrictoria.uuluis decocto insidentium utilis.miscetur unguẽtis e Balano,atq; oleis:quę spissare oporteat.Item odoribus ad suffitum & acopis.

AGALOCVM XXI

Galocum ex Arabia & India lignum aduehitur. Thyino assimile: uariu
a m punctis.odoratum,gustu spissante cum quadam amaritudine, obducitur cute uerius q̃ cortice:qui ei pene uersicolor:commanducatum aut collutum decocto suauitatem commẽdat animæ . conspergi eo & corpus totum perutile.Diapasmatis exemplo.uritur uice Turis . radix denarii sumpta pondere medetur:quibus lentore putri languet,aut resoluitur.aut interęstuat stomachus. latera & Iecur dolẽtibus,intestinis exulceratis, torminibus,per aquam pota pręsidio est.

NASCAPHTHVM XXII

Ascaphthum,ab aliis Narcaphthum uocatur: & hoc ex India importa
n tur:Corticosum natura:& putaminibus arboris Mori . Laudatur odor per se accensi:additur & in suffimenta quoq; cum aliis uuluas : quæ astrictæ sint, suffumigatum recludit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0017-3 DFG

CANCAMVM XXIII

Ancamum Lachryma eſt Arabicę arboris, Myrrhæ Quadantenus pro
c xima: cęterum guſtu uiroſo. utuntur ad ſuffitus. Nam & ueſtes eo, addita
ſtyrrace, atq; Myrrha ſuffumigant. Naturam eius narrant, corpus obe
ſum leuandi onere & ad maciem reducendi: Obolis ternis in aqua uel aceto mul-
ſo, pluſculis diebus ſumentium. Datur & lienoſis: & morbo comitiali. Suſpiriis.
mulieribus: quibus menſtrua commorantur, in aqua mulſa. cicatrices oculorum
celeriter eximit. Aciem retuſam uino dilutum exacuit. Ad uliginem. & de fluuia gi
giuarum & dentium dolores, ut nihil aliud, facit.

CYPHI XXIIII

Yphi compoſitio eſt odorum: qui ad propitiandos Deos uruntur. Sa-
c cerdotibus Ægypti uernacula, in quo & ſuperfluũt. miſcetur antidotis.
ſuſpirioſos inſperſum potionibus iuuat. plures condẽdi eius modi. Sed
pręterexemus unum ex omnibus. capis Cyperi ſemixeſtarium. Iuniperi craſſioris
tantundem: Vuę paſſę prępinguis, enucleatę, libras quinq;. Calami odorati,
Aſpalathi, Iunci rotundi: omnium parem modum pondo. Myrrhę denarios. xii.
Vini ueteris ſextarios nouem. Mellis pondo libras duas. Ac primo quidem ex-
emptis accinis. Vuam paſſam contundis: & cum uino, Myrrhaq; ſubigis. Mox
& alias ſpecies teris: & cribro ſuccretas prioribus confundis: pateriſq; diem ſoli
dũ interquieſcãt: & combibant. deinde Mel concoquis: uſq; adeo dũ craſſitudo
glutinis fiat. Tum Reſinam excalfactã, ut diſtabeſcat, probe commiſces. poſtre-
mo & reliqua diligenter, & nauiter confricas: condenda mox fictili.

CROCVM XXV

Rocum alii Caſtoreum, alii Cynomorphon: Prophetæ Haema Hera-
c cleum, hoc eſt ſanguinem Herculis dicũt. prima nobilitas ad medicinę
uſum Cilicio, & ibi Corco monte: optimum ubicunq;, quod recentiſſi-
mum, coloratiſſimumq;: & cui parum candoris in Capreolo eſt: pręterea oblon-
gum: in frangendo lentum, incolume: ſolidum: calloſum, manus fricantis infici-
ens: neq; ſitum redolens: neq; ſqualidum: odore ſubacuto: quod tale non eſt, aut
uetus intelligitur: aut dilutum. Secũdum locum dedere Corycio, parte: quę oſtẽ
ta Liciæ eſt. Tertium Lycio, mõte Olympo. Quartum Ætolico ab Ægybus. ita
enim uocatur locus: mox Cyrenaico & Centuripino Sicilię. uiribus languidis
naturaq; oleracea. ſane in Italia mortariis tingendis propter abundantiam ſuc-
ci, coloriſq; pręſtantiam officinæ illo utuntur: & immenſo mercantur. ſed in me
dicamẽta ſupradictũ nobis genus expetitur. adulterãt recremento, quod Croco
magma nominatur, intrito, aut Sapa, quam ſublinunt: ſpumam argenti. aut mo
libdęnam addentes ponderis gratia. uitium proditur qd̃ in eo pulueres intercur-
runt, qd̃q; in odorando defrutum ſubolet. Theſſalus odoratum modo eſſe Cro-
cum exiſtimat. Sed auctores quoq; habẽtur: qui uenenum id faciãt. utiq; ſidrach
mis tribus, ex aqua bibatur. re autẽ uera emollit, concoquit & ſubſtringit. urinas

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0018-9
DFG

molitur, colorem meliorem prestat. Qui crocum prius biberint in passo, crapulam non sentiēt, fluxiones oculorum cum lacte, feminarum illitus reprimit. potionibus: quæ pro interaneis præbentur: utiliter inditur. Itemq; iis: quę ad uuluā & sedem apponūtur illinunturq;. cupiditates ueneris stimulat. Inflammationes ignis sacri demulcet, Itemq; aurium perunctis. ut uero facilius soluatur, contineri debet in sole, fictili calido. Identidem uersatum: quam diu perarescat. Radix in passo lotium cit.

CROCOMAGMA XXVI

Rocomagma appellant, quod fit ex unguēto crocino expressis odori-
c bus & in pastillos diuisis. Optimum quod maxime odoratum: & myrrham modice olens: ponderosum: nigrum, sine ramentis e ligno, & cum friatur soluiturq;: multo croci colore, Item lęue subruffum, & quod gustatu uehementer inficiat dentes & linguam, subsistatq; horas. Tales notæ habentur in eo, quod e Syria comportatur. oculorum claritati plurimum confert: caliginem discutit: urinam mouet: excalfacit: concoquit: mollit. respondet aliquatenus proportione croco, ut pote cuius plurima sui parte sit particeps.

HELENIVM XXVII

Elenium alii Symphyton, alii Persicam, Alii Medicā, Alii Horestium,
h Alii Nectariū, Alii Cleoniā, Alii Oaton hoc ē Rubū Idęū, Alii Phlomō Idęam, hoc est uerbascum Idęam: Romani Terminaliū, Alii Enulā Cāpanam. Ægyptii Lenes appellant. Folia habet Verbasci angustioris, asperiora: oblongaq;, Quibusdam locis exit sine caule. Radice subcandida, & subruffa, odore iucundo. maiuscula, gustu acri. tactu molli, ab ea in satum propagines deplantantur, excisis e radice oculis, ut in Lilio serundo, Aroq; fit. Nascitur in montanis, opacis, siticulosis. Æstate radix effoditur: & concisa siccatur. Decoctum eius urinam ęgre facientibus conuenit. Mouet & menses. Ipsa radix cōdita cum Melle in eclegma datur tussientibus, Orthopnoicisq;: Eadem ruptis: conuulsis: inflationibus medetur. Venenatorum morsus abigit: quoniā excalfactoria sit. Folia ex uino coxendicis dolori decocta illinuntur. Inueterata dulcibus mixtis stomacho saluberrima est: Salsamētarii enim leuiter arefactam, decoctamq; madefaciunt frigida. mox in defrutum coniectam seruant ad usum: Traditio eius tritæ sanguinem excreantibus prodest.

HELENIVM ÆGYPTIVM XXVIII

Elenium aliud Crateias medicus tradit, in Ægypto herbam cubitali-
h bus ramulis: quæ Serpylli modo humi se spargat: folio Lēticulę, sed crebro, longioreq; circiter ramos. radix pallida, minimi digiti crassitudine: sed ab summa se crassior q̄ reliqua sui parte: atro cortice. Secundum mare in collibus nascitur. radice una in Vino pota demorsos a bestiis liberat.

OLEVM OMPHACINVM XXVIIII

Leum sanis corporibus utilissimum: quod Omotribes, siue Omphaci-
o num uocatur. laudatissimū q̄ maxime recens: quodq; nō mordeat, odoratumq; sit: Quod quidem & in unguēta idoneum est. stomacho amicum

propter astrictoriam uim probatur. Gingiuas supprimit, si contineatur in ore. stabilitatem dentium custodit. Sudores cohibet sane. medicamentis uetustissimũ & pinguissimum quæritur.

OLEVM VVLGARE XXX

Mni autem oleo tepefit, mollitur q; corpus, & cõtra perfrictiones munitur. Rebus gerendis uigorem, & robur accipit. Aluum mouet, lenitq;. Idem commixtum medicamentis exulcerantibus: acrimoniam eorum retundit. contra omnia uenena laudatissimum crebro potum, redditumq; uomitionibus. soluit aluum heminæ mensura cum ptisanæ succo pari portione aut cũ aqua. Tormina calidum potũ cyathis. VI. magisq; ruta simul decocta pellit. Itẽ uẽtris animalia. utilissime uero in aluum datur mulieribus: quas Ileos hoc est, tenuioris intestini morbus tentare soleat. uetus autem magis excalfacit corpora, magisq; discutit sudores. Oculorum claritati sublinitur. Et si uetusti non sit occasio: tẽperabitur hoc modo: quod aderit optimũ: In seriolam dehaurito: decoquitoq;, in igne usq; eo dũ fiat, tam crassũ, q̃ mel, postea utitor. uetustatẽ repñtabit.

OLEVM EX OLEASTRO XXXI

Leum ex Oliua sylue stri uehementius quidem astringit. sed usus eius per sanitatem secundus. Rosacei uice doloribus capitis conuenit. sudores, & capilli defluuium reprimit, ac cõpescit. furfures, ulcera in capite manantia, scabiem: leprasq; sanat. Quorum caput illinitur, quot diebus, in eo canis serius funduntur.

OLEVM CANDIDVM XXXII

Leum candidum facis hoc genere. Albicans oleum capis anniculum, nec uetustius. Tum dimittis in fictile, ampli oris: nouum, heminas cẽtũ Deinde in sole ponis, & per singulos dies concha in altitudinem depressa: mox elata inuicem: refundis, idq; brachio perq̃ sublimi, ut conturbatione crebra, diuerberatiõeq; spumescat. Octauo die fenũ grecũ aqua calida maceratũ, remollitumq;, ita ut substillat, ac madet: denariis quinquaginta in oleum supradictum confundito: mox & titionem pinus q̃ pinguissimæ atq; in assulas minutatim concisæ super indito mensura pari. Ab eo patitor bene consudent dies octo. Tum rite iterum concha refunditur, tandemq; si respondet desiderio, in dolium nouum: quod ueteri uino prius imbueris, decapulas: subdito ex insolubilibus serte campanicæ coronis strato: undecim drachmis: & Iridis equali portione. Q d' si non dum probe mutauerit: in solem denuo ut repetas oportebit: & operam iugem impendas, quo ad dum plane candidum fiat.

OLEVM SICYONIVM XXXIII

Leum Sicyonium ita conficitur, in lebetem plumbatum lati oris: omphacini olei, recentis, atq; candidi congium mittito, eodemq; semicongium aquę confundito: Deinde flamma leui decoquito. Rudicula molliter agitato. facito bis inferueat. postea ignem subducito, refrigerato, elutriato, rursus aquam indito, conferuefacitoq; ignibus subiectis. Vbi omnia feceris, perinde ut mõstrauimus: reponito. Genus hoc in Sicyonia celebre est, unde nomen

Sicyonio

Sicyonio.modice concalfacit.febribus:neruiſq; utile .utũtur eo feminæ ad cutis nitorem in facie.

STRIGMENTA A BALNEIS XXXIIII

Trigmenta porro,atq; ſordes, quę a labris & balneis corraduntur : ad
s calfaciendum:emolliendum:diſcutiendumq; pollent.Condylomata iis: & rimas ſedis inungimus.

STRIGMENTA A PALÆSTRIS XXXV

Ed & illa:quę ſunt e ceromate luctantium permixto ceno, ſordibus ſimi
s lia nodis articulorum imponuntur.iis & coxarum dolores,malagmatis:aut fomenti uice oblinimus.

STRIGM. GYMNASIORVM XXXVI

Ordes quoq; parietinis gymnaſiorum & ſtatuis decuſſę,atq; impoſitę,
s concalfaciunt:Tubercula ſuppurationis moroſę diſcutiunt. deſquamatis illinuntur:& ulceribus ſenum peculiariter medentur.

ELÆOMELI XXXVII

Lęomeli appellatur in Syrię palmyris manans e caudice arborum pin
e gue:craſſius melle:ſapore dulci . cruditates & Bilem præcipue detrahit p Inferna duobus cyathis ,in hemina aquę datis.Qui bibere:torpeſcũt marcore.Nec tamen ob id pauendum.ſed excitandi ſunt crebro uellicandiq;:nec ferendum uti ſomno corripiantur.e Taleis quoq; ipſis oleum præparant. commendatio eius,ut craſſum,ut uetus,ut pingue:nec turbidũ ſit.uim obtinet excalfactoriam:priuatimq; ad diſcutienda:quę oculis officiant:linitur: Lepras & neruorum dolores utiliter perungit.

OLEVM CICINVM XXXVII

Omen oleo Cicinum.facito ad huc modum.Ricinos eius maturos,q̃tũ
n putabis ei rei ſatis eſſe:in ſolem conferto:expanſoſq; uuarum more ſternito ut perrareſcant:nec dimoueto:anteq̃ cortex ſpõte rumpatur & cadat:tum fraces eorum collectas in mortarium diligenter contundito:& in lebetem plumbatum relatas:igne inferuefacito.ubi uero ſuccum omnem ita reddiderunt:ignem ſubtrahito,atq; oleum omne:quod innatat:tollito:& in parua colligito cornua.in Ægypto:ubi abundat:uſus eius aliter temperatur.repurgati: deglubitiq; ad Truſatiles molas ferũtur:ubi probe,ac diligenter frangantur .pinſitos in ſportulam coniiciunt : deinde machinamentis cremor omnis exprimitur. tempeſtiuitas Ricini ad decerpendum,cum folliculis:quibus ambitur,abſcedũt. prodeſſe dicitur pſorę:ulceribus capitis erumpentibus.ſedis inflammationibus: uuluis :quę occluſę:conuerſęq; obſtrangulent.cicatricibus fœdis:aurium doloribus.additum in Emplaſtra effectus eorũ accendit.bibitur & ad purgationes uẽtris:ſi qui aquis grauantur:& ad lumbricos inteſtina occupantes.

OLEVM AMYGDALINVM XXXVIII

Omen oleo Amygdalinum aliqui Metopion uocant.ratio eius hæc eſt.
n Amygdalę amarę ſextarios octo purgant aſſicantq;.ubi adaruerint: piſtillo ligneo in mortarium collatas:leuiter contundunt,quoad maſſa fi

at, atq; balteum. Hoc Heminis duabus aquę feruentis aſperſum, ſemihoram dimittunt, ut perbibat. poſtea uehementius iterum tundũt: deinde ad tabellam prementes: cremorem excipiunt: & quod in digitis pingue obhęſit, in cornicula effingunt ac tergunt, rurſuſq; in id, quod preſſerunt: heminam aquę unam infundunt, & ſpatio, ut combibat, interpoſito: iterum exprimunt forma: qua prius. iuſtum eſt. ut octo ſextarii heminam reddant. facit ad dolores matricis, ad ſtrangulatus: conuerſiones: inflammationes eorundem locorum. prodeſt & capitis doloribus: aurium grauitatem: ſonos incertos: tinnituſq; diſcutit: quibus renes laborent: Quibus urina difficile tranſeat: calculos: ſuſpiria: lienoſos recurat: neuos & uitia cętera cum radice Lilii, atq; melle: cera Cypria uel roſacea tollit a facie: pari modo & cutem erugat: confert & quibus oculi hebetes ſunt. ulcera manantia & furfures cum uino expurgat.

OLEVM BALANINVM XXXX

Lei balanini concinnatio eadem, cum mox tradita eſt. repurgat macu-
o las Varos: lẽticulas: Cicatrices atras. Soluit aluũ. ſed inutile ſtomacho
eſt. dolores aurium: ſonitus: ſtridores cũ adipe anſerino iniectũ emẽdat.

OLEVM SESAMIN. XXXXI

s Eſaminũ e Seſama conditur, ut ſuperius ad eademq; pollet.

OLEVM CARYIN. XXXXII

Aryinũ e Nuce Iuglãdi cõficit eodẽ modo ad pares effectus cũ Balano.

OLEVM HYOSCYAMINVM XXXXIII

Yoſcyaminum ita fit. ſemen candidum arefactum recens contundito:
h calda conſpergito, ut nuces amaras docuimus inſolatoq;: quod ſub ma
num idẽtidem ſicceſcit, interpolato, cõdepſitoq;: idq; ſæpius, uſq; adeo
dum nigreſcat, uiruſq; oleat. deinde collo excuſum reponito. Aurium dolores ſanabit. in peſſos adiunctum emolliet.

OLEVM GNID. XXXXIIII

Nidium e Grano fit nominis ſui, purgato prius atq; tuſo. Bibitur ad
c purgationes uentris.

OLEVM CNICIN. XXXXV

Nicinum fingitur ad eundem modum. proficeret æque ut Gnidium, ni-
e ſi paulo eſſet infirmius.

OLEVM RHAPHANIN. XXXXVI

Haphaninum, componitur ex ſemine radicis, ut cętera. phthiriaſes uali
r tudine cõtractas finit. ſcabritias cutis in facie diſcutit. utũtur eo Ægyptii obſonandis cibis decocto una.

MELANTHINVM XXXXVII

m Elanthinum eandem uim cum dicto mox obtinet.

SINAPINVM XXXXVIII

Inapinum. paratur Sinapi fracto & aqua feruenti perfuſo. Deinde ole-
s um additur: ſimul exprimitur. Facit ad inueteratos dolores: ex alto id,
quod infeſtat, euocans.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0022-9 DFG

MYRTEVM XLIX

Yrteum ita facito. Myrti nigrę ſylueſtris aut ſatiuæ foliorum molliſſi-
m ma tundito: premitoq; in ſuccum eum tantundem olei Omphacini con
fundito: mox calefacito in pruna ocioſe, donec coquatur: Tollitoq; qd̃
innatat. Alii deiecta ea in oleum, prius ſole maturant. Sũt qui oleum prius inſpiſ-
ſent: Malicorio: Cupſſo: Iunco quadrato: Lentiſco. Efficacius quo amarius: pin
guiuſq;: & quo uiridius colore: Tranſlucidum: ſubolens Myrtum. aſtringit, indu
rat. Ideoq; medicamentis ád cicatricem uulnera trahentibus miſcetur. Sanat am
buſta: furfures, ulcera emanantia: puſtulas erumpentes. Attritus ſedis fiſſa: condy
lomata: articulos laxatos: ſudores. In ſumma quęcunq; ſpiſſari addẽſariq; opus.

LAVRINVM L

Aurinum e Baccis, priuſq̃ maturę fiunt, Iam tum colorem mutãtibus fit:
l hoc eſt e drupis. has in aqua decoquito. pinguitudinem quandam circũ
dati cortices reddent. Euocabitur ea diuerberatis manu. Tum cremorẽ
in cornua colligito. Quidam in oleo Omphacino folia Lauri q̃ tenerrima deco
quũt: non illo quidem meraco ſinceroue: ſed caſtigato ante aſtringentibus medi-
camentis: Calamo odorato: Iunco triquetro: Lentiſco. Nonnulli addunt & Bac-
cas, quantum ſufficere arbitrantur ad odorem. Alii Styracen Myrtumq; adiici-
unt: optime ad id montana Laurus latifoliaq;. utilius oleum: quo recentius atq;
uiridius. probat & amariſſimum guſtu et acre. uis ei excalfactoria. emollit: reclu
dit: diſcutit laſſitudines. Omnibus neruis, algoribus: aurium doloribus diſtilla-
tionibus: renibus qui frigore patiantur, utiliſſime oblinitur: proinde, ut nihil ſu-
pra. Iis qui bibere: nauſeam commouet.

LENTISCINVM LI

Entiſcinum ex maturis Lentiſci ſeminibus inſtruitur, hoc Laurini mo-
l do prius aſtrictum: ſcabiem iumentorum canumq; ſanat. peſſo: acopo:
lepricis additur. utuntur eo & contra ſudores.

TEREBINTHINVM LII

t Erebinthinum pręparatur ratione ſimili, natura refrigerãdi, ſpiſſandiq;

MASTICHINVM LIII

Aſtichinum ex trita Maſtiche reponitur, omnibus morbis uuluarum ſa
m lutare habetur: leniter excalfaciens & aſtringẽs & molliens. duritias om
nes in ſtomacho: uẽtre inteſtinis exulceratis diffundit. uitia quæ in facie
ſunt, depellit: colorem cutis cõmendat. laudatiſſimũ in Chio inſula temperatur.

VNGVENTA LIIII

Voniam uero unguẽta quoq; in aliquos caſus prodeſſe noſcuntur. (Nã
q & in medicamenta commode ueniunt, & per ſe affuſa corporibus, olfa-
ctaq; uſui eſſe poſſunt.) conſequẽs uidetur, uti de his quoq; prodendum
ediſſerendumq; nobis ſit. Porro in uniuerſum illa tenenda probatio eſt, ut unguẽ
ta repręſentent tibi odore id e quo parata & confecta quæq; fuerint. Neq; alio ar
gumento bonitas ęque decernitur. Alioquin ratio hæc perpetua non eſt: ſępe fal
lit: pręualentibus interim ſuccis odoramentiſq; offundentibus: ut in Sanſucino:

Crocino: Telino: quibusdam aliis: quæ non ex eo censentur, qd' auctores suos, prout quiq; odores fuere, testantur: sed ex eo qd' bene: uel cõtra in usu respõdent.

VNGVENTVM ROSACEVM LV

Omen unguento. Rhodinon, hoc est Rosaceum. constat ex' sequẽtibus.
u capito Lentisci: P. V. uncias octo. olei. p. ii. uncias. v. contundito: aquã adiicito: coquito: rude misceto: deinde in dolium percollato: quod habeat' olei. p. xx. denarios. xxxv. eo Rosas: quæ rorulentæ non sint: addito numerum mille: agitatoq; sæpius oblitis manibus melle: idẽtidem exprimẽdo: sed molliter. finito noctem consudẽt, post premito, ubi feculẽta pars desedit, dolium mutato, in capulam diffundito: Sed quam melle prius obleueris: deinde rosas eximito in labellum & olei pręparati astrictiq; libras. viii. denarios. xxi. Insuper fundito: iterum premito. secundarium hoc uocabitur. Et si collibeat, usq; tertias quartasq; uices affundito: macerato: exprimito. Ita primum: secundum: tertium quartumq; habebitur. Quotiens porro ita repetis: totiens capulas melle sublinito. Altera quoq; aggressio est, priori diuersa hoc modo. In oleum primo expressum rosas alias mille recentes nec humẽtes addimus agitamusq; litis melle manibus: sub indeq; premimus. Eadem obseruatio in tertiam & quartam molitionem conueniet: quotiensq; id nouamus, totiens rosam recentem ungue detracto cõiicimus. Ita enim uis unguento maior accesserit: durat oleum ad infectiões rosarum septenas usq;, ultra non sustinet. in eo opere torcularium quoq; obungitur melle. separari oleum a succo magna cura oportet. Enim uero, si quid in eo uel minimum substiterit: totus modus deperit. Alia ratio est, cum detractis unguibus: reliqua pars oleo maceratur in sole: neq; odor externus adiicitur. in sextarium olei unciæ sex Rosarum probantur. Subiunguntur diebus septem: Quadraginta in sole cõtinentur usq; in tertiationẽ hoc ẽ in tertiam suppletionem. abinde reponitur. Aliqui oleum prius astringunt addentes eo calamum & asphalathum. Quidam & salem admiscent, & Anchusam. hanc ad commendandum colorem: Illum ad coercendam Olacitatem. usus eius in spissando refrigerandoq;. Item ad perfusiones: & cataplasmata. in potu aluum soluit. feruores stomachi extinguit: caua ulcerum nutrit: & ea quæ Cacoethe appellantur. impositum placat. uitiis in capite erũpentibus, pustulisq; illinitur. capiti in dolore infunditur. principio dentium dolor colluitur. palpebris: quæ obriguerint: inungitur. Ad rosiones intestinorum & uulvæ Clysteribus inditur.

VNGVENTVM ELATINVM LVI

Omen unguento Elatinum. Palmam cognomento Abietem frangito,
n scalpitoq; in labrum coniicito. oleum Omphacinum insuper dato: triduum combibat: facito. ab ea fini sublatam in sportula exprimito, utriusq; par quęritur pondus. puro uase reponito: utitor. effectum habet proximum Rosaceo: nisi qd' alluum non mollit.

VNGVENTVM MELINVM LVII

Omen unguento Melinum. Facis hoc modo. sextarios olei sex: aquæ
n unum cõmisces: palmę Abietis fressæ uncias tris, Lentisci unam immer

gis.diem ut commadeant:finis:postea decoquis.deinde oleum in seriam lati oris percollas.insuper fiscellã uitilẽ harundineã, aut tegetẽ palmeã ueterem sternes.superne Mala cotonea iponis & uestibus circundas:ut sit qua interspirent. Idq; in aliquot dies:usq; adeo, quo subiecta olei natura:pendentis pomi uim trahat in se. Quidam mala primum ipsa culcitris inuoluta obstipant diebus decẽ:uti adempto interculsis spiramento omni:contineatur odor in corpore:neu deuolet, euanescatq;.tum deinde oleũ affundũt, diebusq; binis ac noctibus relinquũt. demum expressis malis exẽptisq;, oleũ recõdunt.potẽtia ei refrigeratrix & astrictoria.prodest ulceribus scabiosis ad furfures:perniones:mala quę serpũt:exulcerationibus uuluæ infũdit, urinęq; rosiõibus.ualet & ad sudores cohercẽdos. bibit cõtra crucas pinorũ.cõtra cãtharides:cõtra bupstini.ꝓbatissimũ ex eo habet, qd cũq; Cõtonium maxime redoleat.

VNGVENTVM OENANTHINVM LVIII

n Omen unguento Oenanthinum.Oenanthen:quã uites albę, sylucstresq; ferunt:odoratum siccamus & cum marcuerit:in oleum Omphacinũ demergimus, permiscemus crebro, tribulamusq;.biduũ intermittit:una exprimit:tollitur:oleũ cõditur.natura constringẽs, proficiensq;, ad quæ Rosaceum, ꝑterq̃ q; aluũ neq; cit, neq; mollit, laudatissimũ qd oenãthẽ ipsã referat odore

VNGVENTVM TELINVM LVIIII

n Omen unguento Telinũ.Feno gręci.p.v·olei.p.viii. Calami. p. i.Iunci triãguli.p.ii.diebus septẽ in oleo macerãtur .quotidie ter miscet . postea eximuntur premũtur q;.oleũ reponit.Quidã uice Calami, Cardamomũ addere malũt & xylobasamũ loco Iunci trianguli·Sũt qui oleũ iis ante castigẽt, postea Fenogręcũ in eo madefaciãt exprimãtq;.uis ei emollire abscessus:pus mouere.ad oẽs uuluę duritias maxime cõuenit.feminis:quę difficile pariãt:quia loc profluuio uehemẽti obaruerint:in lana succurrit collectionibus sedis medetur.in desiẽgi cupiditate, hoc est tenasmo ex inferiore parte induitur utiliter. furfures & crũpentia in capite discutit, Ambusta, Pernionesq; sanat cum cera .emẽdat aspreculas decolores cutis in facie.Additur in ea:qnæ feminis ad nitorem fingunt ur.Probatur recẽs:etiã quod obfactu siliculã nõ magnopere præsentet. qd q; in fricãdo egregie manus exterat.sapore iter dulcẽ amarũq; mixto.notę optimi hę.

SAMPSVCHINVM LX

u Omen unguẽto Sãpsuchinum.Serpilli Casię, Abrotoni: Sisymbrii floris:Myrti foliorũ:Sansuchi: singulorũ modus pro uirium cõiectura & proportione capitur.Omnia hęc pariter tunduntur.Omphacinũ tusis additur ratione adhibita:sic immodice affusum probitatem succorũ & efficaciã obliteret.Quatriduũ perbibãt oportet.præterea exprimuntur.iterũ noua alia pari mẽsura & tẽpore:in eodẽ oleo maceranda sunt:& ubi exp̃essa fuerũt, adimẽda. euadet hac forma cõficiendi ualidius.Ad hoc opus Sãsuchũ legi præcipiũt. quæ ex atro uiridis sit:quę plurimũ oleat:qnę acrimoniã modice pręferat. uis ei excalfactoria:extẽuatoria:acuta feminarũ.pluribus malis, siue cõtractio, siue cõuersio uuluæ fuerit, auxilio futura.Menses, secundasq; pellit.Exanimatis partuq; natu-

turalibus earum impositum recreat.lumborum & inguinum dolori præsidio est. usus eius cum melle commendatior, in magna cōstrictione locos indurat.lassitudines illitum soluit. Cataplasmatis ad opisthotonum commodissime addiicitur. Itemq; ad quoscunq; conuulsos.

OCIMINVM LXI

n Omen unguēto Ociminum.cōpositio eius talis.Cyprini olei.p.xx.ocimi.p.xi.unciasq;.viii.foliis detractis pariter confundis, ut noctem & diem bene commadeant. post premantur, collenturq;. primitiuum hoc erit.Mox depleto in labrum:quod in sporta obhęsit Ocimi. oleum nouum pari mensura infundito & exprimito.Secundarium hoc fuerit.iterationē tolerat. Tertiam uicem nō patitur.huius altera constitutio est ut tantundem Ocimi recentis in oleum prius addatur.et post ęquale spacium temporis exprimatur, reponaturq;, ut in rosaceo monstrauimus.Idem, si ter si quater collibitum sit, seruabitur:ocimum nouum semper indetur.potest uero ex Omphacio fieri sed superior ratio p̄fertur.Eosdem effectus agit:quos Sampsuchinum, utiq; paulo inertius.

ABROTONINVM LXII

n Omen unguento Abrotoninum.Fingitur sic pote.olei:quod ad Cyprinum odoribus cōditū sit instar librarū nouē & unciarū.v.in libras octo foliorum Abrotoni spargimus.post integrā noctē & diem exprimimus quotiensq; diuturnius efficere id lubet, prioribus scopis foras exemptis, recentes alias mergimus premimusq;. potentia ei excalfacere: compressiones & duritias uuluarum mollire, secundas & menses excutere.

ANETHINVM LXIII

n Omen unguento Anethinum.in oleum octo libris & unciis nouem flores Anethi.p.xi.unciis.viii.demergimus: diem perbibant relinquimus, dein manu expressum reponimus.dilutius fiet uolētibus: si flores anethi recentes addātur. Emollit & aperit locos.horroribus medetur circuitu certo cōmeantibus.Excalfacit corpora.lassitudines reficit.dolores articularios subleuat

SVSINVM LXIIII

n Omen unguento Susinum, quod aliqui Crininum hoc est Lilinum appellant.olei nouem.p.& uncias.v. Calami odorati. p. v. & uncias tris. Myrrhę quincuncem. confundito. uinum adiicito odoratum quod sit. Ita decoquito.post eaoleū percollato:in dolium:quod habeat cardamomi tusi, & macerati aqua cœlesti.p.iii.uncias.vi.interuallum ut bene fracescat:iniicito:ubi bene fracuerit:premito.olei huius astricti tres selibras in labrum latiusculū: nec profundum conferto, in quo sint Lilia mille conuulsa. hæc manibus melle oblinito:remisceto bene, tribulatoq;. Tum diem & noctem interquiescere patitor. Mane Repetito:in Pyxidem premito. Et quod defertur: in collum subinde corriuato: & oleum ab aqua pariter expressa probe discludito. Aliter ætatem non perfert:quod & in Rosaceo demonstrauimus:Si quidem concalfactum Refer-uet: putrescitq;. Decapulato elutriatoq; sæpius: sed uasa Melle prius allinito: Salem addito adfriatoq; minutatim.Repurgamenta in hoc opere collacta di-

ligenter eximito. Mox odores expressos e sportula in labellum transferto. Rursusq; olei odorati æquale superiori pondus affundito & cardamomi tusi denarios decem adiicito: commode manibus uersato, & morula iniecta premito. Quod defluit: obiter ab aqua dispescito. Idem & tertio fit, tantundē addendo & olei & cardamomi & Salis: manibus perinde Roscidis melle. Optimū primę notæ hoc est e prima pressura. Proximū e secunda. Nouissimū tertia. Alia huic contraria pręceptio est. uti non oleum nouū, sed lilia cōparentur alia mille: quæ in labro disposita & conuulsa: In oleum prius expressum mergantur: cætera dispensentur: & fiant. ut supra: Cardamomū miscendo, exprimendoq;. Eadē ratio in secundam & tertiā conditurā retinenda est: Cardamomo in singulas adhibito: & nouissime materia omni prælo subiecta. Enim uero q̄ plurimas uices liliū recens adiectum fuerit, tam efficacissimū tibi unguentū redditur. In fine cum satis esse putaueris in singulas conditiones myrrhæ probę denarios. Lxxii. croci. x. cardamomi. Lxxii. (alii crocum & cinnamomū pari mensura:) contūdito: cribro tusa incernito: In labrū cū aqua deponito: & unguentū primo expressum: insuper depleto: post interuallū breue in uasa parua: & sicca diffundito: Sed quę tamē prius gummi: croco: myrrha: melle distritis & aqua solutis imbuendo elueris. Idem facito in secundam expressionem ac tertiam. Quibusdam simplicius concinnare placet: ex oleo balanino alioue id genus, ac lilio. In Phœnice atq; ęgypto laudatissimum fit. Vbiq; optimum: quod maxime lilium odore prodit. usus eius excalfacere: duritias uuluarū mollire: cōtractiones laxare: Inflāmatiōes arcere. In uniuersumq; muliebribus uitiis magnifice occurrere. ulcera capitis manantia: furfures uaros: eruptionesq; sanat: Vibices plagarū celeriter emēdat: concoloresq; reddit cętero corpori: oinoq; attenuans ei & discussoria inest ꝓprietas. Datū bibere deiectionē bilis molit: urinā ciet. Stomacho inimicū: & Nauseā cōtrahens.

NARCISSINVM LXV

n Omen unguēto Narcissinū. Spissatur hoc more. Capis olei eloti. p. lxx. & uncias. v. aspalathi. p. vi. uncias. ii. cōtundis: madefacis aqua: in tertiā partē olei confundis & decoquis. Mox aspalatho exempto calami odorati. p. v. uncias octo substituis. Glebā myrrhæ tritā cribro cernis, & uino accepto uetere, odorato cū cęteris misces & coquis. ubi totus modus ebulliit: subducis ignē & oleū: ꝓtinus q̄ refrixit, percollas. Deinde in labrū partē eius effundis, eoq; flores Narcissi q̄ plurimos cōgeris: biduū agitas: ut in susino: exprimis: deplesq; sæpius die: quoniā & hoc facile cōputrescat. utile ad uuluas: quę obdurueritint: coierintq;: sed capitis dolores facit.

CROCINVM LXVI

n Omen unguēto Crocinū. Ita cōparatur, prius domare oleū oportet ratione: qua in Susino: neq; speciebus, neq; ponderibus aliis. olei quod ad susinū odoramētis coercitū sit. p. iii. semissem accipiunt. eo uncias croci octo demittunt: uersantq; sæpius die usq; ad quintū. Luce sexta oleum a croco diffundunt, operam dando, ut q̄ maxime pura in eo sinceritas constet. Deinde in Reliquias prioris croci oleum nouum pari mensura insuper dant: & die-

bus continuis.xiii.manibus tribulant. Postea in mortarium refuso:myrrhę tusę cribratęq;.xxxx.denarios miscent: & q̃tum usus est:cõmouent: dein reponunt. Alii ad hoc genus oleo utuntur:quale in Cyprinum paratur. Prę cipua bonitas: si crocum impense olfactu reddat: quod quidem maxime pertinet ad medicos. Secunda si myrrham oleat.usus eius excalfacit corpus, somnum accersit:Ideoq; phreneticis, sæpe remedio est, modo in caput datũ:modo in olfactorio admotũ: modo naribus sublitum: eodem & pus mouetur & ulcera perpurgantur: Feminas quibus aut rigentes: aut astrictæ sunt uuluæ.Item: quarum obscenas partes ulcera cocoethe dicta crassantur:cũ cera & croco:medulla & oleo partibus duabus sanat:concoquit enim, emollit, humettat & mitigat. Glaucomatis cũ aqua illinitur.Butyrinum: onychinum: Styracinum pares crocino uires obtinent. Nominibus modo dissonant:corporatura & effectu congruunt.

CYPRINVM LXVII

n Omen unguento Cyprinum.Astringitur concinnaturq; ad hæc exempla, omphacium lotũ parte.i.Aquam Imbriũ, parte.i.& semisse. Alterũ oleo infunde.Alterum odoramẽtis:quę addenda sunt:misce. Tum aspalathi cape.p.v.Semissem calami.p.vi.semiss.Myrrhę p.i.Cardamomi.p.iii. Dodrantem olei.p.viiii.quincũcem.Aspalathum tunde: & madefactũ aqua cũ oleo decoque donec inferueat.Myrrham uino uetere odorato solue:calamum tunde: cum myrrha confunde.Aspalathum exime: calami distrimentum & myrrhæ in locum eius da:ubi cum iis quoq; adbullierit:oleum ex aheno percolla in labrum ubi cardamomum sit tusum:& cum Residuo aquę permistum: Tum spatha moue:Nunq̃ cessa, quin uerses, quousq; refrigeretur.Iterum liqua:& floris Cypri.p. xxxxvi.bessem:in olei.p.xxviii.merge:ubi probe cõmaduit exprime sportula.Si ultra quęritur:florem eius recentem ęquali modo coniice:ubi perbiberit:exprime.Idem secundo, si lubeat face, Idem & tertio:Quippe tanto prestantius fuerit. Eligere oportet quod probum sit:quodq; cum suauitate odoris nares quoq; feriat.Q uidam & cinnamomũ prædictis rebus addiiciunt. Vsus ad duritias emolliendas:calfaciendi quę alserint.Astricta laxandi:uulnerum affectus: Neruorum & laterum corrigit.Collisa per se & cum cera impositũ curat. Malagmatis quæ ad opisthotonum componuntur:miscetur.Item quę ad anginas & Inguinum tumores.Vtilitas eius & in acopum uenit.

IRINTM LXVIII

n Omen unguento Irium.Palmę abietis.p.vi.bessem olei.p.Lxxiii.quincũcem, depromito:Palmam q̃ minutissime tundito.Heminam aquę misceto:In cortina usq; decoqnito:donec odor in oleum transeat. Deinde in Capulam deliquato:quam prius melle, perunxeris. Ex hoc oleo Irium Primũ componito.Irin ut modo præscribemus in oleũ ita coercitũ:addito. Sunt & qui aliter oleũ præparent.Olei.p.Lxx.quincũcem Surculorum balsami.p.v.Sextãtem accipiunt: Tundũt:& ut dictũ est:coquunt.Deinde balsami Surculos detrahunt:In uicemq; horum, calami odorati contusi.p.viiii.& unciam.Myrrhę granũ uino uetere odorato, affuso coniiciunt.Ex oleo ita spissato & odoribus cõdi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0028-5 DFG

to.xiiii.pondo in totidem Iridis tusæ diffundito.biduum cum noctibus consudent permittito:Postea uiolenter & fortiter premito. Efficacius post iterationē & tertiationem futurum, hoc est, si secundo & tertio mensuram parem intuleris: & post certū diem expresseris.Cōmendatio prima, ne aliud extra q̄ Iridem oleat. Tale a Perga Pamphyliē.Item ab Elide in achaia est.Potētia eius emollit.excalfacit:crustas, putredines sordesq; purgat. Causis uuluē oibus utilis est. Inflāmationibus:strangulatibus:Partubus euocādis:hēmorrhoidas :quē astrictē sint, resoluit.Auribus:quæ intra seipsas sonant, cū aceto:ruta, nucibus amaris iniicit. Distillationes uetustas coercet, si nares illinantur eo:sic & ozenas. Trahere aluū uolentibus cyathi pondere bibendū:ad torsiones intestini gracilioris medet.urinas cit.Difficile uomētibus digiti eo & uomitoria illinūtur.In angina quoq; gargarissatū cū melle mixto aut perunctū opitulatur. Prodest & contra scabritiem arteriæ:Datur iis:qui cicutam:fungos:coriandrum sorbuerint.

GLEVCINVM LXVIIII

n Omen unguento Gleucinum hoc est Musteum.simplex cōpositio eius hæc est.Omphacium:lētiscus:Nardum Gallicū:Palma elate:calamus: costū, aspalathū : Serta cāpanica & mustū. uinaceis in quo illa sint uase circūdatis permiscendo diebus.xxx.bis singulis.Ab inde unguentū exprimitur: conditur.ualet excalfaciēdo:emolliendo, Remittendoq;.horroribus: Neruis & uuluē præsidium est.omni acopo efficacius molliendi profectu.

AMARACINVM LXX

n Omen unguento amaracinum Cyzici optimū.constat omphacio & balanino, iuncoq; odorato:surculis balsami:lentisco, calamo, quē astricta fuerint, & odoribus:amaraco:myrrha:costo:semine balsami:amomo condita.Quidā ut preciosius faciant : cinnamomū admiscent . Accipitur & uinum & mel, tam illinendis uasis, q̄ soluendis odoribus:qui terantur. Vis ei excalfacere:caput tentare.duritias mollire:astricta recludere:corpus adurere. urinas impellere.Medicamentis erodentibus.fistulis : hydrocelis imponitur, utiq; post manum scalprūq;.Margines ulcerum resoluit: Theriomata: quæ ulceribus superueniant:perrumpit.Ægre lotium facientibus medetur. Ano circunlito inflāmationes eius extinguit:& hæmorrhoidas: quibus sunt compressæ, restituet. admotu menses Appellat.Duritias uuluē, tumoresq; discutit.Quibus nerui sunt pręcisi, aut musculi confert in centunculo:modice respersum impositūq; ita.

MEGALIVM LXXI

n Omen unguento Megalium celebratum ueteribus. Nunc compositio eius exoleta obliterataq; est. Neu tamen desiderari hoc quoq; in historia nostra possit:ab re non fuerit demonstrasse locum, commonuisseq;: mixturam huic deberi, qualis amaracino.Nisi q̄ additur Resina in Megalium: quē in illo nō quēritur, hoc distant:cętero conueniunt.Natura ei duritias resoluendi molliter. Ac Resina quidem in unguenta expetitur : non ad durationem: uoluptatem ue aliquam:Sed coloris & spissamenti gratia.Miscetur ei Resina terebinthina:quē tandiu igne decoquitur:donec desinat olere.

HEDYCHRVM LXXII

n Omen unguẽto hedychrum.temperatur in co:effectu & ratione amaracini:tantum odore præstantius.

METOPIVM LXXIII

n Omen unguento Metopium.Conficitur in ægypto:nominatur ita de galbano,unde constat:cuius lignum Indigenæ loci metopium uocant, expressum amaris amygdalis : cui addidere omphacium,cardamomũ: lentiscum:mel:calamum:uinum:myrrham:semen balsami: galbanũ,Resinam. Probatur odore graui & pingue:cardamomũq; potius, atq; myrrhã q̃ galbanũ subolens.uehemẽter excalfacit:cõburit:quæ cõpressa sunt,resoluit.Præterea extrahit:purgatq; ulcera.Neruis pręcisis & musculis ꝓdest. Quibus humor iners in Scroto cõcreuit:simul cũ exedentibus imponit.Malagmatis ceratisq; addit: horroribus & inflexibiliter cõuulsis medet.Sudoribus euocãdis utile est. Ad uuluas aperiẽdas & ad durities earũ placãdas illinit.Oino usus eiꝰ emolliẽdo ꝓsistit.

MENDESIVM LXXIIII

n Omen unguento Mendesium:ex oleo balanino:Myrrha,cassia: Resina,conficitur.Quidam exiguum cinnamomi post condituram, appensionemq; spargunt,Idq; inutiliter,quia non eadem est uis odoribus,nisi una decoctis.Vtilitas huius,quę metopii:tantum ignauior.

STACTE LXXV

n Omen unguento stacte. Pinguitudo ea est recentis myrrhæ. Tunditur hæc cum paruo aquæ:dein per machinas aqua foras exprimitur.Odoratissima hęc,& preciosa impendio est:& per se unguẽtũ facit sine oleo stacten uocatũ.Cõmendatissima uero:quę impromiscua & libera oleo sit:& quæ minima portione plurimũ calfaciat:similẽq; uim,tum myrrhæ,tum unguẽtorũ excalfatoriis obtineat.

CINNAMOMINVM LXXVI

n Omen unguento cinnamominum.Constat oleo balanino:et ad domãdam olei naturam,lentisco,surculis balsami:calamo sicut ad condiendã suauitatẽ,cinnamomo semine balsami:myrrha partibus quatuor q̃ cinnamonũ fuerit.addiicit diluendis & cõspergẽdis iis mel.laus unguẽto in odore neu acer sit:sed perblandus,myrrhãq; pręsentans.Itẽ in corpore, uti crassissimũ sit:uti odoratissimũ,& si degustes amaritudine uehementi.hoc eueniet: quotiens crassitudinẽ a myrrha,nõ a Resina cõtraxerit.Resina.n.neq; amara,neq; odorata est.Natura unguẽto acerrima:excalfatoria:persalsa. feruore igitur suo aperit discutit:diffundit:extrahitq; humores & flatus: qui parte corporis aliqua coierint.Vuluis cũ oleo partibus duabus & cera & medulla sublinitur.Ita.n.acrimonia eius frangitur:& ad usum emolliendi prope retrahit.nisi sic emollias, adurit corpora,obiterq; indurat.Ex oibus crassis unguentis unũ proinde ad fistulas & putria carniũ erodenda adsciscitur efficaciter. herniam aquæ foris impositum. Ad carbunculos & Gangrænas addito cardamomo. Algores in febribus : quæ obambulant:& tremores excalfacit. Morsibus uenenatis illinitur : priuatimq; scorpionũ.phalangiorũq; ictibus cũ Primitiua ficu:quę trita sit: imponitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0030-3 DFG

NARDINVM LXXXVII

Omen unguentum Nardinũ.uarie conditur.Modo enim Malabathri
n folium accipit:modo non accipit.fere uero balaninum oleum, aut om-
phacium:cui additur lentiſcus:ad caſtigandam olacitatem:coſtũ: amo
mum Nardum:Myrrha:balſamum ad odorem.Probatur tenuitate, acrimonia,
odore nardi aridę, aut amomi. Vis ei attenuandi:acuta: extergendiq; humores:
qui aliqua parte collecti fuerint:diſſipandi:calfaciendiq;.Præfertur uero liqui-
dum:qd.n.ſtrigmẽti modo lenteſcit:adulteratũ Reſina cognoſcit.Illa ſimplex,
frugiq; cõpoſitio eſt ex omphacio:cui coſtũ:lẽtiſcus:Nardũ calamus acceſſerit.

MALABATHRINVM LXXVIII

Omen unguento Malabathrinum : coercetur ſpiſſaminibus : Nardini
n exemplo.Ex odoribus uero myrrhę plus habet. Propterea excalfacto-
rium fit:pari effectu crocino amaracinoq;.

IASME LXXVIIII

Omen unguento Iaſme.Componitur Perſidi ex floribus candidis uio-
n læ.horum ſextantem libræ in ſextarium Italicũ olei ſeſamini admiſcẽt:
flores mutare ſępius conuenit:ut in lilino. uſus eius in conuictu Perſis
ad accerſendum odorem.Sed & corpora tota lini eo in balneis utile:quotiens ex
calfieri ea reſoluiq; opus eſt.grauior huic ſuauitas:Ideoq; aliquibus execrata.

MYRRHA LXXX

Yrrha uero arabicę arboris lachryma eſt.hanc ægyptiæ ſpinæ perſimi
m lem eſſe tradũt:laxatur plaga cortex, & proſilit ſpuma Tegete palmea
excipiente. Quod hęſit in caudice: addenſatur.Genera plura. Pediaſi-
mos pinguis, de qua exprimitur ſtacte. Gabiræa & hęc pinguiſſima, ſolo craſſo
reſtibili:ſtactem plurimã ſudans.Troglodytica omnibus antefertur.Nomen ha
bet a loco, unde cõuehitur:colore ſubuiridis:mordax perlucida.Colligit & alia
tenuior.Secũda poſt troglodyticam facile remolleſcens ſub digito, ut bdellium
odore putidiuſcula:In locis ſoli oſtentis Caucalis uocatur, alia maturitate inſi-
gnis : colore atro : Retorrida. Ergaſime appellatur : quæ peſſima inter omnes
ſquaroſa, macilenta, guſtu acri.Aſpectu & uiribus gũmi.Damnatur & quæ min-
nęa dicitur.Porro myrrha defingitur in paſtillos : pinguis in pingues, odora-
toſq; :arens in aridos atq; inertes.Languida eſt:cuicumq; a digerentibus addi-
tum oleum eſt.Adulteratur Gummi permixto : quod prius diluto myrrhę per-
fundunt. Deligitur recens aſpero quidem ſitu obducta minime ponderoſa : ex
omni parte concolor:& quæ confracta candidas unguium modo læueſq; uenas
intus habeat. Iam minutis glebis : guſtu amaro:acri : odorato: calido. Nam
ponderoſa colore piceo, ſuperuacua. Vis myrrhæ in medicina excalfacere:
caput tentare:agglutinare:ſiccare:aſtringere.uuluas, quæ contractæ ſint : mol-
lire:diducere.Menſes trahere.Partus uelociter pellere:cum abſinthio aut aqua:
in qua lupinum maduerit : aut ſucco Rutæ naturalibus appoſita. Contra uete-
rem tuſſim, magnitudine fabæ deuoratur. Eodem modo ad orthopnœam : ad
laterum dolores & pectoris : ad aluum conſtituendam : ad dyſenterias. Ea-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0031-9 DFG

dem menſura cum pipere atq; aqua in horroribus febrium datur bibenda, utiq; ante acceſſionem duabus horis. Arterias ſcabras: uocem obtuſam linguę ſubiecta in ſuctum emendat. Lumbricos interficit. halitus oris commanducata: & cũ alumine liquido inuncta uirus alarum extinguit. Quibus gingiuę denteſq; labãt: cum uino & oleo colluit os. uulneribus capitis inſperſa glutini uicẽ reddit. Auriũ fracta: oſſium nuda conueſtit adiecto limacis interiore callo. Quorum auribus effluat pus: & quibus intra eas collectio aliqua ſentiatur: cum Meconio: Caſtorio: Glaucioq; illinitur. Ad uaros cum Caſſia & melle. Ad impetigines cum aceto: ad capillum fluentem, cum Ladano: uino & oleo myrteo. ſi deſtillat humor ex capite naribus penna ſublinitur. Eadem & ulcera oculorum explet albugines: caligines & ſcabras genas exterit. Fuligo e myrrha colligitur qualis e thure: paulo mox nobis dicenda eodem effectu.

MYRRHA BOEOTIA LXXXI

m Yrrha boeotię quoq; communis e quadam arbore ibi erumpit Radicis uulnere. melior, quo myrrhę ſuauitati uicinior eſt. uim habet calfaciẽdi: emolliendi: diſcutiendi utilem ad ſuffitus.

STYRAX LXXXII

s Tyrax lachryma eſt arboris Cotonio malo ſimilis. probat colore ruffo: pinguis reſinoſuſq;. albicantibus fragmentis odore perſeueranti: & cum ſubigitur, quodam mellis ſucco lenteſcens. huiuſmodi eſt e Cataballis: Piſidia: Ciliciaq; inuectus. deterior niger & arẽidus: furioſuſq;. inuenitur & lachryma ſimilis Gũmi tranſlucida, redolens myrrham. ſed hęc perq̃ exigua. adulteratur uero Scobe arboris ſuę quam uermiculi erodentes pertundunt. Accepto etiam mellę, atq; Iridis ſedimento & aliis item pluſculis. Nonnulli ceram & ſeuũ odoribus condunt & flagrantiſſimis diebus in ſole condepſant, ſubiguntq; cum Styrace: Mox uermiculis per collum, foraminibus ſolutis ampliſq; peruium exprimunt aqua frigida excipiente. ita confictum uenalem proponũt Scolecitem quaſi uermiculatum uocantes. Nec difficile minus gnaris peritiſq; imponitur pro ſincero eũmercantibus. Alioquin odoris ignauia, deprehendere adulterium eſt. Is enim ubi dolus abſit, uehementer acutus pręſentiſcitur. Mollit: excalfacit: concoquit: Medetur tuſſi, diſtillationibus: grauedini: faucibus: uoci obliſæ: Item uuluę pręcluſæ, duritia ue laboranti. ciet menſes potu, appoſituq;. aluum leuiter mollit. modico potu cũ Reſina Terebinthina. additur in malagmata: quę diſcutiant, acopiſq; utiliter. uritur: inflammatur: torreturq; ad fuliginem ut Tus: Fuligo ipſa effectus eoſdem præſtat: quos e Ture. oleum quod in Syria e Styrace fit. calfacit & mollit inſigniter. Cęterum inimicum capiti. Dolores creat, grauatq; Soporifera etiam ui.

BDELLIVM LXXXIII

b Dellium aliis Blochon: aliis Maldacon appellatum. Lachryma eſt Saracenicæ arboris. Eſſe autem debet amarum guſtu, tranſlucidum: Tauri no glutini ſimile interius pingue: ad tactum: ſi ſubigatur: molleſcens. liberum cortice: liberum ſordibus: odor marini unguis accenſo. Alterum genus

inquinatum

inquinatum, Nigrumq; grandioribus glebis: Hadrobolum uocatur: Conuolutũ in offas aduectum ex India. Est & tertium Bdellium a petra simile arido: Resinaceum colore propemodum liuido: cui secunda bonitas. uitiatur Gũmi. proditur gustu minori amaritudine: Item olfactu. odore minus iucundo cum uritur: Natura eius excalfacit: mollit: Bronchocelas: duritias, humorem: qui scrotum copiosus distringat: egregie discutit. Sed in id Saliua ieiuni hominis soluendum præcipiunt. uuluas contractas resoluit impositum uaporatumq; subter: partus humoremq; omnem ex utero detrahit. calculos potu cõminuit. urinas molitur. Tussientibus quoq; utiliter datur: & ueneno quoq; animalium percussis. probatur & ad rupta, conuulsa: laterum dolores: spiritus discurrentes coercet. Malagmatis ꝑtra rigores neruorũ: nodosq; addit. Efficacius reddit ꝑfusũ uino, calidaue aqua.

TVS LXXXIIII

Vs in Arabia nascitur parte eius una: quæ ob id turifera cognominatur t præfertur masculum Tus quod & Stagoniam uocant. huic natiua rotũditas guttę: Tali modo & Atomum appellatur: hoc est indiuidum foris candidum: & si frangas: interius pingue. positum in Carbone ardet celeriter. habetur & indicum Tus: subruffum & liuidum colore. Adulterio quoq; rotunditas quęritur, circuncisum in quadrantalem formam coniiciũt in fictile, circũagũtq; donec partes prominulę attritu in figurã absoluti orbis quasi reciprocent. Tẽpore post ruffescit. Atomũ Syagrũq; noiant. ꝓxima cõmẽdatio eius qd' Arrabias dictũ est & eius: qd' i Smilo copiscõ ab aliqbus uocari animaduerto. Minus magnũ hoc magisq; ruffum. celebratur & Amomitis: candidũ & cũ fricatur: digito consentiens ut Mastiche. omne autem Tus adulteratur Resina Piceæ, atq; Gummi subiectis pro eo. Alioquin præstigia facile colluditur: Nam Gummi non flãmatur. Resina in fumum exoluitur. Tus statim accenditur. Distinctio & ab odore facilis. natura Turis excalfactoria, astrictoriaq;: discutit oculorũ obscuritates: caua ulcerum replet, cicatricibusq; includit. uulnera quoq; agglutinat protinus. cruentis iisdem iniectum & omnem sanguinis abundantiam reprimit, priuatimq; eum: qui e membranis cerebri erumpat. uulceribus: quę dicantur Cacoethe, circiter sedem natis & cæteras partes medetur cum lacte tritum: linamentoq; impositum. Formicas incipientes & Impetiginem cum aceto & pice tollit peructis. Ambusta, Pernionesq; cum suillo pingui, Anserinoue additum sanat. Erumpentia in capite cum Nitro infricatum. Paronychiis cum melle. Aurium fractis cũ pice, prodest & aduersus dolores earum quoscũq; instillatum cum uino dulci. Mãmas a partu inflammatas cum cimolia & rosaceo iungit. medicinis ad Arteriam utiliter miscetur. Itemq; iis: quę ad uiscerum morbos conduntur. Sanguinem expuentibus confert in potu datum. Qui ualent, si bibant: insania periclitantur. largiori ex uino (tanta uis) interficit. uritur Tus puro fictili de lucerna granatim succensum: donec conflagret: ubi ad plenũ exarserit: operitur usq; quo se restinguat. Ita enim in cinerem uertitur. Quidam patellæ uas aheneum circundant cauum: pertusumq; in medio ad fuliginem capiendam: ut in mentione huius rei paulo infra docebimus. Alii in crudam fictilem componũt & oblinunt luto atq; ita in fornace urunt. Torretur uero in noua testa carbone ardenti: usq; adeo dum, neq; am-

plius bullet:neq; lẽtorẽ & halitum reddat.qd' deustum nõ sit, facile frangitur.

CORTEX TVRIS LXXXV

c Ortex Turis melior:qui crassus:pinguis:odoratus:recẽs:lęuis neq; porriginosus, aut membranaceus. Adulteratur cortice arboris Pinus & Piceę. Et huius exploratio ab igne. mutatus in eo non ardet: Sed in uaporem sine odore soluitur. Sincerus accenditur, & odorem in suffiendo reddit. uriẽ & cortex Turis modo, quo Tus ipsum: effectus eosdem habens, tantum ualẽtior magisq; astrictorius. utilior & sanguinem sereãtibus, feminas defluuio laborantis appositus iuuat. cicatricibus oculorum & cauitatibus atq; lacunulis prodest, purgatq; sordes. Tostus pruritum: qui in iisdem sit: tollit.

MANNA TVRIS LXXXVI

m Anna Turis probatur alba: pura: cartilaginea: potest quęcunq; Tus ipsum: duntaxat infirmius. Quidam Resina Piceæ cribro effusa uel pulueremolarum, uel cortice Turis contuso adulterant. Et hæc quoq; fraus igne coarguitur: quoniam fumus dissimilis attollitur: nec peride cõspicuus ut in sincera: Sed ater atq; impurus. odore quoq; mixturam prodente.

FVLIGO TVRIS LXXXVII

t Vris Fuligo ita quęritur. Grana Turis forficula comprehendito, singulatimq; ad lucernam accendito & in patinam concauam: quæ fictilis & noua sit: imponito. superne ahenum cauum, purum: cuius media testudine foramen insit, applicato: sed lapillos ad latus eius alterutrũ, aut etiã utrũq; subiicito altos semidodrantem, ut sit, qui possit introspici, ecquid probe, cremata sit Tus, obiterq; aditus pateat: grana Turis alia suggerẽti. prius uero q̃ granũ primum extinguitur, subinde alterum supplere oportet, Idq; iungis facito, quoad fuliginis modus satisfaciat. cæterum habenda tibi præ manibus spongia est: qua partes summi æris forinsecus ex aqua identidem refrigeres: Ita.n. fuligo: quę subierit, adhęrescet omnis, agglomerabiturq;. si minus multa inflammatio fornicis eius fuerit. Alioquin uapore non castigato commeabit retro, naturaliq; leuitate reciprocãdo cineribus Turis confundet sese. detersa ergo prima fuligine iterum grana succendito, Succenturatoq; ad eandem formam: quousq; sat sit. Cineres quoq; tollendi: qui desederunt: Ture combusto separatimq; ad medicinam seruandi. Vis eius ad oculos: qui inflammati sint placandos. Fluctiones in iisdẽ constituendas ulcera perpurganda, caua implenda: cancros arcendos.

FVLIGINES E CÆTERIS REBVS LXXXVIII

h Oc exemplo Fuligo de Myrrha: Resina: Styrace: omni demum Lachryma colligitur ad easdem utilitates.

PICEA ET PINVS ET STROBILVS, TEDA LXXXIX

p Icea arbor percognita. huius generis est: & quæ Pinus appellatur, specie tantum a priore dissidens. In utraq; astrictoria cortici uis: intertrigines tritus & illitus sanat. uulceribus cutis, ambustionibusq; cum spuma Argenti & mãna Turis imponitur. collectus cera Myrtea ulceribus mollium & feminei corporis medetur. cum Atramento sutorio ulceribus: quæ serpunt interitur. Partus & secundas morantes eiicit suffitus. Aluum fluentem potu constituit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0034-7 DFG

urinas ciet.folia earum trita inflāmationibus litu auxiliātur.uulnera quoq; ne in flammentur iniecta custodiunt. Trita & decocta in aceto:si colluatur os calidis, Dētium dolori ꝓsunt.priuatim & iocinori utilia sunt Drachmę pōdere in aqua uel melle mixto pota.Eandem uim habent & cortices appellatæ Strobili:& folia si bibantur. Teda earum in tenues assulas prescissa decoquitur in aceto ad dētium dolores contento decocto parte qua dolent.Ex eadem materia fiunt hastulæ ad medicamenta lassitudinis:& ad ea quæ lana molli excipiuntur feminarum desideriis.Fuligo ex his ad condituram accipitur atramenti eius: quo ad uolumina scribenda utuntur. Item ad calliblepharum.Emendat & angulos oculorum erosos:Raritatem superciliorum.Dilachrymationes.

PITYIDES LXXXX

Ytyida uocant fructum e Picea Pinuq; in conis uel metis repertū. Inest
p ei uis astringēdi, calfaciēdiq; aliquatenus. ꝑ se uero & cū melle aduersus tussim & uitia pectoris adhibetur.

NVCLEI PINEI LXXXXI

Vclei Pinei tam per se q̄ cum passo & Cucumeris semine si bibatur.uri-
n nam cient. Vesicę renumq; acrimonias hebetant.Miscetur iis cōtra stomachi rosiones Portulacę succus.infirmitatem uirium Roborant.humores in stomacho cōsistentes:qui computrescāt:retundūt, recētes ab arbore in passo cōfracti coquūtur ad ueteres tusses & tabē:ut liquor quoq; ꝑ singulo dies bibat pōdere cyathoꝝ triū.

LENTISCVS LXXXXII

Entiscus arbor nota.concretu toto astrictoria est. Semini foliis cortici
l tā e radice q̄ ramis eadē uis.Exprimitur succus e cortice: foliis: Radice cū aqua percoctis post coctionem folia eximuntur aqua.iterū coquitur. donec fiat crassitudo mellis.huic natura spissādi.sanguinē reiiciētibus:uētris solutionibus:Dysentericis bibēdus datur.prodest & cōtra sanguinē mulieribus erūpentē:& ad uuluę, sediscq; procidentiā.In totum Acacię & Hypocistidis more in usu respōdet. Eadē ꝑstat & foliorū succus tm̄ expressus.decocto eorū fouēdo alienata explentur.Ossa cōfracta resarciūtur. Abundantia mēsium in feminis sistit. ulcera:quæ depascunt, arcentur.urinas molit. dentium mobiles colluit.Cremia eius uirentia dentibus Calamistri uice atteruntur:exteruntq; eos. oleo ex semine eius facto proprietas Styptica est.promitur ad quæcunq; prestringi opus sit.

MASTICHE LXXXXIII

It & e Lentisco Resina lentiscina:quam aliqui Mastichen uocant.Adhi
f betur sanguinem Reiicientibus.tussi longinquæ. Stomacho utilis eadem est, ructumq; mouens.Additur in dentifricia & in unguenta:quę ad exterendam cutem in facie componātur:Item ad replicandas palpebras:commādūcata suauitatē halitus facit, Gingiuasq; reprimit.Laudatissima copiosissimaq; in Chio insula gignit.probatur quodā ignis fulgore splēdida:cādorē cerę Tyrenicę ꝑferēs:crassa:retorrida:odorata:friabilis.minus ꝓba ē colore uiridi. Adulterat ture ꝑmisto Resinaq;.

TEREBINTVS LXXXXV

Erebinthus & ipsa inter cōpertas.Cortici:semini: foliis astringendi uis
t adest.profectus iidem:qui e Lentisco, temperatur sumiturq; ad eundem

modum. Semen eius uescendo est. stomachum lædit. excalfacit, ualet & contra difficultatem urinæ. magnificum & ad Venerem excitandam. cōtra phalangiorum ictus ex uino propinatur.

RESINÆ LXXXXV

r Esina Terebinthi e multis locis cōuehitur. Arabia petręa Iudęa: Cypro Syria: Africa: Insulis Cycladibus: quæ & præstātior. Est enim alba: perlucida: colore uitri: cerulea: odorata: & Terebinthi plus referens: ex omnibus Resinis principatus Terebinthinæ datur: post eam Lentiscinæ: tum ei: quę de picea raditur: & Abiete. ultimum locum Pinea strobilinaq; obtinet. Natura in medēdo excalfacere: mollire: purgare: discutere. In tussi & tabe dilingitur & p se, & melle accepto. Item ad pectoris uitia. urinam exigit: cruda concoquit: uentrem emollit. palpebrarum pilos incommodos replicat. Lepris illinitur cum nitro: ærugine: atramento sutorio. utilissima & auribus saniosis, cum oleo atq; melle. Item in pruritu genitalium. Miscetur emplastro: Malagmati. Acopo: laterum dolores finit per se iuncta & imposita.

RESINÆ ALIÆ LXXXXVI

r Esina liquida e Pinu & Picea gignitur, utiq; non omni lono: sed in Gallia & Tyrrenia. pridem & a Colophone inuehebatur. unde nomen Colophonię. Importatur & e Gallia subalpina patrio laricis nomine singularis remedii aduersus ueterem tussim in eclegmate tradita & per se. differentia earum & in colore habetur. Aliis candido: aliis oleagino: Quibusdam melleo qualis Larici appellatæ. raditur & Cupresso ad eadem utilis Liquida. siccas partim e Strobilo & Abiete. partim e Pinu & Picea colligūt. In sicco genere quærūt ut sit odoratissima atq; perlucida. displicet ruffa: dilutaq;. placet similis ceræ nec contumax frangi. antecedit alias bonitate: quam Piceæ & abietes redunt quoniā odorata sit, Redolensq; Turis. Resinam excellentem & Ebusus mittit: Insula ea est secundum Hispaniam obiacens. e Strobilo: Pinu: Cupresso: Inferiores multo funduntur: neq; in opera respondentes ut illę. Cæterum ad eosdem usus: cum has, tum illas conuertimus. Lentiscina Terebinthinę utilitates pręsentat sane.

FVLIGO RESINÆ LXXXXVII

o Mnis Resina liquida uritur sic. uase partibus quatuor maiore q̄ liquoris infundendi modus sit: congius Resinæ in duobus aquę pluuiæ coquitur ociosę carbonibus: atq; identidem uentilatur: donec olere desinat: simulq; fiat fragilis hiulca lentescens. ubi refrixerit: conditur fictili minime loricato, id autem est non picato: ita euadit insigniter candida: prius uero liquanda colandaq; est, ut uitia eius & cortices separentur. alii utilius putāt sine aqua coquere, lento igne primum deinde cum in eo est, ut confluat: aceruatim carbones accumulant: & in triduū iustum coquunt die ac nocte interuallo nullo: usq; dum notę illę: quas diximus: existant. postremo ratione qua superius recōdunt. siccas earum coxisse tota die sufficiet: postea reponantur. Resina usta, malagmatis odoratis & acopis miscetur: colorandis quoq; unguentis. Excipitur & Fuligo Resinę ita ut Turis tempestiua i calliblepharum: angulos oculorum exesos: glabra supercilia: oculos lachrymantes. fit ex ea & atramentum librarium.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0036-9 DFG

PIX LXXXXVIII

Icis ſummæ ſpecies duæ.ſicca & liquida.liquidã nõnulli Conõ appellãt.
p Largit̃ hanc Pinus & Picea ex aſſulis arboris ſuæ pinguiſſimis .melior
Intelligit̃:quo nitidior:leuior:purior.Aduerſat̃ uenenis: quæ quis in ci
bo potione ue ſumpſerit.phthiſicis pus ſpuẽtibus:tuſſi : ſuſpirio excreationibus
pectoris difficilibus.cyathi menſura in linctum damus cum melle. Tonſillas in-
flammationes uuę anginas perungit.purulentis auribus infunditur cum roſa-
ceo. Morſibus ſerpentium cum ſale trito illinitur.cum cera pari portione un-
gues ſcabros emendat : uuluę Tubercula : & duritias ſedis diſcutit ſtrumas cum
farina hordacea & pueri impubis lotio decocta ad ſuppurationem perducit.ul-
cera:q̃ ſerpunt cũ Piceę cortice, aut ſulphure, aut furfuribus ſiſtit.cũ mãna turis
& cera uulneribus cõtrahendis:q̃ profunda ſunt:iniicit̃.Rhagadas ſedis pedũq;
ſanat:Explet ul cera & purgat ex melle cum uua paſſa & melle carbunculos & pu
treſcentia circumſcarificat.Medicamentis addita excedentibus proficit.

OLEVM PICINVM XCIIX

Pice oleũ fit:qd̃ picinũ appellãt ſeparata parte aquoſa eius.Innatat.n.
e hæc, ut in lacte ſerũ.Excipitur uero dũ coquitur Pix:uelleribus puris ſu
pra halitũ eius expãſis:& cum illa ꝑmaduerũt, expreſſis in uas:atq; hoc
fit, q̃diu Pix coquit̃.ualet ad q̃cũq; pix liquida cũ farina hordeacea.pilos alopeci
is reddit:ad quas & pice liq̃da utuntur. ſicut ad iumẽtorũ quoq; ulcera & ſcabiẽ.

FVLIGO PICIS C

Onficitur & e liquida pice Fuligo . in lucernam nouam accenſam datur
e aliquid picis, ut conflagret:mox lucerna operta in nouum fictile demit
titur.uaſi forma debet eſſe:quæ clibano ſuperne anguſta, orbiculataq;:
ab imo pertuſa .hoc modo compoſita relinquitur, ut ardeat, priore uero ab-
ſumpta . inuicem alia ſubinde infunditur : idq; ſępius, uſq; adeo dum collectæ
fuliginis copia ſatiſſaciat. Ita Reponunt:& utuntur.Natura eius acris & aſtri-
ctoria eſt. Vſus ad Calliblephara:oris circũlitiones : palpebras:quibus pilos re-
naſci uelimus: Imbecillas illachrymantes.Exulceratos oculos.

PALIMPISSA CI

Ix ſicca e pice liquida fit decocta.Quidam uocant Palimpiſſam : & eius
p duo genera.uiſcoſum & aridum.priori nomen Boſcas.optima eſt:pura
pinguis:odorata:ſubrutilans.Reſinoſa:Excalfacit:mollit:ſuppurat:tu
bercula:panoſq; diſcutit.ulcera explet . in uulnerarias medicinas utiliter ſciſcit̃.

ZOPISSA CII

Opiſſa:quam aliqui Apochyma uocare maluerunt : deraſa nauibus Re
z ſina eſt cum cera:diſcutiendis collectionibus potens: uidelicet marino
Sale macerata.Quidam in eo nomine Reſinam e picea capiunt.

BITVMEN S CIII

Itumen e lacu Iudeæ prę cæteris cenſetur.probatio eius ut modo purpu
b ræ ſplendeat:ſitq; odoris contenti ponderoſum ac graue.Damnatur ni
grum & ſordidum.Adulteratur Pice.naſcitur & Phoenice circa Sido-
nem.habet̃ & Zacynthum:& quod a Babylone inuehitur.in Agrigẽtino quoq;

agro liquid ũ innatat fontibus:quo utũtur ad lucernarũ lumina olei uice: Siculũ oleũ uocãtes, errore manifesto: qm̃ oleũ nõ est: sed genus ut dixi bituminis liqdi.

PISSASPHALTON CIIII

e St & quod Pissasphalton appellant ex argumento picis & bituminis natum in Appollomiatarũ agro:qui ad Epidaurum sunt:defertur hoc fluminis impetu pariter a Ceraunii s montibus: & erumpit in littora: tum ad glebæ similitudinẽ spissatur: & in densitatẽ coit redolẽs mixtã bitumini picẽ.

NAPHTHE CV

n Aphthe bituminis Babylõii colatura est colore cãdida, iuẽitur & nigra. natura igniũ rapax.ut qui transiliãt i eã q̃uis procul uisam.prodest cõtra suffusiões.albuginesq;.oia autẽ bitumiis genera iflãmatiões defẽdũt:collectiones discutiũt:agglutinãt:emolliũt:uuluarũ strãgulationes & ꝓcidẽtias, suffitu olfactu, appositu q; reprimũt:comitiales morbos ustũ explorat, gagatę lapidis modo.Purgatiões feminarũ i uino & Castoreo potũ elicit.tussim ueterẽ:anelitus difficiles atq; suspiriosos emendat.serpentium morsibus:coxendicum & laterum doloribus resistit.Coeliacis catapotium est: cum aceto uero potum discutit concretum sanguinem.Dysentericis liquefactum cum ptisana infunditur.distillationes pituitę consumit accensum.dentibus in dolore circũlitum medetur.aridum excalfactum radiolo pilos, genarum incommoditates reclinant.Illinitur & podagris:articularibus morbis:lethargo cum farina hordacea, nitro & cera.uis pissasphalto.quę pici confussæ bitumini.

CVPRESSVS CVI

c Vpressus astringit:refrigerat. folia eius cum passo & Myrrhæ exiguo: uesicæ fluctionibus & urinę difficultatibus medentur.Galbuli eius sanguinem eiicientibus tusi cum uino bibuntur. Dysentericis quoq;:Aluirheumatismis:orthopnoicis:tussientibus utiles sunt.Eadem & decocti eorũ opera est.tusi cum fico duritias molliunt.polypos naribus eximunt.scabritias unguibus tollunt cum aceto decocti:Mox triti additis lupinis.hernias interanei coercent illitu.Folio natura:quę pilulis. uidentur his abigi culices quoq; si accendãtur cum coma.uulneribus glutinandis folia trita per se illinimus.Eadem imposita sanguinem cohibent.Capillum denigrant ex aceto trita.per se uero & cum polenta:ignibus sacris ulceribus:quę serpunt:carbunculis prosunt:oculorũ quoq; inflammationibus linuntur.cum cera si imponantur:adiuuant stomachum.

IVNIPERVS CVII

a Rceuthis minor:alii Arceuthidam:alii Mnesitheon alii Acatalidã, Punici Zuorin sipet. Ægyptii libium.Romani Iuniperum.Galli Iunipicelium. Eius duo genera.altera maior. altera minor. Vtraq; ingenio acri. Vrinam trahit: excalfacit. Fugat nidore Serpentes. Semen in eo magnitudine Nucis Iuglandis.Alterum Auellanæ:odoratum:rotundum:& in commanducando e dulci subsalsum:Arceuthis hoc est Iuniperus uocatum.Excalfaciens modice atq; constringens:Stomacho:Pectori, tussibus utile. inflationes & tormina discutit.Bibit & cõtra Serpẽtes. Vrinas cit.eo dat & conuulsis & ruptis & strãgulatibus uuluę.folia quoq; acria sũt, pindeq; tã ipsa q̃ succus ipsoꝝ illi

nitur bibiturq; cũ uino, si uipera quem momorderit. Cineres corticis lepras exterminant. Ramenta ligni pota hominem interimunt.

IVNIPERVS MAIVSCVLA CVIII

a Rceuthis maior. Quidã cupressum syluestrem appellant. Aliqui Mnesitheon. Alii acaterã. Romani Iuniperũ. Et ipsa plurimis cognita: cup̃sso persimilis. Nascit' in asperis a fere maritimis. Pollet ad quęcũq; sup̃ior.

SAVINA CIX

a Rathy: Alii Baryton: Alii Barathron: Romani herbam Sabinam. Et hæc duorum generũ est. Altera cupresso. Altera Tamarici folio similis est. Priori spinosior q̃ cupresso frutex: odore graui: acuto: gustu feruenti. Breuis atq; in latitudinẽ fusior. utũtur quidã foliis ad suffitus pro ture assumptis. Ex utraq; folium nomas compescit. Inflãmationes minuit. Nigritias cum melle sordesq; purgat. Carbũculos ad suppurationẽ perducit. Cum uino pota & sanguinẽ per urinam exigat. Pecus in utero emortuũ apposita & suffita detrahit. In unguenta excalfactoria priuatimq; in gleucinũ id autẽ musteũ est: adiicitur.

CEDRVS CX

c Edrus de magnis arboribus est: ea: quæ picem dat cedriam appellatam. Fructum fert ut Iuniperus. Mirti magnitudine rotundum.

CEDRIA CXI

c Edria optima: quæ crassa translucida: odore q̃ minimum languido: & quæ guttatim stillata in unitate sua permanet: neq; se diffundit. Vitam aufert spirantibus: Defuncta corpora incorrupta conseruat. Proinde quidam huic nomen dedere Necruzoen hoc est defuncti uitã uestes quoq; & calceamina corrumpit calfaciendi & arescendi ui. Magnus ei usus ad luminũ claritatem peruncte. Albugines cicatricesq; oculorum cũ aceto colluit. Auribus uermiosis instillata necat tedia ea. sonos: tinnitusq; cum decoctura hysopi cõstituit: Dentium doloribus utilissima in cauernas addita: frãgit. n. eos & extrahit: dolores sedat. Idem facit, cum ex aceto colluitur. Inter abortiua est: si ante uenerem perfusa uirilitas sit. Anginas circunlinere, tonsillasq; inflãmatas utile est. Peruncta lendes pedesq; necat. Ictibus Cerastę imposita cum Sale remedio est. Contra lepores marinos datur in passo. Elephantias curat: linctu & litu. Aduersus pulmonis ulcera prodest cyathum eius sorbere: aduersus uermes & Tineas clystere iniecta pręsidium est. Fit ex ea oleum, separaturq; a cedria: cum cõcoquitur: uelleribus supra uaporem eius suspensis, atq; expressis ut in pice indicatum est: eiusdem ad omnia eadem usus: Priuatim contra quadrupedum scabiem: canum & boum. Sed infricandum uiriliter est. Ricinos quoq; earum applicatum partibus: ubi crassantur, interficit: & exulcerationes occasione tondendi factas, cicatricibus includit.

CEDRIDES CXII

c Edrides hoc est fructus Cedri: excalfaciunt: stomacho noxii: Tussim sanant. utiles Ruptis: conuulsis: stranguriæ: mensibus cum Pipere trito poti. contra uenenũ leporis marini cum uino, perunctos iis corpora cũ ceruino pingui, aut medulla fugiunt uenenata omnia. Conferũtur & in antido-

ta.Fuliginem colligunt e cedria, ut e pice, ualentem ad eadem, quę ſupra.

LAVRVS CXIII

l Aurus altera lato folio eſt. Altera tenui. Vtraq; excalfatoriam habet naturam:emollientemq;.Quamobrem decoctum uuluæ ad inſidẽdum ueſicęq; uitiis conuenit.Folium uiride leniter ſubſtringit.tritum illinitur ictibus ueſparum & apium.Inflammationes omnis cum pane, polentaq; illinitum mitigat.Stomachum potu:uomitiones mouet.

DAPHNIDES CXIIII

d Aphnides uocantur lauri baccę, calidiores etiamnũq̃ folia, ipſa cum melle uel paſſo tabeſcentibus Proſunt & orthopnoicis:eodem modo & omnibus thoracis rheumatiſmis.Aduerſus ſcorpiones ex uino bibunt. uitiligines exterunt.Succus e baccis auriũ dolores:tinnitus:grauitatem cum uino uetere, ac Roſaceo inſtillatus coercet.Miſcetur & acopis, & unguibus calfactoriis diſcutientibus.Cortex radicis rũpit calculos.Grauidis cauendus, enecans partus.Iocinori datur tribus unciis denarii ex uino odorato potui.

PLATANVS CXV

p Latani folia e tenerioribus in uino decocta & lita Pituitas oculorum compeſcunt:tumores inflammationeſq; leuant.Cortex dentium in aceto remedium eſt.Pilulę uirides in uino ſumptę aduerſantur ſerpentium morſibus.Ambuſta igni ſanant cum axũgia:Lanugo foliorum, pilularumq; auribus, & oculis appoſita inutilis.

FRAXINVS CXVI

f Raxinus arbor eſt pernota.foliorum ſucco & foliis quoq; ipſis & potu & appoſitu, uiperarum ictus reſtinguit.Corticis cinere cum aqua lepris illinitur.Ramẽta eius & ſcobem tradunt eſſe mortifera, ſi bibantur.

POPVLVS ALBA CXVII

p Opuli albæ cortex denario ponderis ſumptus coxendicum dolori & ſtillicidiis urinarum medetur.Non omittendum, quod a quibuſdam prædicitur:abortiuum eſſe eum:ſi cum rene muli bibatur.Foliis quoq; in uino a purgatione potis idem maleficium præſtari. Foliorum ſuccus aurium dolori calidus inſtillatur.Pilulis:quę in hac ſunt cum folia primum funduntur: tritis cum melle aciem oculorum inertiorem perungimus. Quidam tradidere corticem huius & nigræ conciſum in minutias & ſegetibus ſtercoratis inſperſum fungos utiles, innocenteſq; parere qui anno toto reſtibiles ſint.

MACIR CXVIII

m Acer e Barbaria inuehitur.Cortex ſubruffus & craſſus:guſtu ſatis aſtricto.bibitur cõtra ſanguinis excreatus:dyſenterias alui, rheumatiſmos.

POPVLVS NIGRA CXIX

p Opulus nigra foliis ex aceto podagris imponitur. Fundit illa & Reſinam: qua utuntur ad malagmata. Comitialibus ſemen ex aceto utile.

Iuxta Eridanum amnem e populis deſtillare lachrymã narrant:quę deſendo in ſpiſſitudinẽ coeat:& uocetur electrũ.ab aliquibus uero chryſophoron: ex attritu odoratũ, colore auroſo. Trita hęc ſtomachi & uẽtris fluxũ Potu ſiſtit,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0040-9 DFG

VLMVS CXX

Lmi folia:cortices,rami aſtrictoriam naturã obtinẽt.Foliũ tritũ ex ace
u to lepris illinitur:quo modo & uulnera cõtrahendi uim habet, magiſq; cortex ipſe pro uinculo deligandis iniectus ut qui Tiliaceus & modo ui tiliũ ſequax,lentuſq; ſit.Corticis craſſioris unciæ pondus potũ in uino uel aqua frigida trahit pituitas.Foliorũ decoctũ,Itẽ corticis detracti radicibus fouendo confracta celeriter ſarcit.humor in folliculis arboris huius naſcẽs germinatiõe prima ori circũlitus cuti nitorẽ inducit.Idẽ humor:cũ inaruerit:trãſit in animalia culicũ figura.Recentia eiuſdem folia obſonãtur igni olerũ modo ad eſus.

CARIES LIGNORVM CXXI

Aries,putrilagoq; ueteris ligni & caudicum:farinæ modo cõcreta ulce
c ribus:quæ purganda ſint:Illinitur:cicatricẽq; illis obducit.Mala:quæ ſerpunt:intercipit.mixta uino, cum aniſi æqua portione.

HARVNDO CXXII

Arundinum plura genera.Sagittarium:quam Naſton.hoc eſt Farctam
h uocant.Item quę thelys appellatur:quo femina itelligitur:de qua ligulæ tibiarũ cęduntur.Tertia ſyringias dicitur craſſiore callo: denſiorq; geniculis,unde ſcriptorius calamus.Amnica & in aquaticis nata Donax uocatur,ab aliquibus harundo cypria.Corpulentus hic,atq; cauus.Eſt & quæ phragmitis nomen habet,tenuata leui faſtigio in cacumen & candida : uulgaris hæc omnibuſq; nota.huius radix per ſe:aut cum bulbo extrahit aculeos:& quę infixa ſunt corpori.Medet & luxatis & lumbi doloribus illita ex aceto.Foliis tuſis uiridibus contra ignes ſacros inflãmationeſq; oẽs utunt.Cortex alopecias emẽdat uſtus & in aceto perlitus.Panniculę flos, ſi aures ſubierit, exurdat.Harundinis Cyprię opera eadem eſt.

PAPYRVS CXXIII

Ognita res & Papyrũ:unde chartę conficiũtur.Præcipuæ utilitatis cũ
c madefactũ & lino circũuolutũ inaruit ad laxandas, quæ pręcluſę ſint: fiſtulas.Si quidẽ aſtrictũ demiſſumq; ita implet uligine.Intumeſcẽdoq; ad itroitũ medicamẽtoꝝ fiſtulas reſoluit exaperitq;.habet radix eius alibile quiddam ac teneꝝ eſui:quod mãdũt ægyptii.Nec ut deuoret corpus,uerũ ut expuat, ſucco modo exp̃ſſo.Radicibus incolę ꝓ ligno utunt. cinis cõbuſti nomas i ore: ac cęteris partib9 craſſantes cõpeſcit.Sed efficacius charta:q̃ ex eo fit: cremata.

MYRICE CXXIIII

Yrice,hoc eſt Tamarice arbor & ipſa inter uulgatas.Naſcitur proxime
m paludes,quieſcẽteſq; aquas.fructũ fert ad ſimilitudinẽ floris muſcoſum concretu.Mitior in Ægypto & Syria gignitur.Cętera ſimilis ſylueſtri: ſed fructũ habens lignoſum,ut galla inęqualiter aſperũ guſtu:quo medici utunt uice gallę i cõpoſitionibus ſtomaticis. Itemq; medicaminibus oculoꝝ. Datur & ſanguinem expuentibus potui:cœliacis & contra profluuia feminarum:Necnõ morbum Regium : aduerſuſq; phalangium.Idem tuſus : impoſituſq; collectiones oẽs inhibet. Cortex in eoſdem uſus adungitur. Foliorũ decoctũ ad lienem præcipuum eſt,ut quod in uino ſumptum uiſcus illud conſumat. Ad dentiũ dolorẽ ſalutare colluẽtibus eſt.Mulierũ abũdãtiã ſiſtit inſidẽtiũ.phtiriaſi lẽdibuſq;

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0041-5 DFG

infundit̃.Cinis arboris applicatus fluores uuluarũ immodicos supprimit.Quidam in remedium homini splenetico potum dant in uasis e trunco eius factis.

ERICE CXXV

e Ricem uocamus fruticosi generis arborem: nec magnopere differentem ab Tamarice, q̃q̃ amplitudine multo inferiorem. Vescuntur florem eius apes, de quo mellatio minime probata. huius cacumina & flores illiti serpentium ictibus aduersantur.

ACACALIS CXXVI

a Cacalis semen est fruticis in Ægypto nascentis similitudinem cum fructu Tamaricis obtinens: aqua in qua id maduerit, additur in collyria, claritati oculorum facientia.

RHAMNVS CXXVII

r Hamnus alii persephonion, Alii leucacantham. Romani spinam albã. Alii spinam cerualem. Punici atadim. Frutex est nascens in septis: Ramos spargit rectos: Itemq; aculeos rectos Oxyacanthę modo. folium paruum, sublongũ: pinguiusculũ: molle. Alterũ genus cãdidius. Tertiũ fuscius: latioribus foliis quadantenus rubens. uirgis procerioribus, ac pene cubitorum quinq; spinosius supradictis q̃q̃ minus firmum: & aculeo mucronato. Fructus ei candidus: latus: prætenuis: folliculari specie assimilis Verticillo. Folia omnium generum ignibus sacris, & ulcerum serpentibus illinuntur. Rami ex ea foribus fenestrisq; additi remedio esse contra mala medicamenta existimantur.

HALIMOS CXXVIII

h Alimos & ipsa in nominũ ambitu est. Alii enim Damasonion. Alii erymon. Alii britanicam. Alii rhabdion, hoc est uirgulã. Alii basilion. Prophetæ hermubasin, hoc est basin Mercurii: iidẽq; sapsida. Nõnulli diadema osiridis: Quidã Elistephanon. Alii hieros caulos hoc est sacer caulis. Pythagoras Anthenoron. Ægyptii asontiri. Alii asphe. Alii asealenri. Alii Esariphe. Romani albutium. Aliqui ampelutiã uocãt. Frutex est uallaris & similis Rhamno: Sed sine spina. foliis oleę dũtaxat latioribus nascit̃ in maritimis circa sepes. laudata in cibis folio eius instar oleris decocto. Radix drachmæ põdere in aqua mulsa pota discutit tormina: Rupta: conuulsa. Vbertatem Lactis facit.

PALIVRVS CXXIX

p Aliurus frutex notus creber aculeis: ualidus. Semen pingue: fuliginosum. Efficax cõtra tussim Potũ & calculos uesicę frangẽdos. Serpẽtiũ quoq; uenena debellat. Folia & radix astrictoriam uim habẽt: eoq; decocto aluus sistitur: urinæ pellũtur. Aduersus potũ ueneni: & bestiarũ percussus utũtur. Radix trita & illita discutit uomicas Recentes: collectionesq; omnas.

OXYACANTHOS CXXX

o Xyacãthos hoc est spina acuta: quã alii Pyrenã. Alii Pityanthem appellant. Arbor est similis Piro syluestri: sed minor & uehemẽter spinosa. fructum gerit Myrti similitudine grandiusculũ, rubentẽ: frangiq; facilẽ. Intus nuclei sunt. Radice alta, multis diuisuris præscissa. baccę huius Potu uel cibo aluum liquidam contrahunt. Profluuia feminarum tenent. Radix tri-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0042-1 DFG

ta & illita extrahit infixa corpori: sagittas: hastulas: spicula. Auctores sunt uẽtre pręgnantis leui ictu ter percusso aut reuncto radice: abortum comitti.

CYNOSBATOS CXXXI

Ynosbatos. hoc est canis Rubus. Aliqui & hãc oxyacanthem idest acu
c tam sentem uocant. Frutex est multo amplior rubo. Arboreus foliis la-
tioribus longe q̃ myrtus. Aculeis circa uirgas robustis: flore albo, Se-
mine oblõgo simili nucleis oliuarũ: & cũ maturescit rubente lanea intus natura.
hoc ubi adaruerit in uino deferuefactum efficaciter bibitur: quibus uenter fluat:
In quo usu lanugo detrahitur: quoniam arteriæ inutilis sit.

CYPRVS CXXXII

Yprus arbor est foliis oleę circiter ramos: latioribus: mollioribus: co-
c lore uiridioribus. Flore muscaceo: candido odorato: Semẽ ei atrũ. simi-
le sambucino acino. Nascit' ascaloni Iudeę optima. Itẽ Canopo. Natu-
ra foliis astrictoria: unde cõmanducata oris ulceribus imponũtur. Eadẽ illita col
lectionibus feruidis medẽtur, Itẽ carbũculis. Decocto eorũ fouere ambusta pro-
dest. Ipsa ruffant capillũ tusa adiecto struthei mali succo. Flos capitis dolores se-
dat cũ aceto illitus fronti. Quemadmodum ex ea fieret oleum: docuimus. Natu-
ra eius excalfacit, emollitq; neruos: si adurentia misceantur.

TILIA CXXXIII

Ilia est arbor magnitudine: qua Cyprus: foliis oleæ nigrioribus latiori
t busq; fructu lentisci nigro subdulci, Vuarũ more congesto. locis aspe-
ris prouenit. Folia huius astringunt eodem profectu quo folia oleastri:
Ideoq; ad omnia: quę spissanda sunt: pertinent. Cõmanducata ulceribus oris In-
fantium utilissime imponuntur. Ad idem & decocto colluere, salutare est. Pota
urinam ciunt: sanguinem mensium detrahunt.

CISTHOS CXXXIIII

Isthos quem aliqui citharon siue cissaron uocant: frutex in saxis proue-
c niens. Ramosus, foliosus: nec prealtus: folio circinatæ rotunditatis:
hirsuto, gustu acerbo: flos masculo punici. Feminæ albet. Proprietas
astrictoria. Itaq; dysentericis prodest in uino austero flore bis die poto. Per se no
mis illinitur: cum cerato ambustis & uetustis ulceribus.

HYPOCISTIS CXXXV

Vb cistho ad radices nascitur hypocisthis a quibusdã orobethron: sicut
s ab aliis cytinus dicta. Malogranato imaturo similis. Tria eius genera.
Ruffum: herbaceũ: candidũ: cui Succus exprimit': ut acacię. Aliqui are
factam cõfringũt: madefaciũt: decoquũt: cætera ut in Lycio faciũt. uis ei qualis
Acacię: constringentior tantũ. atq; siccantior: In morbo coeliaco, Dysenteria:
sanguinis excreatu, proluuie mulierũ utiliter bibitur: utiliter & infunditur.

CISTHOS ALIA CXXXVI

St & aliud genus cisthi a quibusdã ledon uocatũ. frutice simili nigriori
e bus tantũ & longioribus foliis: hęc uere pinguedinem Roscidam con-
trahunt. usus in foliis ut astringant ad eadem omnia utilis atq; ipsa ci-
sthos. Ex hac herba ladanum conditur duobus modis. Si quidem folia eius, ca-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0043-7 DFG

pręatq; hirci.carpentes insidentem iis succum uillo barbarum & femorum abstergũt:qui natura tenax & lentus facile sequitur ad contactũ ut uiscũ.Detractus hic purgatur,atq; in offas cõuolutus reponitur.Alii funiculis:ubi syluæ sunt attractis,Pingue:quod adhęrescit iis:depectunt,atq; ita in panes diuidũt.Laus optimi ut odoratum sit,ut colore subuiridi,ut statim tactu mollescat.ut pingue sine arenis:sine scabritie.Resinosumq; sit.Tale habetur e Cypro insula.Fit & in Arabia Africaq;:sed minus nobile.Vis siccandi:emolliendi:calfaciendi:aperiendi. Vino accepto:myrrha:& oleo myrteo capillũ fluentem continet.Cicatrices cũ elegantia ad colorem reducit:cum uino illitum.Auribus:quæ doleant:cum hydromelite,aut Rosaceo infunditur.Secundas euocat suffitum.Duritias uuluę in lana resoluit.Miscetur allicientibus somnum:Medicinis ad tussim & malagmati.Potum ex uino uetere aluum fluidam supprimit:urinas appellat.

HEBENVS CXXXVII

h Ebenus laudatur ęthiopica nigri splendoris,sine lęuore cornus expoliti arte.Prędensa materie:si frangatur.Mordax substringensq; linguam & quę in carbone posita citra flammam & fumum uratur.Odore iucũdo gratuita.Nam recẽs hebenus propter pinguitudinẽ succensa igni cõflagrat: ligno ad cotem trito ruffescit.Inuehitur & idica Hebenus uenas habens fuluas & candidas maculis frequentibus.Alioquin melior quæ supradicta est.Quidam ligna sesamina atq; Acanthi pro Ebeno uenditant:sed deprehendũtur q; hiant, solutioraq; sunt,& q; in taleolas minutas & colore quasi purpureas fatiscũt:qq; admota linguæ non mordent:nec accensa fragrant.Ebenus oculorum caliginẽ discutit.Efficacissime autem ueteres fluxiones & pustulas ligno Prędertim:quod ad cotem teratur,addito in collyria scobem & ramenta eius in uino chio macerata noctem & diem mox trita recte in collyriũ digerũt.Alii terunt prius: deinde percollant:cætera eadem: quibusdam pro uino aquæ usus placet.Hebenum cruda fidelia donec abeat in carbonem urito exemptam, ut plumbum ustum lauito:contra lippitudines siccas utitor.

ROSA CXXXVIII

r Hodon uel Rhoda Romanis dicitur rosa,refrigerat:& astringit: magisq; hoc posterius,etiannũ arida.Succus exprimitur tenerę unguibus forcipe detractis.Partes.n.candidę foliorũ ungues uocãtur.Reliquũ premito,teritoq; in umbra mortario usq; dum se contrahat:Ita comparatus ad oculorũ circũlitiones promẽdus reponitur.Folia quoq; in umbra siccãtur: crebro uersanda,ne situs iis insideat.horũ:quæ in uino decocta sint:cremor probat ad capitis,oculoq;,& auriũ dolores,gingiuas.uitiis sedis Intestini recti,uuluarũ collutus pẽnaue illitus medetur.Folia quidẽ citra expressionẽ cõtusa contra humores in stomacho consistentes imponimus:sic & inflãmationibus præcordiorum & ignibus sacris illinimus:femora siccis & tritis aspergimus.eadem compositionibus: quas antheras uocant & uulnerariis quoq; remediis miscentur. Vruntur & in calliblepharum folia.Inuenti media in rosa flores adsiccantur.& fluitionibus gingiuarum farina eorum atteritur.Capita pota proluuiem uentris & sanguinem:qui reiiciatur:constituunt.

rhodides

RHODIDES CXXXVIIII

Rhodides uocantur e Rosa pastilli.quos ita componunt.Rosę uirentis:
r que non madeat:flaccidæ id est:quę modo marcuerit. denarios . xxxx.
Nardi Indici.x.Myrrhæ.vi.terunt:& in orbiculos ponderis obolorum ternum effingunt, siccantq; in umbra:mox condunt fictili non picato:Sed arcte operculato.Quidam adiiciunt superioribus Costi denarios binos & Iris Illyricę totidem:affuso quoq; uino Chio cum melle.usus horum ad feminas collo circūdato uice Moniliū, cōtra sudoris uirus.tritis his utūtur, & in diaplasmata collitionesq;:ad coercēdos sudores:ita ut a balneis parescāt in corpe, dein frigida abluantur.

LYCIVM CXXXXIIII

Ycium aliqui Pyxacantham appellant armatam aculeis arborem, ra-
l mis trium cubitorum, aut etiamnum maioribus.folia densa Buxo simi-
lia.fructus Piperis, niger:amorulentus.læuis, densus.arbor ipsa cortice pallido & colore medicamenti sui cum soluitur.radice multiplici obliqua, ligno sa.Cappadociæ Lyciæq; abundat, nascens & locis aliis pluribus.prouenire amat solo gracili.radices huius cum ramis suis contusæ macerantur aqua multis diebus:tum coquuntur semel:iterumq; ligno exempto donec mellis crassitudo fiat. Adulteratur aliquotfariam, primum amurca dum coquitur, coniecta:succo Absinthii.felle bubulo.spuma quidem eius ac flos in coquendo innatans cortinę detrahitur oculorum medicamentis.reliquus cremor ad alia idoneus conditur.ipsum quoq; semen expressum & contentum in sole dat utilem medicinę succum.cōmendatio Lycii ut in carbone ardeat:& in restinctu spumam rubentem obtineat. glebis extrinsecus nigris:intus ruffis.cum fregeris:minime pæminosum olfactu gustum astringēs cum amaritudine: Croci colore.omniaq; hęc discrimina Indici sunt.id enim prestantissimum existimatur, efficacissimumq;.uis Lycio spissandi. Quibus oculi caligant obungitur.in iis & Psoras sanat & pruritus & ueteres fluctiones, aures purulentas:tonsillas, gingiuas exulceratas labia rimosa.rhagadas sedis:attritus.Iam cœliacis dysentericisq; utralibet medetur:seu bibi, seu in aluum dari conueniat.sanguinis excreationes & tussim in aqua sumptum cohibet.aduersus canis rabiosę morsum in pilula deuoratur, aut sorbetur ex aqua.capillum ruffat.curantur eo & ulcera digitorum & serpentia ac putrescentia. admouetur mulierum uuluę contra profluuia . iis quos animal in rabie percusserit:dat bibendum in lacte.aut more Catapotii sincerum.Nasci uero Lycium Indicū tradunt e frutice:qui Lonchitis dicatur.Est autem Lonchitis ea genus sentis:uirgas habens subrectas tricubitas, aut eo etiam ampliores protinus ab radice multas crassioresq; Rubo.cortex abscedens cruentus.folia oleę. fertur herba eius in aceto cocta & pota inflammationes Lienis & auriginem tolli.feminas purgari.crudam quoq; ac tritam in eosdem usus conferri:seminis duobus mystris aquas detrahi potu:uenena: quæ quis sorbuerit:frangi.

ACACIA CXXXXI

Cacia in Ægypto exit Spina, magnitudine arboris fructicosę: nec in
a rectitudinem assurgentis . Flore candido :Semine Lupini in siliquis . ex
quo siccatur in umbra.Succus: qui ex maturo eo niger euadit : e crudo

ruffescit.Probato:q quadātenus rubeat:odoratusq; sit, tanq̄ Acacia.Quidam cū semine folia quoq; ipsa exprimūt.Ex spina colligit gummi. uis ei ad spissandū, re frigerādūq; est.oculorū medicamētis succus accōmodatur.Sanat & ignē sacrum & mala, quę serpūt, & perniones, & pterygia:& quę in ore sunt ulcera.oculos pci dentes reponit.abundātiā mensium in feminis sistit. uuluā prociduam resilire cōpellit.aluum fluentem potu, infusuq; cōprimit.ab eo capilli tinguntur.lauatur uero ad oculorum utilitates in aqua tritus effuso tā diu superiore illo, quasi spumæ tectorio, q̄diu pura supernatantis aquę sinceritas cōstet. postea defingitur in pastillos.uritur & in cruda fidelia usq; dū figlina fornacibus percoquatur.ab aliis in carbone torretur identidem follibus flata.decocto spinę articulos dissolutos fouemus.gummi optimum esse conueniunt ex hac spina uermiculatum colore uitri:perlucidum:sine corticibus.Secunda probitas candido.Resinosum, & Sordidum improbatur.Effectus ei conglutinandi Medicamentis additum acrimonias hebetat.Ambustis prodest, & pustulas gigni prohibet illitum cum ouo.

ACACIA ALIA CXLII

a Liud genus acacię in Ponto & Cappadocia nascit:figura quidē ægyptiæ: cęterū minus magna multo atq; humi se continens.tenerior, & spinosior acacia cruciformi sēticū implexu:foliis rutę.autumno fert semē folliculis iugatis:q modo triloci, modo quadriloci sunt:minus grano lēticulę fit & ex hac expressa tota succus ad astringēdū:sed minus efficax.oculorū certe utilitatibus minime cōuenit.

AMVRCA CXLIII

a Murca, retrimētum, & sanies est:quę fracta:& expressa Oliua subsedit. hęc ad crassitudinem mellis decocta in ære cyprio:facultatem astringēdi nanciscitur:confertq; omnibus iis: quibus Lycium. Ex abundanti doloribus dentium, & uulneribus subuenit:ususq; eius cum aceto aut uino, aut mulso, ut quęq; curatio exigat:illinendę.additur & in ea quę oculis temperantur. itemq; in Emplastra. Multo autem omnis amurca inueterata efficacior. Exulcerationibus uuluę uirilitatis & sedis infunditur:uitiatos dentes extrahit.Si uero cum Omphacio decoquatur, ad mellis spissitudinem:iumentorum Scabiem cum decocto lupini & chamęleonte herba inunctu sanat cruda amurca & recenti podagras & articularios morbos foueri calida utilissimum.illita in corio & imposita reprimit hydropicorum tumores.

VITEX CXXXXIIII

a Gnos alias Agonos, alias Lygon:alias Amictomiæ nō, alias Tridactylon, hoc est Tridigitum.Prophetæ Semnon, alii æma Ideos hoc est sanguinē Ideos:Ægyptii Sum.Romani Salicem amerinā. alii Piper agreste.alii Lecristicon.frutex est arboreus secundum amnes solo asperso & conuallibus nascens:uirgas habens lentas:proceras:folia oleacea tātum teneriora. uni generi eius flos cum purpureo candidus:alteri tantum purpureus:semine piperis facultas ei excalfactoria, & astrictoria est. fructus aduersantur serpentium uenenis:Ad aquam inter cutem, ad lienem perq̄ utiles noscuntur. Lactis ubertatem faciunt.ciunt & menses poti, quantum denarii pondus in uino.Genituram quoq; absumunt. Caput tentant, Grauitatem, Soporemq; afferentes. Insidentium

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0046-5 DFG

decocto herbę atq; ſeminis affectus & inflammationes uuluæ placantur. Semen potum cum Pulegio & ſuffitum & appoſitum feminas purgat. capitis dolorē diſ ſoluit adiectum. inſtillatur cum aceto & oleo capiti in lethargia & phreneſi. folia nidore aut ſubſtratu fugāt uenenata. morſoſq; ab iis leuāt uel illitu. duritias teſtium cum Butyro & foliis uitium diſcutit. rhagadas ſedis cum aqua ſemen illitū: luxatis cum folio & uulneribus medetur. uirgæ quoq; eius geſtatæ modo uiatori metum intertriginis auferūt. Agnon uocant, id eſt caſtum, quoniam matronę in theſmophoriis atheniēſium caſtitatem cuſtodientes iis foliis cubitus ſibi ſternūt. Lygos uero hoc eſt uitex appellantur ex argumento naturæ pollentis uſu uitiliū.

SALIX CXXXXV

Alix notiſſima & hæc. ſpiſſantia habet omnia: folium, ſemen, corticem, ſ ſuccum. Folia eius contrita cum modico Piperis dantur bibenda in uino gracilioris inteſtini morbo. per ſe uero ex aqua cōceptionē potu adimunt. fructus ſanguinem expuentibus prodeſt. utilitas corticis eadem. cinis eius callum & clauum aceto miſto ſanat. foliorum & corticis ſuccus in calice punico excalfactus cum roſaceo auribus infunditur: quæ doleant. Eorundem decocto podagras foueri utiliſſimum: quo furfures quoq; purgantur. Manat ex ea ſuccus cum exciſo cortice qui concretus in plaga colligitur ad purganda quę obſtent oculis.

OLEA SYLVESTRIS CXXXXVI

Lea ſylueſtris: quam alii cotinon hoc eſt oleaſtrum uocant. ſunt qui oleā o Æthiopicam nuncupent: folia eius aſtringunt. trita igni ſacro: ulceribus: quæ ſerpunt: epinyctidi admouentur: carbunculos: nomas: paronychia inhibent. ulceribus ſordidis illinuntur: panos & collectiones cum melle diſcutiunt. cruſtas reſoluunt cum melle iniecta: cutem in capite auulſam conglutinant. commanducata oris ulceribus & priuatim infantium medentur. Iidem effectus expreſſis & cocto eorum reſpondent. proluuiem ſanguinis & abundantiam feminarum coercent ſucco appoſito. hic & Acinas oculorum & puſtulas ſanat: ulcera & ueteres fluctiones: proinde in collyria expetitur. Eroſiones genarum emendat. Excipitur autem ſuccus tuſis uino affuſo, uel aqua: ſiccatuſq; in paſtillos digerit: q̄q̄ diſcrimē illud, qd' effectus ſucco in uino ualidior q̄ in aqua, & diuturnitas maior. hic utiliter iſtillat' auribus: ſi pus effluat, exulceratę ue ſint. foliis in coeliaco uenter illinit' cum farina ordeacea. Vruntur hęc cum floribus ut Spodii uicem cinis pręſtet. componuntur cruda olla: quæ oblinitur: & in fornace habetur uſq; dum torreatur figlinū: deinde uino reſtinguitur: quo peride infuſo acceptoq; iterum uritur. Poſtea eluitur ut ceruſſa. Poſtremo paſtilli conduntur Miſcentur ita oculorum medicamentis non alio uſu q̄ ſpodii.

OLEA CXXXXVII

Leæ foliorum eadem natura: niſi quod minus uehemens q̄ priorum intelligitur, eoq; magis blanda & commodior oculis uidetur. ſuccus: qui o ligno recenti accēſo diſtillat: furfures: pſoras: lichenaſq; ſanat. Fructus quoq; ipſarum & nomas repurgat & furfures diſcutit, ſanſarum hoc ē nucleorū medulla cum axungia & polline farraceo ſcabris unguibus mponitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0047-0 DFG

OLIVÆ COLYMBADES CXLVIII

Liuæ colymbades tritę ambuſtis puſtulas defendunt.ſordida ulcerũ pur
o gant.ſuccus earum e muria colluentium gingiuas compeſcit.dentes in-
firmos commotoſq; ſtabilit.oliuæ ſubruffæ, ac recentes alienę uẽtri, ſto
macho utiles ſunt.contra nigrę ac maturæ faciliores uẽtri: difficiles ſtomacho:
ne oculis quidem conueniunt.capiti dolorem inferunt.toſtæ & impoſitæ nomas
amoliuntur:carbunculos rumpunt.

OLEVM OLEASTRI CXLVIIII

Ylueſtris oleo gingiuas uligine laborantes imbuimus, ad dentium mo-
s bilitatẽ colluitur os.Ex calfacto rheumatiſmos gingiuarũ foueri utiliſ-
ſimũ.inuoluta.n.ſtilo lana intingit oleo & gingiuis applicat uſq; dũ al
beſcant.

OLEA ÆTHIOPICA CL

Achryma:quæ ex arbore ipſa deſtillat, ęthiopicæ oleę quadãtenus ſimi
l lis Scamonio eſt:ruffiuſcula & ſtillicidiis minutis mammoſa:guſtu mor
daci. damnatur Gummi aſpectu & Hammoniaci nigricans inerſq; in
lingua.Eandem guttam noſtrates quoq; fundunt oleæ atq; etiam in oleaſtro quæ
rẽdam.oculos hebetiores clarificat.cicatrices in iis & albugines exterit.urinam
& menſes molitur:dentium dolores:cauernis addita efficaciter illinit. Aſcribit
& inter uenena:enectos partus in utero extrahit.Impetigines lepraſq; tollit.olea
ſtrum quoq; Olea Æthiopica nominatur.

QVERCVS SIVE ROBVR CLI

Obur omne aſtringendi uim habet, præſertimq; interior & ſubiecta cor
r tici Tilia:quę ligno membranacea cohęret.Idẽ pollet & tunica ea:quę
glãdẽ ſub caliculo obducit.decocta earũ iuuãt coeliacos, dyſẽtericos, ſã
guinẽ excreãtes.tritę feminis cõtra pfuſiones immodicas admouẽtur in uellere.

GLANDES CLII

Imili & glandibus natura:urinam trahunt:capiti dolores creant deuo-
s ratę inflationeſq; pariunt: Auxiliares contra ſerpentium percuſſus ue-
ſcentibus ſunt.Succus decocti prodeſt contra toxica cum uaccino la-
cte potus.Glande cruda intrita collectiones tolluntur. duritias: quas cacoethæ
uocant & ulcera malignioria ſanat cum ſalſa ſuis axungia illita. Eadem omni-
bus uis:Sed ilignis maior.

FAGVS ET ILEX CLIII

Ago & ilici:quę ſpecies roboris ſunt:pares effectus redduntur. Ilex cor
f tice:qui ablatus radice ſit:decocto in aqua: quoad dum remollitus diſta
beſcat:illito nocte una capillos denigrat utiq; Cimolia terra p̃paratos
extritoſq; ante.Folia omnium tuſa tritaq; ſiccant tumores: Torpentia membra
corroborant.

CASTANEA CLIIII

Ardianę Balani:quas modo Lopima, modo caſtaneas uocamus: aliqui:
s mota:reperti ſunt qui & Iouis glandem appellare mallent. Aſtringunt
profectu eodẽ cũ ſupioribus.maxime uero id facit proxima corpori mẽ
brana:q̃ putamini cernit ſubiecta.caro ipſa iis:qui ephemerũ biberint. opifera.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0048-6 DFG

GALLA CLV

Alla fructus est Roboris.genera eius multa. Omphacitis uocat̃ parua:
g nodosa:ponderosa non perforata. aliud genus inoffensæ rotũditatis le
ue,ptusum.pręferť Omphacitis maiore in medicina effectu.utriq; spis
sandi magna uis inest.tritæ supercrescentem carnem in corpore adimunt.fluctio
nibus gingiuarum & uuæ prosunt.Exulcerationi oris infantium medẽtur. nucle
us commanducatus atq; impositus ubi dens cauus infestat:dolorem sedat.crema
tæcarbonibus usq; quo excandescãt,& in uino extinctæ uel aceto meraco,uel sal
so proluuiem sanguinis supprimunt:insidentium decocto sistunt procidẽtias,flu
ctionesq; uuluę.maceratę aceto uel aqua capillos denigrãt.tritę in uino aut aqua
coeliacis & dysentericis illinuntur:bibuntur.in cibos adduntur:aliqui prius co
quunt in aqua integras gallas ,in qua coquendum ad eos usus aliquid sit. in uni
uersum. quæ præstringi assicariq; opus est:ad oĩa ea gallarũ opera utuntur.

RHVS CLVI

Hus quod opsoniis pro sale aspergitur:ab aliquibus erythros appellat̃.
r semen est excoriarii fruticis eiusdem nominis. porro Excoriarius is uo
catur,quoniam qui pelles condepsant,spissandis coriis folio eius utant̃.
arbuscula est in petrosis duorum cubitum altitudine proueniẽs. folium ei sublon
gum modiceq; rutilum serratimq; & incisum per oras.Fructus in racemulis den
sus magnitudine Terrebinthi latiusculus:pars corticia:quę semẽ ipsum cõplecti
tur:medicinę percommoda est.huius fructicis foliũ uim habet astringendi :uelut
Acacia.decoctum capillos infuscat.dysentericis utile infusione:potu:assessu. In
stillatur & auribus purulentis. Pterygia & gangrenas folia ex aceto uel mel
le compescunt.foliis arefactis decoctisq; Lycii modo in aqua dum mellis crassi
tudinem habeat.succus ad omnia eadem est:quę & Lycio curantur.Fructus coe
liacis estur & Dysentericis.inflammationes arcet percussis,liuidis.Desquamatis
impositus cum aqua.Idem medetur asperitati linguę cum melle.profluuia femi
narum alba constituit.Hęmorrhoidas cum carbone Quercus intrito atq; imposi
to comprimit.aqua ipsa in qua semen id maduerit coquitur & concrescit:Meli
or medicinæ q̃ ipsum semen. Stillat & Gummi Frutex,hoc contra dentium do
lores:qua exesi sunt,inditur.

PALMA CLVII

Alma:quæ in Ægypto erumpit:stringitur crudiuscula fereq; media ma
p turitate:Myrobalani arabicæ figura:nomen ei Poma , uiridis , odore,
maliCotonei.quod relinquitur solibus coquendum . phoenicobalanus
uocatur:natura ei acerba & astrictoria inest. aluum & Menses sistit in uino auste
ro & Hæmorrhoidas quoq;.uulnera conglutinat illitu. Ratio Phœnicobalanis
astringendi recentibus maior q̃ siccis.capiti dolorem afferunt.Largiore cibo in
ebriant.Siccæ commanducantur excreantibus sanguinem, Stomacho labo
rantibus : Intestina exulceratis. Vesicę tollunt cum Cotonio Malo tritæ ad
dita cera Oenanthes & illitę.

CARIOTÆ CLVIII

c Ariotę appellantur alię,cõtra scabritias arteriarum manduntur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0049-4 DFG

PALMA THEBAICA CLVIIII

Hebaicarum palmularum decocto contra estus ardoresq; utimur.egris
t ad recreandas uires cum aqua mulsa uetere bibendum damus.ipse quo-
q; si edantur,utilitates easdem presentant.fiunt ex iis & uina tantundem
cum fructu pollentia. decoctum earum in potu gargarissatuq; uehementer spis-
sat & reprimit.Nuclei palmarum cremati crudo fictili.ut aliæ quoq; res: Deinde
uino extincti ac loto cinere Spodii uicem efficiunt:& in calliblepharum utiles cō
duntur:aut si minus recte uideantur combusti, Secundo torrentur .Facultas iis
spissandi adglutinandiq; .Pustulas oculorum & Staphylomata exterendi : pilos
agglutinandi addito Nardo. Excrescentia erodendi cum uino:ulcera contrahē-
di:in quem usum preferuntur ægyptiæ pumilarum.

PALMA ELATE CLX

Alma:quam modo Elatē hoc est abietem modo Spathem uocamus:in
p uolucrumest fructus e Palma nascētis cum statu maxime integro ea flo
renteq; est utūtur eo. Vnguētarii ad domandū oleū spissamēti loco:Pre
cipua odoratę auctoritas gustu astricto:ponderosæ:præclusæ: Internum pingue
habenti.usus ei astringere.ulceribus:quę pascuntur iniicitur.Malagmatis & ca-
taplasmatis trita hiantes articulos cogit.Emplastris ut queq; causa exigat:ad-
dita precordiis:stomacho torpenti,iocinorum morbis imponitur. decocto ca-
pillum denigrat crebro. abluta datur succus idem bibendus renum uitiis & uisce
ribus & uesicæ.uētris ac uuluæ fluctionem sistit.psoras cortex eius tener cum resi
na & cera sanat diebus.xx . contentus quoq; intra eum fructus elate nominatur:
a quibusdam Borassus:astrictoria & ipse ui:usu quoq; ad omnia eadem pari cum
Spathe,præterq̄ qd unguento inutilis est .Medulla siue cerebrum arboris candi
dum recens comesum,Itemq; decoctura eius ualet:in quę Borrassus.

MALVM PVNICVM CLXI

Alum Granatum omne boni succi est.Stomachum addiuuat:carnes mi
m nus alit.Ex iis dulcia sapore grato:sed inutilia stomacho habentur utiq;
non omnino:Sed quatenus partem illam quodam modo excalfaciunt:
inflammationesq; pariunt.proinde in febri danda non sunt.acerba uero feruori-
bus stomachi conueniunt:Melius sistunt.urinas moliuntur facilius.cæterum mi
nus gustu accepta sapore astricto:mediam inter hęc naturam uinosa quæ appel-
lantur:habēt.In acidis nuclei acinorum siccati sole ac cibo insperfi & incocti bi
buntur ad supprimendam aluum & contra stomachi fluctiones.madescunt aqua
cœlesti & ita reiicientibus sanguinem prosunt:dysentericis & profluuio patien-
tibus feminis insidetur.Succus e nucleis expressis decoctus Melle confunditur.
utilissimus oris & Genitalium atq; sedis ulceribus. Pterygiis digitorum & iis
quæ Nomas uocant, & quę in ulceribus excrescunt, Aurium doloribus:Nari-
um uitiis pręcipueq; ex acerbo.

CYTINVS CLXII

Ali punicę floribus : quos & Cytinos uocamus:uis adest spissandi, fic-
m candi:sistendi uulnera:glutinandi uel protinus in cruenta exceptis.pror
susq; cōferūt ad q̄cūq; pomū ipsū.madidis pituita gīgiuis & dētibus me

dentur, uel si mobiles sint decocto succo additi: emplastra hernias interanei procidentis reclinant. Si quis ex iis minimum ternos deuorauerit, affirmatur nullā oculorum imbecillitatem passurum eo anno. Exprimuntur hypocistidis more.

MALICORIVM CLXIII

p Vtamina mali granati: quæ malicorium nonnulli appellant: astringendi & ipsa uim continent: iisdem quoq; utilitatibus pollent: quibus & cytini. radix decocta succum emittit: qui tineas latas expellit & necat.

BALAVSTIVM CLXIIII

b Alaustium flos est syluestris punicę. Genera eius multa: candidi: Rubri: Rosacei. Proxima cytino supradicto germanitate. Succus ut hypocistidis premitur. Natura ei spissare: cytini & hypocistidis effectibus.

MYRTVS CLXV

m Yrtus urbana utilior medicinæ nigra, q̄ candida: Et inter nigras montana, semē habet minus ualidū: cuius sicut & arboris natura sit ut astringat. Datur autem uirens & siccum potu ciboq; sanguinē excreantibus, uesicæ Rosionibus succo uiridium eadem proprietas. Stomacho utilis est. urinā cit. bibitur contra phalangium in uino & scorpionis ictus. Seminis Cocto inficitur capillus. Vlcera in extremitatibus corporis nata cum uino sufferuefactum & illitum sanat. Inflāmationibus oculorum imponitur, cū polenta illinitur egylopi. Ex codē semine uinū fit expresso cremore & leuiter decocto: uitiatur enim acore: quod ita præparatum non sit, præsumentes id in cibis crapulam negantur sentire: prodestq; ad omnia quę semen. Abundantiam feminarum insessione prohibet. Item uuluam sedemq; procidentem. utile & furfuribus: ulceribus manantibus. Pustularum eruptionibus, capillis fluentibus. Additur quoq; in medicamenta: quæ liparas uocant eadem de causa, qua oleum: quod e foliis eius conficitur. Decoquuntur ad insidendum & folia quo modo & articulos dissolutos, collisosq; fouent: & ossa fracta: Vitiligines purgant: eodem decocto utuntur ad aures purulentas: capillorum nigritiam. Pares effectus & succo. Folium tritum illinitur ex aqua ulceribus atq; locis: quę in humore sunt: omnibus: itemq; & cœliacis. Cum olei uero acerbi aut Rosacei exiguo atq; uini: ulceribus: quę serpūt: Igni sacro: Testium tumoribus: epinyctidi: condylomatis. Eorundem arentium farina, paronychiis: pterygiisq; inspergitur. uirus alarum & feminum mitigat. cardiacis sudores imposita cohibet. Cremata & cruda cum cerato purgant ambusta igni: pterygia: paronychia: Exprimitur foliis succus, affuso paulatim uino uetere, alias aqua cœlesti, atq; etiam expresso. Probatur qui tortiuus recensq; sit. Arefactum situs occupat, ignauus segnisq; redditur.

MYRTIDANVM CLXVI

m Yrtidanum appellatur uirgultum myrto agnascens nodosum inæquale, prominens concolor ceu manus amplexæ caudicem. Astringit uehementius Myrto. Tunditur in pila & uino austero accepto diffingitur in pastillos: siccatumq; in umbra reponitur. Efficacius cortice, folioq; additum ceratis & pessis: Itemq; ad insessus & Cataplasmata ubi constringendum aliquid sit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0051-1 DFG

CERASIA CLXVII

Erasia & ipsa cum uirent:aluum molliunt:eadem siccata aluum sistunt.
c Cerasorum gummi prodest tussi ueteri sumptum in mixto. Creditur & gratiorem colorem moliri: claritatemq; oculorum, ciborumq; appetentiam:calculosis prodesse cum uino potum.

SILIQVÆ CLXVIII

Iliquæ recentes alienę stomacho sunt:aluum leuant:eædem siccatæ con
s stringunt:& stomacho utiliores fiunt.urinas cient. maxime: quę uinaceis conduntur.

MALVS CLXIX

Ali omnium generum flore, folio, germine, spissandi uiribus pollent,
m Pręsertimq; cotoneę.Poma ipsa manduntur crudiuscula,ubi constringendum quid sit.Non idem possunt matura.Ex iis uerna bilem contrahunt.Neruos omnes lędunt:spiritus flatusq; aggenerant.

COTONEA CLXX

Otonea conferunt stomacho:lotium trahunt.cocta suauiora.cruda ta
c men prosunt cœliacis,dysentericis, Purulenta excreãtibus,cholericis.
Dilutum eorum stomachi aluiq; fluctionibus.Succus crudorum orto pnoicis:decocto quoq; eorum fouentur si procidant uuluę & interanea. Quæ ex iis cruda in melle conduntur:urinam mouent.Mellis autem naturę Proprietatẽ suam adiiciunt:quippe quod astringendi & conspissandi uim combibat. Quę uero in melle conduntur cocta stomacho utilia sunt: Iucũda & gustu. Sed cõstringentem illam uim succi amittunt.Eadem cruda miscentur cataplasmatis:contra uentris solutiones:euersiones ardoresq; stomachi.Inflãmationes mammarũ, duritias lienis,condylomata.Fit autẽ & uinum ex iis tusis expressisq; addito inueterandi causa mellis sextario in sextarios succi sexdecim, ni ita fiat, celeriter acescentis.ualet ad suppradicta omnia. Temperatur & oleum ex iis: quod Melinum uocauimus:utilissimum ad quęcũq; unguentum astrictorium opus est.Alethena maxime in hunc usum leguntur .Parua sunt hęc rotunditatisq; in orbẽ circumactę:uibrantiaq; odore.Minus utilia sunt:quæ struthea nominãtur & grandia.Flos & uiridis & siccus illinitur omnibus: quę conspissare necesse est: Epiphoris oculorum:eiectionibus sanguinis: alui fluctionibus: feminarum mensibus e mero bibentium conuenit.

MELIMELA CXXI

Elimela aluum emolliunt.Animalia uentris expellunt. Stomacho no
m xia.Siticulosa æstuosaq; sunt. Glycymela hoc est mala dulcia nonnulli appellant.

MALA EPIROTICA CLXXII

Ala Epirotica Romani obiculata:stomacho amica:sistunt aluum:uri
m nas cient.Effectus iis minores q̃ malo cotoneo.

MALVM SYLVESTRE CLXXIII

s Ylueſtria mala similia sunt uernis spissandi natura: in quem sane usum crudiuscula & immatura sunt opus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0052-7 DFG

PERSICA CLXXIIII

Ersica stomacho idonea:uentri facilia dumtaxat matura : Nam crudis
p facultas stringendi, magisq; etiamnum arentibus. Persicorum quę sic-
cata sint, decocto Rheumatismi uentris & stomachi comprimuntur.

ARMENIACA CLXXV

Nfra magnitudinem eorum sunt armeniaca : quæ in latino præcocia
i nomen habent:magis salutaria stomacho hæc superioribus sunt.

CITRVM CLXXVI

Ota sunt omnibus Medica : quæ alii cedromela:alii Persica : Romani
n citria appellant. Arbor hęc omnibus horis pomifera est, ita ut antece-
dentem fructum subnascens identidem occupet nouus. Pomum ipsum oblongum, caperatumq; rugis:colore in aurum inclinato : suaui odore, alio-quin graui. Semen habet piro simile. Contra uenenum in uino bibuntur. Aluum laxant. Oris halitum & suauitatem commendant. Decocto eorum colluto aut succo expresso, feminis a conceptu deficientibus cum dicunt eas picari effica-cissime manduntur. In uestiariis condita uidentur arcere animalium noxas.

PIRA CLXXVII

Irorum species multę. Omnium usus astringit : proinde fiunt catapla-
p smata ex iis ad repercutienda corporum uitia. Siccorum decoctũ & ip-
sa cruda sistendæ aluo accõmodantur . Inutilia cibo ieiunis.

PIRASTER CLXXVIII

Irum sylueſtre achras uocatur, tardissime maturescens. Natura spissan-
p di. Efficacius quoq; q̃ satiuum:ad eadem omnia. foliis quoq; ipsis astri-
ctoria inest potestas. Pirorum ligni cinis contra fungos inutiles naui-ter proficit. Quidam tradidere Piro sylueſtri una decocto debellari eorundem uirus innocentesq; reddi uescentibus.

MESPILVS CLXXIX

Espilus : quam nonnulli Aroniam uocant : arbor aculeigera est. folio
m Pyxacanthę. Pomum ferens paruo malo simile, gustu iocundum : ter-
nis intus ossiculis unde nomen apud aliquos tricocco. Sera ei maturi-tas. Astringunt hęc esu:stomachum adiuuant, sistuntq; aluum.

ALIA MESPILVS CLXXX

Lterum genus mespili habetur nascentis Italiæ:quod quidam epimeli-
a da nominant. Aliqui sitanium. Arbor mali similitudine, folio tantum
minor. Pomum quoq; huic rotundum, esculentumq;:fundo in latitudi-nem Resimo:astringentis ingenii & tarde maturescentis.

LOTVS CLXXXI

Otus arbor:Planta est magnitudine arboris Iustę fructu maiore q̃ Pi-
l peris : dulci : graue olente: qui stomacho utilis sit:aluumq; supprimat.
Ramenta ligni decocta potu infusuq; Dysentericis & abundantię mu-lierum medentur. Ruffant & capillum:uentrem quoq; qui diffluat:cohibent.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0053-3 DFG

CORNVS CLXXXII

Ornus arbor & ipsa de crassis: fructũ fert similem oliuæ, oblongum ini
c tio uiridem: postea cũ maturuerit: ruffum: similęq; cerę, idoneum cibis:
Facultas ei astringere. Dysentericis & aluo citæ prodest. conditur sa-
pa. In esum quoq; inueteratur muria oliuæ modo. uirentium foliorum sudor: qui
crematis distillat: exceptus & illitus sanat lichenas.

SORBVS CLXXXIII

Orba cum adhuc luteola, nec dum matura sunt decerpta dissecantur ut
s adsiccescant in sole probabili remedio ad sistendã aluũ. Farina e tusis in
pila ad modum polentæ: item succo decoctorum ad idem utuntur.

PRVNA CLXXXIIII

Anduntur & pruna, cognitę arboris fructus: aliena stomacho, uentrem
m emolliunt. Syriaca uero & maxime quę damasco monte nascuntur: sic-
cata stomacho utiliora: sistuntq; aluum. Pruni folia, gingiuis: uuę ton-
sillis: quę fluctionibus laborent, prosunt in uino decocta & subinde ore garga-
rissato. Syluestrium quoq; prunorum baccę: quę cõmaturuerint: siccatæ tantũ-
dem ualent. Decoctę uero in sapa cõmodiores stomacho fiunt: & aluo spissandæ
utiliores. Gummi prunorum conglutinat. Sumptum in uino calculos frangit.
Ex aceto uero inunctum lichenas Infantium sanat.

ARBVTVS CLXXXV

Rbutus malo cotoneorum similis folio tenui fructum habet ad magni
a tudinem pruni, nullo intus osse quem memecylon hoc est unedonẽ uo-
camus, Ruffescentem plena maturitate, aut rubentem. In ore com-
manducantis in acus & furfures soluitur. Stomacho inimicus doloremq; infe-
rens capiti.

AMYGDALVS AMA. CLXXXVI

Mygdali amarę Radicum tritarum decoctum cutem in facie corrigit.
a Nuces quoq; ipsę in remedio sunt illitę. Admotu cient menses. In capi-
tis dolore, temporibus atq; fronti ex aceto & Rosaceo illinuntur. Epi-
nyctidas sanat e uino. ulcera putrescẽtia: serpentia: canum morsus cum melle in
cibo anodyni uicem implent. Aluum emolliunt, somnum faciunt. urinas expel-
lunt. Cum amylo sanguinem: qui reiiciatur: sistunt. uitiis pulmonum & renum,
ex aqua potæ occurrunt, aut datæ in linctum cum Resina Terebinthina calcu-
losis & difficili urinæ in passo, ex eclegmate uero Iocinori: tussi: inflationibus co
li: sumiturq; hoc in melle atq; lacte nucis auellanę magnitudine, quinis, aut qua-
ternis pręsumptis ebrietas non sentitur: uulpes si ederint eas in cibo: cõmoriun
tur. Gummi amygdalarum spissandi uiribus pollet. habet excalfatorias uires. In
potu reiicientibus sanguinem prodest. Impetigines summæ cutis ex aceto illi-
tum detrahit. Facit & ad tussim ueterem in mixto sumptum.

AMYGDALÆ DVLCES CLXXXVII

Inus ualent in remediis esculentę ac dulces amygdalę: & eę tamen pur-
m gant & urinam ciunt recentes cum putamine suo comesę, humores col
lectos in stomacho discutiunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0054-9 DFG

PISTACIA CLXXXVIII

Istacea syriæ sunt:nucleis pineis similia:stomacho amica. Prodesse ad-
p uersus serpentiũ ictus trita produntur: siue edãtur, siue bibantur.

IVGLANS CLXXXIX

Vces Iuglandes alii Regias. Alii Persicas nũcupãt Resides in corpore
n sunt:& difficile transeunt sumptæ. Stomacho inutiles:biliosę:dolorem capitis inferentes: Tussientibus inimicæ:sed uomituris ieiunis aptæ:antecedentes in cibis, & postea quoq; illatę cum caricis, atq; Ruta hebetant uenena: Quo plures quis nuces ederit: hoc facilius animalia uentris lata expellit. Mammarum inflãmationi abscessibus, luxatisq; imponuntur, cum exiguo mellis, & ruta. Cum cepa autem, & sale, & melle canis hominisq; morsui:cum cortice suo combustę iniectæq; umbilico discutiunt tormina. Ipsum putamen crematũ tritumq; in oleo atq; uino Infantium puerorum capite peruncto nutrit capillũ: & ad alopecias eo sic utuntur. Nuclei earum combusti cinere cum uino uluis apposito feminarum purgationes coercent. caro iuglandium: quę prę ueteres sint medetur gangrenis carbunculis ęgylopiæ:cõmanducata, & protinus ex ore imposita:breui momento. Fingitur tusis expressisq; oleum. Recentes stomacho minus infensę Iucundioresq;:Ideo alliatis induntur ad leniendam, leuandamq; acrimoniam. Liuentibus medentur illitu.

AVELLANE CXC

Vellanę:quę & Ponticę nuces uocantur & leptocaria a quibusdam:sto
a macho aduersantur. Tussi & ipsę ueteri medentur tritæ & in aqua mulsa potę:distillationem tostę maturant:Adiiciẽtibus grana piperis pauca. Tritę cum suo cortice comburuntur. Exceptęq; axungia, uel seuo ursino alopecias pilo restituũt. Auctores sunt, qui referant Putaminibus auellanarum crematis, & distritis in oleo capite puerorum Infantium perfuso: qui glaucos oculos habeant:nigras iis pupulas reddi.

MORVS CXCI

Orus, siue sycaminus nota & ipsa est arbor. Pomum uentrem soluit: fa-
m cileq; corrumpitur:inimicum & stomacho est. Idem prę stat & succus ex eo. Decoctus hic in uase ęreo, aut sole tostus efficitur astringentis naturę. Paruulo mellis adiecto fluxionibus: correptis nome partibus. Tonsillarum collectionibus facit. Accenditur medicamenti uis alumine fissili:galla:myrrha: croco adiectis. Aliqui addunt iis & semen Tamaricis, & Irin, & pollinem Turis. Immatura eorum siccata tunduntur in cibos conferentia obsoniorum Sapori, quemadmodum Rhus. In medicina uero cœliacis dantur. E radicę corticis in aqua decocti succus aluum potu soluit. Lata uentris animalia extrahit. Aduersatur & aconito. Ipsa quoq; folia teruntur ad ambusta ex oleo illinenda. Tingunt & capillum cum uitis, & fici nigræ foliis simul coctis in aqua cœlesti. Foliorum succus aduersus araneos bibitur cyatho. Corticis & foliorum decocto colluuntur in dolore dentes. Radix per messes ablaqueata, circunfossaq; inciditur: Postridie succum expumat:aptissimum dentibns, & tuberculis, quæ opus sit discutere:aluum purgat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0055-4 DFG

FICVS ÆGYPTIA CXCII

f Icus ægyptia: quam alii Sycomoron: Alii Sycaminon appellant, Fructum fert cognomine Sycomorum uocatũ ex argumẽto gustus ignaui. Arbor ipsa de amplissimis: ficus similitudine, largo succo, foliis moro per q̃ proximis. Fructus anno quoq; ternos quaternosq; fundit: eosq; non ramis ut ficus: Sed caudice ipso gerit similes caprificis: dulciorescq; grossulis hoc est primitius in fico pomis sine granis interioribus: Nec maturescũt aliter q̃ scalpendo ferreis unguibns, magno prouentu eorum in caria & in Rhodo prorsusq; locis minime abundantibus tritico. Populis uero in penuria pro pane frumẽtoq; satisfaciunt. Tam restibilis pomi eius ubertas & copia est. Facile id uentri ac minimi cibi: stomachoq; iutilis. Excipit̃ arbori nouellę succus anteq̃ fructus exeat: cortice summo desquamato lapide. Altior plaga nihil remittit: colligitur penicillo, aut uellusculo adsiccatusq; & in pastillos diuulsus uase fictili reponit̃. Molliendi medicamento uis. Vulnera conglutinat. Suppurationes difficiles discutit. Potu & illitu ictibus serpentium resistit. Duritias splenicis diffundit: stomachi dolores sedat. Illinitur & contra perfrictiones. Celerrime teredinem sentit.

FICVS CYPRIA CXCIII

g Ignitur & in Cypro insula sycomorus specie discrepans a prędicta. Genus id ulmi est etiã si fico ęgyptię quadantenus similis folio est. Magnitudo pruni: Pomo suauitas maior. Cętera uero supiorib⁹ obtinet paria

FICVS CXCIIII

f Icus recentes: maturæ: stomacho insalubres uentrem soluunt: qui facile tamen sistatur. Sudores & papulas mouent. Sitim sedant: caloremq; refrigerant. Siccę corpus alunt: natura iis excalfaciendi: sitim afferũt. faciles aluo habentur. Stomachi & alui rheumatismis contrariæ. Gutturi: faucibus: uesicæ: renibus propitiæ. A longa ualitudine decoloribus: suspiriosis: comitialibus & hydropicis. At coctę cum hysopo pectus purgant in potu: & ueterem tussim & longa in pulmone uitia. Tusæ cum nitro & croco esitatęq; aluum molliunt. Decocto ficorum inflãmationes arteriarum & tonsillarũ gargarissantur. Succus idem emplastris farinæ ordeaceę utiliter adiicitur: & in ea: quibus feminæ fouentur cum fœnogręco uel ptisana. Decoctę uero cum ruta & infusæ torminibus prosunt. Duritias in corpore discutiunt coctę, tritęq; & impositę. Parotidas & furũculos molliunt. Panos ad suppurationem perducunt. efficacius Iride aut uiua calce, aut nitro admixto. crudę tusęq; cum eisdem rebus, Totidem ad effectus probantur. Pterygiis cum punici mali putamine imponuntur. Tibiarũ ulceribus: quę distillãt, aliasq; insanabilia cacoetheq; sint: cum atramẽto Sutorio. Hydropicis coctæ in uino & cum absinthio & farina hordeacea illinuntur. Crematę pernionibus cum cera tritę crudæ cum sinapi & in liquore aliquo auribus inditę, sonores earum incertos pruritusq; tollunt. Syluestri & satiuę fici lacteus succus aceti naturam habet. Nam & coaguli modo lac contrahit & contractum denuo resoluit. Exulcerandi uis inest ei adaperiendiq; corpora. Aluum soluit: utriculos feminarum relaxat cum amygdala nuce trita potus. Menstrua cum luteo oui appositus, aut cera tyrenica podragris illinitur cum farina feno-

greci &

græci & aceto. ad lepras: lichenas uitia cutis i facie, uitiligines: psoras: ulcera manantia cum poléta: lactis ficulni natura instillati plagæ: Scorpionum uirus expurgat. item uenenatorum ictus. & canis morsus. dentium quoq; dolori hic succus appositus in lana prodest, aut in cauis eorum additus. idem cum axungia uerrucas eas: quę Myrmeciæ appellantur: tollit carne circumlita.

CAPRIFICVS CXCV

c Aprificus etiamnum ad eadem omnia efficax succo e tenerrimis ramorũ cum pręgnantes sunt, anteq̃ oculi germinent: collecto. tunduntur, exprimũturq; ii. siccatur in umbra cremor: dein reponitur. miscẽtur exul ceratoriis medicamentis & succus eius & lac. bubulas carnes cradæ sylueſtrium additæ in ahena coctibiles faciunt. Surculo quoq; earum uice spathæ utendo lac dilutius coagulatur in caseo.

GROSSI CXCVI

g Rossi: quas aliqui caprificos appellant: coctæ & illitæ strumas & omnem collectionem emolliunt. crudę Verrucas & Thymos Nitro & farina additis tollunt. prestant hæc & per se folia. Grossuli cum aceto & sale ulcera manantia Furfures Epinictydas sanant. ulceribus Ficosis & asperitatibus palpebrarum attriti proficiunt. Vitiligines albas emaculant e nigra Ficu folia cauliculiq;. Eadem cum Melle aduersus canis morsus & ulcera, quæ ceria nominantur, imponimus. ipsę Grossi extrahunt infracta ossa cum Papaueris foliis sylueſtris. Furunculos cum cera dissoluunt Eruo admixto: & Vino, muris aranei morsibus illinuntur, & scolopendrę.

LIXIVIA E FICV CXCVII

l Ixiuia e cinere sylueſtris Fici & satiuæ ramis earum crematis fit. Quo sæpius iteratur, hoc melior. Inueteranda hęc est ad ea: quę adurere oportet, & ad ulcera uitio Gangrenæ periclitantia. repurgat enim ea consumitq; obiter: quę excrescũt. usus eius in spõgia subinde insuccata mersaq; ac protinus imposita. Sunt uitia: quibus & infundit, tanq̃ Dysentericis: fluxibus uetustis. perluimus ea & ingentes & conditos ulcerum sinus. Abstergit enim & conglutinat: carnes accedere & coalescere faciens: pari utilitate: qua ea: quæ uulneribus cruentis iniiciuntur. bibitur & ad discutiendum sanguinem concretum. itẽ præcipitatis: conuulsis: Ruptis: cyathis aquæ singulis & olei exiguo nuperrime percollata. Eadem mensura cœliacis: Dysentericis datur. & si quis ea cum Oleo perungitur: excalfacit Neruos conuulsaq;. Attollit & sudores: Venena Gypsi & Phalangiorum morsus restinguit in potu. Idem usus & reliquis cineribus pręsertim robusteis. astringendi omnibus uires.

PERSEA CXCVIII

p Ersea Ægypti arbor est. Fructum ferens cibo idoneum: Stomacho utilem: in quo phalangia inueniuntur: quę Cranocolapta nominant, maximeq; in Thebaide: folia huius sicca & trita eruptiones sanguinis illinunt: atq; sistunt. Quidam prodidere uenenatam in perside arborem eam gigni: Sed in Ægyptum translata mitigatum cœlo pomum euasisse tenerum esui.

HIBERIS CXCVIIII

Iberis, ſiue Cardamantice folium habet Naſturtii. floret ſemper. Sed ue
h re amplius: amplitudine ſexquipedis, aut etiam minore. Naſcitur locis
incultis. lacteum florem æſtate fundit: quo tempore efficacior quoq; ha-
betur. Radicibus binis Naſturtio aſſimilibus nititur. quibus excalfaciẽdi, & adu
rendi proprietas redditur. coxendicis cum ſuillo pingui ſalſo emplaſtri modo ad
alligatur quaternis horis, ut dein in balneis deſcendatur, & poſtea Oleo ipſa lo-
ca c um uellere perungantur.

ALICACABVS CC

Licacabus, alii Dirceon, alii Strychnon, alii Manicon, alii Dorychni-
a on, alii Phyſalida hoc eſt Veſicariam, alii Callaida: Romani Apolina-
rem minorem, aut herbam Vlticanam, aut Obſaginem. Dacii Cacali-
da. Punici Cacabum. Frutex eſt ſurculis frequentibus contumacibus frangi, cau
dicoſis: folio pingui, multoq; ſimili Cotoneo. Flore rubro. Fructu in folliculis
paruis colore. croci, ut ciceris, ſeminibus rotundis, ut Erui, quinis, ſeniſq;. Gigni
tur in ſaxoſis haud procul Mari, huius ſucco drachma in uino pota ſomnus alli-
citur perinde uti Papaueris Lachryma acini eius urinas pellũt: hydropicis Cory
bi duodecim medentur: ultra hanc menſuram exceſſum mentis committunt. re-
medio eſt aqua copioſa multa potui data. cortex ueſicarię in paſtillos, & in ea: quę
ad dolorem leuandum ſomno quæruntur, expetitur. Idemq; in Vino coctus, con-
tentuſq; in ore dentium doloribus auxilio eſt. Succus Radicis cum Melle iun-
ctus aciem oculorum perpurgat.

FINIT LIBER PRIMVS

PEDACII DIOSCORIDIS DE MEDICINALI MATERIA LIBER SECVNDVS HERMOLAO BARBARO PATRITIO VENETO, ET AQVILEIENSI PATRIARCHÆ INTERPRETE.

Vperiore libro Amantiſſime Aree: qui primus inter eos eſt: quos
de materia Medicinæ cõſcripſimus. Dictum eſt de odoribus, Ole-
s is, Vnguentis, Arboribus: Arborum Succis. Lachrymis: Fructi-
bus. In hoc: qui ſecundus eſt: De Animalibus: de Melle: de Lacte:
De Pingui: de Frugibus, & Oleribus agitur. Reddentur hoc loco
quoq; propter gentilitatem ex Herbis quæcunq; acrementi uim Poſſident, tam
q̃ Cepe: Allium: Sinapi. Ne mentione dilata congeneres facultates diſpeſci
contingat.

HERINACEVS MARINVS CCI

Erinaceus Marinus ſtomacho Ventriq; facilis eſt: urinas molitur. teſta
h eius cruda, toſtaq; additur Smegmatis: quibus Pſorę confricantur. cre
mati cinis ulceribus ſordidis inſpergitur. Reprimit excreſcentia.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0058-2
DFG

HERINACEVS TERRESTRIS CCII

Erinaceus terrestris cute usta & imposita cũ Pice liquida inanitates alo-
h peciarum frequenti pilo adobruit. Eiusdem caro inueterata bibitur ex
aceto mulso contra Renes, & aquæ uitia subter cutem fusę: Distentio-
nes neruorum, & Elephantias. Datur & iis salutariter: quorum corpus macie
conficitur. uiscerum quoq; Rheumatismos adsiccat. Iecur Herinacei arefactum
in fictili solibus cocto ad eosdem profectus reponitur.

HIPPOCAMPVS CCIII

Ippocampinus cinis (Marinum id animal est, atq; paruum) Alopecias
h replet cum Pice liquida mixtus, aut sincerus ex Posca, Amaracino ue
Vnguento.

PVRPVRÆ CCIIII

Vrpuræ usus combustæ Natura siccifica. placet Dentifricio. superua-
p cuas carnes consumit, Vlcera expurgat, ad cicatricem perducit.

BVCCINVM CCV

Vccinorum cineri effectus iidem in adurendo q̃q̃ maiores. Si quis uero
b ea sale farcta in crudo cacabo excoquat: Dentibus exterẽdis eximie lau
dantur, ambustisq; illinendis. Sinere autem oportet Medicamentum du
rari, quoniam cicatrice uulneri obducta ipsum sponte abscedit, caditq; proti-
nus. Fit & calx ex iis, ut in mentione generis eius mo nstr abitur.

IONIA SIVE CIONIA CCVI

Ionia uocantur partes in Buccino, atq; purpura medię, Secundum quas
c Silicei operimenti clauicula est. cremantur hæc similiter: amplioře cor
poribus adurendis successu, q̃q̃ Buccinum ipsum, & purpura. quoniã con-
stringentem & apprimentem quoq; uim obtinent Buccinorum callo sapor io-
cundus. Edulium stomacho utile. aluum non molliunt.

MYTVLI CCVII

Ytuli e Ponto laudatissimi, ut Buccina cinere causticam uim habẽt. lau-
m dantur uero priuatim plumbi modo ad oculorum utilitates: crassitudi-
nes genarum: albugines: Pupularum obscuritates cum Melle. carnes ue
ro eorum ad canis morsus imponuntur.

TELLINÆ CCVIII

Ellinę recentes aluum emolliunt, præsertimq; iure decoctarũ poto. Sal-
t sę, Vstę: Tritę q̃ minutissimum, & instillatę cum cedria prohibent rena
sci pilos inutiles in palpebris euulsos.

CHAMÆ CCVIIII

Hamis & cæteris conchulis iura cum exiguo decoctis aquę ad ciendam
e aluum bibuntur euino.

VNGVIS ODORATVS CCX

Nguis operculum conchilii est: quale in Purpura uisitur, In paludibus
u Indię nascitur, ubi Regio eius Nardifera est, Ideoq; odoratus conchi-
liis fruticem Nardi pascentibus. Legũtur hęc e lacu: cuius palustria æsta
te siccantur. Prima tamen auctoritas a Rubro Mari aduectis, colore subcan-

dido:pinguibus nigricant Babylonii, minoresq; sunt:utriq; generi odor suauis: castoreum aliquatenus imitans:cum suffitur:quomodo & mulieres locosas & cō cidentes exuscitat:Item comitiales. In pota uenter molitur. Ipsum conchilium crematum ad quęcunq; purpura Buccinumq; prodest.

COCHLEÆ TERRESTRES CCXI

Oclearum terrenarum cibus stomachum reficit ægreq; corrumpitur.
c Laudatissimæ autem sunt Sardoniæ, africanęq;.Item insulis Astypalea: Chio:Sicilia:Nec non Ligurum alpibus natę: quas Pomatias uocant. Sed & Marinę quoq; stomacho utiles sunt, facilesq; deiici. Fluuiatiles uirus habent, nec non sylueſtres adhęrescentes frutetis & sentibus: quorum genus Sesilon nominant:circumagunt aluum, & stomachū:uomitiones mouent. omnium quidem cochlearum e tegmine siliceo cinis excalfacit & adurit: infricatus Lepras:uitiligines, dentium uitia exterit.Oculorum cicatrices albuginesq; extenuat:Aspreculas cutis in facie:aciem oculorum Retusam, cum carne sua combustę, tritęq; illinunt cum melle. Hydropicorum tumores crudę cum putaminibus suis impositæ Reprimunt atq; siccant:neq; prius abscedunt, q̄ aqua omnis inter cutem sugatur. Inflammationes quoq; Podagricas mitigant: Eodemq; modo illitę, asſulas & affixa corporibus extrahunt.Menses & admotu ciunt contusę.callus interior contritus cum Myrrha & Turis Polline uulnera congluti nat, maximeq; neruorum.Sanguinem erumpentem e Naribus supprimunt, ex aceto subactæ caro exempta uiuentibus pręcipue africanis, pota doloribus stomachi auxilio est.Tritarum cum Testa sua puluis ex uino sumptus minima portione Intestini plenioris Dolores sedat.Itemq; cruciatus uesicæ punctis.& erasis acu carnibus Limacis:qui e Terestribus sit minus & saliua quędā sequax & lenta colligitur:quæ protinus applicata intempestiuos genarum pilos reglutinat.

CANCRI CCXII

Inis cancrorum Fluuiatilium acetabulis duobus cum acetabulo Gen-
c tianæ Radicis in uino potus per Triduum efficaciter prodest pericli-
tantibus ex canis Rabiosi morsibus: cum Melle decocto Rhagadibus pedum & sedis Pernionibus carcinomatisq; illinitur.Triti crudiq; cum Lacte asinino poti contra serpentium uenena prosunt priuatim Phalangiorum.Scorpionumq; ictus.Cocti & cum iure suo accepti laudantur cibo is: quorum corpora male habet Tabes. Eadem uis & contra Leporem marinum pari modo sumptis. Necāt scorpiones triti cū Ocymo admoti. Minus in omnibus iis marini psunt.

SCORPIVS TERRESTRIS CCXIII

Corpius Terrę sibi ipsi medicamentum est, crudus cōtritus imponitur
s super uulnus.Idem & tosto profectus.

SCORPIVS MARINVS CCXIIII

Corpionis Marini Fel oculorum suffusiones & albugines discutit.aci-
s em oculorum:quę hebetata sit:excitat.

DRACO MARINVS CCXV

Raco Marinus dissecatur & ad Spinæ suæ, qua ferit Venenum ita im-
d positus medetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0060-1 DFG

SCOLOPENDRA CCXVI

Olopendra maris in oleo coquitur illinēda partibus quas Depiles gla-
c brasq; facere libeat. contacta prurigines mouet.

TORPEDO CCXVII

Orpedo piſcis appoſita ueteribus capitis doloribus uehementiam co-
t rum comminuit. interanei procidentis aut euerſi morbum coercet.

VIPERA CCXVIII

Iperinę carnes coctæ commanducatæq; oculorum claritati plurimum
u conferunt. Neruis ſunt idoneæ, Strumas augeſcentes aſtringunt pel-
le detracta. caput iis pręciditur: atq; cauda, quoniam utrunq; collimi-
tium ſine carnibus ſit. Alioquin commentitium eſt, quod præcipiunt oportere id genus certa aliqua utrinq; menſura præcidi. Quod reliquum eſt: lauatur & in fruſta conſectum decoquitur in oleo uino ſale modico & anetho. Falſum eſt iis, qui utantur in cibo, pediculos facere. Præterea ſunt qui referant prorogari ſpatium uitæ: qui carnibus iis ueſcantur: ſal quoq;: qui præparatur ex Vipera totidem: ſed minores utilitates affert. ſpirans Vipera in cacabum nouum includitur: eo ſalem & caricas conterunt: ſingularibus utriuſq; ſextariis cyathos Mellis ſenos adiiciunt: Deinde operculum oblinunt: & in camino torrent: uſq; adeo dum ſales in carbonem mutentur. Poſtea eximunt & in puluerem redactos aſſeruant. Eſt quando ad cōendandū ſaporē Spica Nardi uel Folium adiicitur: parumue Malabatri.

SENECTA SERPENTIS CCXVIIII

Enectutis anguinę Membrana in uino decocta doloribus aurium pro-
s deſt infuſione: Dentium quoq; ſi colluantur. Eadem uernatio medicamē-
tis oculorum aduocatur præcipue Viperarum.

LEPVS MARINVS CCXX

Epus marinus paruę Lolligini ſimilis fertur. Tritus & illitus cum Vrti-
I ca Pſilothri uim præfert, Itemq; ſincerus.

LEPVS TERRESTRIS CCXXI

Eporis terreni cerebrum inaſſatum Eſtur contra tremores: qui in mor-
l borum acceſſionibus contingunt: Dentitioni quoq; infantium puero-
rum, gingiuis attritum commanducatumq; prodeſt. Capitis cremati cinis cum ſeuo urſino, aut per ſe illitus ex aceto areas pilo contegit. ſumpto animalis huius coagulo poſt purgationem tribus diebus feminas aiunt ſterileſcere. Inhibet & profluuia mulierum & uentris. Morbo Comitiali & cum aceto potum uenenis reſiſtit omnibus. Priuatim datur iis: qui lacte concreto uexentur: Viperarumq; morſibus. Duritias cutis in facie Ferrugineas: Vitiligines: Lenticulas ſanguis calidus Leporis impoſitus purgat.

PASTINACA PISCIS CCXXII

Aſtinacę marinæ radio: qui ab cauda eius exiliens prominet, retrouer-
P ſis ſquamis: Dentium cruciatus ſedantur. Frangit enim eos & extrahit.

SEPIÆ CCXXIII

Epiæ decoctæ atramentum reſes in ſtomacho & concoctu difficile eſt:
s emollit aluum. Teſta in collyrium format palpebris ſcabris conteri-

tur. Crematæ in suo cortice, q̃ diu crusta sponte abscedat: farina Vitiligines: furfures dentes Ephelidas purgat. Lota medicamentis inseritur oculorum. Albugines iumentorum illata flatu emendat; ungues in oculis orientes extenuat distrita, & applicata cum sale.

MVLVS PISCIS CCXXIIII

Vlorum frequenti cibo aciem oculorum hebetari apparet. Mulus re-
m cẽs diuulsus imponit cõtra morsus draconis marini: scorpionis: aranei.

HIPPOPOTAMVS CCXXV

t Esticulus Hippotami siccatus, tritusq; bibitur contra serpẽtes ex uino.

FIBER CCXXVI

Esticulus fibri castoreum uocatur: Ambiguũ id animal est, & cui uictus
t iuxta in terris & aqua, q̃q̃q̃ in hac propensior, ut quod pisciculis Cãcris-
q; alatur. uis ei serpentibus contraria. sternutamentis olfactu mouendis efficax in totumq; medicinam utilitatibus multis cõmuniens. Duabus drachmis potum cum Pulegio cit menses. partus secũdasq; pellit. Ex aceto discutit tormina, inflationes, singultus: uenena: peculiariter uiscum: Lethargicos: & quicunq; intempestiua ui somni corripiuntur, excitat cum Aceto & rosaceo infusum. itẽ suffitum olfactumq;. Tremulis spasticis: Neruorum omnibus uitiis subuenit potu & illitu. In uniuersum natura generi excalfactoria inest. Eligendi uero testes: qui ex uno principio committantur. Nam geminos folliculos ex uno nexu membranæ dependentes in nullo animalium comperias: Intus uero qui inuenitur liquor: probatur cerosus: odore graui: & redolente uirus. Gustu mordaci & acri, friabilis: interseptus tunicis continentibus, naturalibusq;: quod ipsum corrumpitur fraude coniicientibus Hamoniacum: aut Gummi consperſum sanguine & Castoreo, Deinde ita siccantibus. Temere proditum est amputari hos ab ipsis in fuga cum capiuntur. Nec enim adimere sibi eos possunt Substrictos & adhærentes ut Suibus. Oportet autem diducta cute Liquorem in ea parte Melleum tollere cum sua: qua circundatur membrana. Inueteratumq; ita promere ad desideria.

MVSTELLA CCXXVII

Vstella uulgaris: quę in Domibus Nostris oberrat inassata, exemptisq;
m interaneis asseruata sale in umbraq; resiccata drachmis duabus bibitur in uino. efficacissime aduersus serpentiũ omniũ uenena pari pondere assumitur iis: qui Toxicum hauserint. Eiusdem uentriculus Coriandro farctus inueteratusq; dat contra bestiarũ percussus, comitialesq; morbos. urit tota & cinere cum aceto illinit podagras. Ex eodẽ animali sanguis obũgit strumis. comitialibus prodest.

RANÆ CCXXVIII

Anarum e Sale, atq; Oleo decoctarũ Succus contra Serpẽtium omniũ
r Venena pro antidoto sumitur: pariter & ad ueteres circa ceruicis neruos abscesus Cinis ustarum inspergitur: ubicunq; uis Sanguinis rumpit. Alopeciis cum Pice liquida illinitur. uiridium Ranarum Sanguis inutiles pilos exemptos renasci non patitur, instillatus in uestigia euulsorum. Decocto ranarum in aqua & aceto colluuntur in dolore dentes.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0062-3
DFG

SILVRVS CCXXIX

Ilurus recens carnes alit: uentrem mollit. Salſus nõ alit. Gurgulionem
s uocemq; adiuuat. caro ſalſi uel illita extrahit tela corporibus inhærentia. Eiuſdem muria dyſentericos incipientes foueri utiliſſimũ, quia rheumatiſmos in apertum cutemq; ſũmam retrahit. Iſchiadicorum dolores clyſtere infuſa emendat.

SMARIDES CCXXX

Marides ſalſæ capitibus crematis in cinerem, excreſcentes ulcerũ car-
s nes: nomas: clauos: thymos abſumunt. Scorpione percuſſis, & rabido cane cõmorſis car oipſa conuenit ſicut omnia ſalſamenta.

MENÆ CCXXXI

Enarum cinis e capite ad rimas ſedis: quæ callum obduxerint: linitur.
m Garum ex his putreſcentia in ore ulcera efficaciter colluit.

GOBIVS CCXXXII

Obius recens in aluum ſuillam conſutus decoquitur in ſextariis aquæ
g duodecim, quoaddum ſextarii duo ſubſidui ſunt: Deinde ſaccis colatus & ſub diuo cõtentus bibentes per inferna ſine uexatione purgat. Idem uulneribus canum & ſerpentium impoſitus medetur.

OMOTARICHOS CCXXXIII

Aro Thynoq; inueterata ſale omotarichos uocatur. In cibo data ſuppe
c tias & ſerpentium ictibus: quas preſteras appellant: In eo uſu cõueniet ſalſamentum id largius ſumi copioſo mero ſubinde hauſto atq; reddito uomitionibus. Acrimoniam eſculenti quærentibus longe commendatiſſimum. Contra canis quoq; morſus impoſitum plagæ.

GARVM CCXXXIIII

Arũ omne, ſiue id e piſcibus maceratis ſale fiat: ſiue carnibus: prodeſt ul
g cetibus: q̃ paſcunt' illitu: canũ quoq; morſibus. Interim dyſentericis & coxẽdicũ doloribus. Illis ut ulcera inurat: his ut q̃ ulcerata nõ ſunt: cõmordeat.

PISCES SAXATILES CCXXXV

Ecentiũ piſcium ius modo per ſe, modo uini comitatu aluum emollit.
r Optimũ e phycidibus, ſcorpiõibus, iulide, perca: & ſaxatilibus teneris: nec uirus recipiẽtibus. Coqui debẽt ſimpliciter, in aqua oleo addito & anetho.

CIMECES LECTI CCXXXVI

Imices lecticarii fabarum cauis incluſi numerum ſepteni quartanas ex
c terminant deuorati ante acceſſiones. ſine fabis aſpidum morſibus illinuntur. Cõtra uuluarum exanimationes in olfactorio ſuccurrunt. Sanguiſugas cum uino aut aceto in potu dati eiiciunt. urinæ difficultatem impoſiti fiſtulę: qua meant urinę: corrigit.

ONOS CCXXXVII

Nos appellatur animal e uermibus terrę ſub ſitulis naſcens, multis pe-
o dibus, tactuq; contrahens ſeſe atq; in formam pilę conuoluens. In uino ſumptum medetur arquatis: & quibus ęgre lotium tranſit. Cum melle coxendices perungunt. efficaciter ſanant & aurium dolores in cortice punici mali calfacientes, ſubindeq; inſtillantes.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0063-8 DFG

BLATTÆ CCXXXVIII

Lattarum: que in panificiis pistrinisq; uersantur: intestina exempta, con
b tritaq; in oleo, aut decocta, doloribus Aurium infunduntur.

MARINVS PVLMO CCXXXIX

m Arinus pulmo recens contritus illinitur podagris & pernionibus.

PVLMONES ANIMALIVM CCXXXX

p Vlmones suilli, agnini: ursini, attrit⁹ calciamẽtoꝝ iflãmari nõ patiuut.

VVLPINVS PVLMO CCXXXXI

Vlpinus pulmo, siccatus potusq; suspiriosis medetur. Ex eodẽ animali
u seuum infunditur auribus liquatũ, doloresq; partis eius, restinguit.

IECVR CCXXXXII

a Sininũ Iecur retostũ comitialibus manditur, ut sint ieiuni, quibus dat.

GENITALE CERVI CCXXXXIII

g Enitale cerui maris in uino tritũ prodest in potu percussis a uipera.

VNGVES ASINI CCXXXXIIII

Nngularum ex asinis cinere continuis diebus accepto, cochlearibus
u binis, tradunt comitiales morbos iuuari. Dilutus idẽ oleo discutit strumas: pernionibus illitu auxilium pręstat.

LICHEM EQVI CCXXXXV

Ichenas Equoꝝ uocamus callos quosdã in genibus & super ungulas na
l scentes atq; indurescentes: cõtritos comitialibus in aceto bibisse ꝓdest.

VNGVLÆ CAPRARVM CCXXXXVI

c Aprarum ungues cremati alopecias ex aceto inuncti conuestiunt.

IECVR CAPRINVM CCXXXVII

Ocinoris caprini saniem: quę tosto eo distillat In patina Nuscitiosis il
i lincre conuenit. Iuuat & halitus in coquendo sublatus, si apertis oculis excipiant superne. Ad idemq; proficitur inassatum edentibus.

IECVR HIRCINVM CCXXXXVIII

q Vidã scripsere iocinoris maxie hircini cibo explorari comitialẽ morbũ

IECVR APRINVM CCXXXXIX

Prinum Iecur recens siccatum & tritum præbetur in uino contra Ser-
a pentium uolucrumq; morsus.

IECVR ET DENS CANIS CCL

N canis rabiosi morsu tueri a pauore aquę creditur iecur canis eius, qui
i in rabie momorderit: tostũq; id mãdat, præcipiũt. Eidẽ animali dente, qui caninus uocat exẽpto, & in uesicula brachiis ad alligato, ad inhibẽdos canũ impetus utunt.

CORIVM CCLI

Orium combustum, melius si ex uetere calciamento sit, teritur ad am-
c busta: intertrigines, & iniurias a calciatu. Cinis eius partes attritas ad cicatricem perducit Oleo lini perunctis prius.

IECVR MERGI CCLII

m Ergi epar inueteratur & ad secundas eiiciendas ex aqua mulsa datur bibendum ligulis duabus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0064-4 DFG

GALLINACEVS CCLIII

Arnibus Gallinaceorum, ita, ut tepebunt auulsę appositis, uenena ser-
c pentium domantur: sed mutare crebro medicamentum oportet.

CEREBRVM GALLINACEI CCLIIII

Erebrum gallinacei datur ex uino hauriendum iis, quos bestiæ percusse
c runt: Sanguinem ex inuolucris cerebri erumpentem inhibet. Subiecta
uentri gallinaceorum: qui mares sint, membrana: quę secti modo cor-
nus translucida est, atq; abiici exempta solet in coquendo. Inueterata, & in uino trita stomacho laborantibus bibitur. Ius e uetere gallinaceo aluum soluit. Itaq; faciendi eius hęc Ratio sit. Interanea gallinaceo detrahuntur, inuicem sal inditur, atq; insuitur: Deinde in sextariis. xx. aquæ ad tres heminas coquitur, ita refrigeratum sub dio, mox bibitur. Aliqui efficacius arbitrantur cum brassica marina incoctum, aut herba mercuriali, aut polypodio, aut Cnico. Detrahit crassitudines crudas lentasq;, atq; nigras. Prodest & contra longinquas febres: suspiria: morbos articulares. Inflationibus stomachi. uentriculus sale custoditus, siccatusq; in umbra, exinanitis plus æquo Medicamenti occasione, præstantissimum auxilium est. Sistit enim purgationem ad præsens denariorum trium pondere insumptus. In quo usu teritur ad scobis modum: exinde cum aqua recte confunditur.

OVVM CCLIIII

Vum tenerum alibilius sorbili est. Contra tenero durum pręfertur. ui-
o tellus oui tostus dolores oculorum admixto croco mitigat & rosaceo.
collectionibus ani & condylomatis cum serta campanica iniicitur cum uua eius, quod Rhum diximus atq; Galla. fructus ad proluuiē alui sistendā estur. idem & per se quoq; deuorato usus. candidum Oui crudum refrigerat: ferruminat: oculis inflammatis admotum medetur. ambusta: quæ albugine protinus occupentur: pustulas non sentiunt. Facies eo illita sole non aduritur. cum Turis polline frontibus perunctis rheumatismos reclinat. collectum in uellere cum rosaceo, uino, & Melle, inflammationibus oculorum placandis imponitur. priuatim contra Hęmorrhoidum morsus crudum sorbetur. calfactum summo corpore, p dest rosionibus uesicę: exulcerationibus renum: scabritię spiritalis Fistulæ: cruentis eiectionibus: Distillationibus. Thoracisq; fluctionibus.

CICADÆ CCLV

c Icadæ in patellis tostę doloribus uesicę in cibo auxiliantur.

LOCVSTÆ CCLVI

Ocustarū suffitu strangurię potissimū feminarū iuuātur. carnes locustis
l inutiles sunt. Locustarū generis est: quę uocatur asiracos, a qbusdā onos
sine pēnis: cruribus magnis: recēs hęc: sed siccata: & in uino sumpta p-
cussis a scorpione magno profectu subuenit. in Africa ad Leptin uel cibo frequenti gratissima est.

OSSIFRAGVS CCLVII

Hinis auis est: quam romani ossifragum nominant. eius uentrem paula
p tim bibi pręcipiunt contra calculos per urinam pellendos.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0065-0 DFG

GALERITA CCLVIII

Alerita nuncupatur auis exigua, continens apicem ſũmo capite, ut pa-
g uus coli uitio liberantur: qui aſſam in cibo ſumpſerint.

HIRVNDINES CCLIX

Irundinum pullis cum primum peperint: diſſectis creſcente luna In-
h ueniuntur lapilli, e quibus duo: quorum alter uarius, alter purus, & uni-
color ſit anteq̃ terram attingant, In pelle Iunicis, aut cerui lacerto an-
nexi, aut collo ſuſpenſi comitialibus proſunt: ſæpius & in totum eliberant. Man
duntur hirundines modo ficedularum ad aciem excitandam. Pullorum, matrũq;
cinere in fictili crematarum utuntur ad claritatem perunctis cum melle, Itidẽq;
ad anginas, collectiones uuę, tonſillas. In ſale, quoq; ſeruatæ hirundines, earũq;
pulli aduerſus anginas bibuntur drachma.

EBVR CCLX

e Boris ſcobe paronychia tolluntur. Medicamento natura ſpiſſandi.

TALVS SVIS CCLXI

Alus ſuis combuſtus ita uti ex atro cãdidus fiat: Deinde in pollinem re-
t dactus inflationes coli, & tormina diuturna potu diſcutit.

CERVINVM CORNV CCLXII

Eruini cornus cinis elutus cochlearibus binis datur, cruenta excreanti
c bus, dyſentericis, cœliacis, morbo regio: doloribus ueſicæ cum Traga
cantho. Feminis profluuio patientibus cum liquore: qui ad illam affe-
ctionem conueniat. crematur uero in fornace olla cruda operculata luto circũ-
lita in taleolas conſectum. Modus urendi donec albeſcat. lauatur, ut cadmia.
Oculorũ ulceribus, fluctionibuſq; illinitur. Fiunt ex eo & dentifricia. Fugantur
crudi ſuffitu ſerpentes. Cum aceto deferuefactum: collutũq;, maxillarum a den-
titione mitigat dolores.

ERVCÆ OLERVM CCLXIII

e Ruceĩ oleribus uiuẽtes punctis ex oleo uenenatos ictus arcere credunt.

CANTHARIDES CCLXIIII

Antharides, probantur etiannum ex agro frumentario. Conduntur in
c calicem fictilem, non picatum, & linteo colligatum ſoluto, & candi-
do. poſtea ſuſpenduntur uaſe inuerſo ſuper acetum aſperrimum feruens:
donec per linteolum uaporentur, interimãturq; ita, deinde lino inforatæ cuſto-
diunt. Potẽtiſſimę inter oẽs uarię luteis lineis, quasi penis trãſuerſas habẽt: cor
pore oblongo, craſſę, atq; ſubpingues, ut blatte. Inertiſſimę uero unius coloris.

BVPRESTIS ET PITYOCAMPÆ CCLXV

Imiliter & bupreſtis genus & ipſa cantharidũ ſimiliter & Erucę naſcẽ-
s tes in picea præparant. Atq; hę tamen torrent modice in cribro ſupra
halitũ cineris feruẽtis expãſo. Poſtea reponũtur. uis omniũ generũ pro
miſcua: corpus adurere: ulcerare: percalfacere: Ideo efficaciſſimę oẽs medicamẽ
tis ad cancros, ad lepras: ad impetigines feras. Additę molliẽtibus ciunt in lana
menſes. Quidã cantharidas in antidotis miſtas hydropicis dedere, qm̃ lotiũ mo
uerẽt. Aliqui exiſtimãt, iis qui cãtharides bibiſſent: pẽnas earũ, & pedes auxiliari.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0066-6 DFG

SALAMANDRA CCLXVI

Alamandra lacertarũ generis, animal iners, & uariũ eſt. Temere creditũ
s non ſentire flãmas. Vis exedendi, calfaciendi: exulcerandi Medicamen
tis inſpergitur erodentibus corpora. & ad lepras, quẽadmodũ canthari
des: & ſimiliter præparat. Ex oleo liquefactis, & illitis corpori defluit pilus: pro-
pter eadẽ remedia interaneis, capite, Pedibuſq; detractis in melle ſeruantur.

ARANEVS CCLXVII

Raneus animal a quibuſdã olcon, & lycos, ideſt lupus, uocatũ: cõdepſi-
a tus ſplenio, & in plagulã illitus fronti, aut tẽporibus tertianæ circuitus
ſanat. Textũ aranei ſanguinẽ inhibet. Sũmę cutis ulcera inflãmari non
patitur. Alterũ genus aranei telam cõdẽtis albã, gracilẽ, atq; pexã in pelle circũ-
ligatum lacerto ambitus quartanarum dicitur procurare. Succum decocti cum
Roſaceo auribus inſtillari contra dolores.

LACERTA CCLXVIII

Acertæ caput ad ſpicula, & ad quæcũq; infixa corporibus extrahẽda cõ
l tritum imponitur. Tollit & formicas, & oẽs uerrucas & uaros. Inditum
dentibus iecur earũ in caua: exiſtimat prẽſtare ne doleant. Lacerta diuul
ſa uulneribus ſcorpionũ iniicit.

SEPS CCLXIX

Eps: quam aliqui lacertam chalcidicen appellauere in uino pota mor-
s ſus ſuos ſanat.

SCINCVS CCLXX

Cincus ægyptius Nili accola eſt. Alius Indiæ, Alius a mari rubro affer-
s tur. Alius in Lybia Mauritanię inuenitur. Terreſtris eſt crocodilus utiq;
ſui generis. Inueterantur carnes eius in naſturtio: callũ: qui a renibus ſit,
in uino ſingulis drachmis epotum inflammare cupiditates ad uenerem prædi-
cant. Sed decocto lentis cum melle ſumpto, aut ſemine lactucarum cum aqua in-
hiberi libidinis eius intemperantiam. In antidota quoq; additur.

VERMES TERRENI CCLXXI

Ermes Terreni præciſiones neruoq; triti cõglutinãt, Triduoq; nõ ſoluũ
u tur. Cũ adipe anſerino uitiis auriũ medẽtur iniecti. Decoctũ in oleo Ius
infuſumq; auriculæ, cuius e Regione doleant dentes, prẽſtare leuamẽtũ
creduntur. Ad urinas trahendas: farina eorum in paſſo combibitur.

MVS ARANEVS CCLXXII

m Vs araneus contra ſe remedio eſt diuulſus & impoſitus.

MVRES CCLXXIII

Vs uerna diſſectus imponit ſcorpionũ plagę confeſſa utilitate. Infan-
m tibus toſtum ediſſe prodeſt ad ſiccandam in oſc illis corũ ſaliuam.

LAC CCLXXIIII

Eneratim lac omne boni ſucci, aut ualentis materiæ eſt: aluum mollit:
g Inflationes ſtomacho, Inteſtiniſq; comparat. Omne autẽ uernũ æſtiuo
aquatius: magis uentrem ſoluit: quod e uiridi pabulo eſt. Probatiſſimũ
uero candidum ęquali craſſitudine: quodq; in ungue non diffluit: ſed coalitu ſuo
hæret. caprinum lac minus infeſtat aluos: quoniã paſtiones: quas pecus id perſe-
quitur, maiori ex parte aſtringentis naturæ habentur. quercus: lentiſcus: olea

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0067-2 DFG

Terebinthus. Ita & stomacho utilissimum est. ouillum uero scabrum: dulce, pinguissimum: stomacho minus idoneum. Aluus maxime soluitur, bubulo, asinino, equino: conturbaturq: omne autem lac animalium, quæ aut scamoneam depauerint, aut ueratrum, aut herbam mercurialem, aut clematida: quod in iustinis montibus haberi traditum nobis est: circumagit stomachum: atq; uētrem. Nam capræ: quæ folia ueratri albi cum primum terra prosiliūt: inibi erosere: uomitionibus infestantur, & lacte suo fastidia, subuersionesq; stomacho moliuntur. Omne lac decoctum uentrem astringit, pręcipue cum calculis marinis, feruentibus coercetur abundantia succi elutioris. Vsus lactis ad omnia intus exulcerata, maxime fauces pulmones, Interanea, renes, uesicam. Foris pruritus cutis, papulas: malos succos in corpore consistentes. Datur cum melle crudo, & aqua modice admixta sale addito. Innocentius semper, minusq; inflat quodcūq; deferuefactū uice simplici. Aluo liquidę: uel si ulcus intestina corripuit: auxilio est cum lapillis marinis decoctum ad dimidias.

SERVM CCLXXV

a Nnexus ē omni lacti humor aqueus. Serū uocat. hoc diuisū a lacte, uali dius purgat. Datur quotiens sine acrimonia fieri deiectiones libeat, tāq̄ melancholicis, comitialibus: In lepris: elephantiis, eruptionibus, pituitę in quacūq; corporis parte.

LAC SCHISTON CCLXXVI

m Edici speciem unam addidere lactis generibus: quod Schiston appellauere. Id fiet hoc modo. Fictili nouo lac feruet: Ramisq; ficulneis recentibus miscetur, postq̄ bis, aut ter inferbuit: adduntur totidem cyathi aceti mulsi: quot heminę lactis fuere. Ita diuiditur & discedit serum a caseo. Cum feruet, ne circunfundatur: præstabit spongia e latice crebro suffusa, illataq; faucibus fidelię: Item cyathus argenteus cum frigida aqua demissus, ita, ne quid infundatur. bibitur serum heminis per interualla singulis usq; ad quinas, Ita ut a potu: qui biberint: subinde per uices inambulent. Recens lac contra rosiones prębetur a uenenis medicamentisq; factas, cantharidum, salamandræ, buprestis, Pityocampes. herbę apollinaris: ephemeri: aconiti: dorychnii: Priuatimq; bubulum maxime ad hūc usum probatur. Collui quoq; ora exulcerata, & Tonsillas gargarissari utilissimum. Gingiuas, & mobiles dentium peculiariter asininum confirmat. Aluos etiam, si urat dysenteria, aut tenesmus: ex pecude: capra boue, decoctum cum marinis lapillis: astringit. Infunditur quoq; sincerum aut cū ptisana hordeacea, aut succo halicę ad rosiones intestinorum ita mitigans efficaciter. Iniicitur & exulcerationibus uuluæ.

LAC HVMANVM CCLXXVII

d Vlcissimum hominis lac, ualentissimęq; materiæ habetur. Ex ipsis uberibus suctum prodest in stomachi rosionibus, & corporis tabitudine. Datur & iis: qui marinum leporem biberint. Oculo ab ictu cruore suffuso cum polline turis infunditur. Podagris Illinitur cum papauere, ac cerato. Lactis usus alias contrarius splenicis, epaticis, uertigini, comitialibus: Neruorum uitio: febres habentibus: capitis doloribus, extra q̄ purgationis gratia, ut dictum est.

ctum est, genus illud sumentibus: quod Schiston appellari supra mox docuimus: Quidam mandauere literis Primiparæ canis lacte illito pilum excidere: quo in potum dato uenena depelli: partus immortuos eiici.

CASEVS CCLXXVIII

Aseus citra salem recẽsq; alibilis. Stomacho utilis: minime reses in cor
c pore, facilis reddi: carnes nutrit. uẽtrẽ modice laxat. Differentiæ caseo quales lacti, unde coagulãtur. aluũ sistit decoctus, expressus, iterumq; tostus oculorũ inflammationes & sugillata emẽdat impositus. Recẽtes salsi minus nutriunt. corpus emaciant. stomacho aduersantur. aluo intestinisq; alieni sunt, ac molesti. uetus aluo sistendæ accomodatur. Serumex eo plurimo Canibus alimento est.

HIPPACE CCLXXIX

Ippacen uocamus equino ex lacte caseum. Is redolet uirus: multũq; alit:
h effectus habet: quos bubulus. Quidã hippacẽ audiũt coagulũ animalis eius.

BVTYRVM CCLXXX

Vtyrum laudatur e lacte q̃ pinguissimo, quale ouiũ est. Fit ex caprino in
b uasis crebro iactatu separato pingui: molliens id est, & oleosum natura.

Ideo largius potũ exoluit aluos: & per se prodest cõtra uenena. nã si oleũ nõ fit, uicẽ eius pensat. cum Melle mixtũ infricatũq; dentitionem infantiũ facilẽ prestat. cõmorsiones gingiuarũ & ulcera eorum in ore astringit. Foris peruncto corpus fit habitius, & feruẽtibus ulceribus, quę erumpãt penitus illesum seruatur Quod magis uirus respuit: neq; peruetus est: ad inflammationes & duritias uulnuæ cõueniet: In Dysenteria exulcerationibus coli efficaciter infundetur. medicamentis ad pus mouendũ utiliter miscebit. priuatim supiponi uulneribus ꝓdest: q̃ circũ neruos: cerebri mẽbrãas: uesicas & collũ habẽtur. uis eius replere: purgare, carnes obducere. Aspidis plagæ iniicit. In obsonia quoq; addit ꝓ oleo: & in unecta placẽtasq; ꝓ adipe

FVLIGO BVTYRI CCLXXXI

Vliginẽ de Butyro hac forma cogito. i lucernã nouitiã butyrũ cõfundi
f to: deide succẽdito, adopitoq; uase fictili: cuius sũma spetiẽ fistulę habeant: infima foraminibus pateſcãt ut clibani. finito ita uratur: & materia priore absumpta obiter aliã sufficito: idq; sępius: quoad Fuliginis quantum uoles: reposueris. eam pẽna detergito: & utitor. Natura eius ad oculorũ utilitates sicsifica, prestrictoriaq;. sistit & fluctiones: ulceribus cicatricẽ inducit celeriter.

LANA SVCCIDA CCLXXXII

Ana succida præfertur q̃ mollissima, Item e pecoris collo, femoribusq;.
l Imponit protinus uulneratis: collisis: desquamatis: liuentibus: confractis madificatum aceto & oleo aut uino. Nam sudor ipse, atq; sordes uelleri adhærens facile combibit succos: quibus immergitur: & pręterea molliendi proprietatem habet. Lanę capitis, stomachi, & quacunq; corporis parte doloribus ex aceto & rosaceo appositæ leuamentum afferunt.

LANA VSTA CCLXXXIII

Elleris cõbusti cinis insperſus crustas inducit. carnes superuacuas com-
u pescit, ulcera contrahit. uruntur lanæ purę carminatę cruda olla, ut cę-

teræ quoq; ſpecies.in quē modū fimbrias & Licia purpurarū cremari oportet. q dā ipſis cū ſordibus detōſas carpunt, & in fictili crudo cōpoſitas melle pfundūt: ſimiliterq; adurūt.Alii uericulis in figlino ampli oris uaſe per interualla diſpoſitis haſtulas tedę ptenues ſuperponunt,Interſternūtq; lana pinde ut prius cōcerpta,& oleo aſpſa inſuccataq; ſed ea tenus ne ſubſtillet : Rurſus alia cremia leuiter cōponūt:& ſtragulū aliud uelleris ſerie ſemp alterna cōponūt & accendūt:cinerēq; : qui e cremiis defluit ſubtus p craticulā:reponūt : lauātq; ad oculorum uſus in Pocillo fictili aqua addita ualide confricantes manu,poſtea conſidere patiuntur:& aquam mutantes denuo manum contribulant : idq; tam diu, quoad illatus linguę omnino quidem non mordeat:Sed leniter tamen aſtringat.

OESYPVM CCLXXXIIII

Eſypum uocat pinguedo:q̄ ſordidis pecudū lanis adhęret. Id autē fieri hoc modo poteſt.capito q̄ molliſſimū uellus cū ſudore ac ſordibus ſuis, & curatū radicula agitato aqua feruēti:ſimulq; illuuiē omnem exprimito in crateré:qui fauces latas habeat.Eodē aquam infundito,& ligula grādi,reſupinato,conturbatoq; uehementer, uſq; adeodum ſpuma increſcat, aut rude ligneo ſtrenue cōmoueto,adagitatoq; : donec ſpuma conſurgat,copioſa & ſordida.Deinde marina cōſpergito,& ubi conſedit:pingue,quod natat : collectum in fictile alterū tranſferto.Rurſus in priorē crateré aquam adiungito,tribulatoq; ſimiliter:Poſtea mari refrigerato ſpumā,& ubi reſiliuit:tollito quod ſupernatat,id q; ſepius donec pinguitudine omni abolita, ſumptitataq; ſpumā reddere deſinat materia.oeſypū ita exceptū manu ſubigito glutūq; facito:& ſi p fricando immūditię offenſant,eximito:priorēq; aquam extillans Recentē affundito,& cōfricato manibus:donec linguā aſtringat modice,nec mordeat,oleoſum & cādidum fiat.ita tēperatum in fictile cōponitur.omniaq; hęc in ſole calido fieri pręceptū ſit Quidā pingue illud percolant:eluuntq; frigida & manibus depſant:quēadmodū mulieres ceratum.hoc modo albidius redditur.Alii ſuccidā lauāt & ſordes exceptas in æneo uaſe cū aqua ſufferuefaciunt léto Igni & pinguitudinē: quæ ſupernatat,colligūt,lauātq; aqua:modo quo indicauimus: Deinde in patellam aquæ calidæ fictilē deliquatū adoperiunt craſſo linteo & in ſole conſtituunt. donec recte craſſeſcat & candidū ſit. Alii biduo demum acto mutare aquā malūt. probatio autē ut radiculā non prodat, ut lęuor adſit, ut ſordium ſuccidarū uirus oleat, & ut in corniculo fricante manu ex aqua frigida non liquetur:ſed inalbeſcat,utq; nihil in eo ſit durum aut concretum:quod quidem in adulterato cera,uel ſeuo contigit.uis ineſt excalfactoria:efficax replendis ulceribus:molliendiſq; uitiis,maxime circa Sedem & uuluam cum Meliloto ac Butyro. Admotum in lana menſes partuſq; extrahit.cum Adipe Anſeris, auribus & uerendis medetur. Angulis oculorum eroſis,ſcabioſiſq;:genis duris & pilo earum fluenti. Torretur uero in noua Teſta,donec in cinerem abeat,pinguedinemq; amittat. Capitur & fuligo quemadmodum expoſuimus ex accenſo Medicamentis oculorum conueniens.

COAGVLVM CCXXXV

Oagulum Leporis tribus unciis denarii ſextiui acceptum in uino percuſſis a beſtia ſalutare preſidium eſt.cœliacis & Dyſentericis medetur.

profluuia mulierum sistit: & sanguinem conglobatum, aut si e pectore cruenta eiiciantur. Appositum uuluæ post purgationem conceptiones adiuuat Butyro admixto. In potu partus necat: Sumptum a Puerperio abortiuum est. Equi coagulum: quod aliqui Hippacen uocant: priuatim Aluinis & Dysentericis prodest. Eandem uim habent coagula ex Hædo: Agno: Inuleo: Dorcade: Platycerote: Dorco: Ceruo: Bubalo: Vitulo. Aconitum cum uino illata expugnant. Lacte concreto uexatis bibendum præcipiunt ex Aceto. Coagulo Inuli post redditos mēses apposito feminalibus, neq; triduum soluto prohibentur partus. Coagulum Vituli marini effectu Castorei celebre est præcipuum morbo comitiali & strangulatibus uuluæ propinatum. Probatio sit Vituli marini nec ne, ita capitur. Sumito animalis alicuius coagulum præcipueq; Agninum: & aqua perfundito: pauxillumq; uti combibat, permittito: Deinde aquam in qua Coagulum Agni maduerit: fundito in coagulum: cuius experimentum quæris. Si erit sincerum: facile consudabit, ac diluetur. Adulteratum nihil mutabit. Eximitur hoc coagulum prius, q̄ natare Catuli cum parente sua incipiant. In uniuersum omne coagulum soluta contrahit: Spissata soluit.

ADEPS CCLXXXVI

a Deps recens ex Anſere, aut e Gallinaceo citra ſalem inueteratus utricu lis feminarum probatur: ſalſi aut in acrimoniam conuerſi ætate uuluas infeſtant. Protinus igitur detractis membranas eximito & in patinam fictilem nouam coniicito capientem bis tantum q̄ ſint adipes: quos curare oportet, Adoperito q; diligenter: Deinde in ſolem acerrimum conferto, ut diſtabeſcat. quod ſubinde colliquefit: in alterum fictile corriuato: excolato q;: Donec modus totus abſumatur: poſtea condito locis frigidis, utitor q;: Quidam feruenti aqua fictilibus ſubdita operam Solis præſentant. Apud alios eundem uſum exhibent molles & lenti carbones. Alius modus eſt uti poſt uenas exemptas terantur & liquefiāt In patina exiguo ſalis addito: minutatim freſi: Deinde per linteum craſſum effuſi cuſtodiantur. Ita curati medicamenta ingrediuntur: quę confricatis membris itinerum laſſitudines & fatigationes leuant.

ADEPS SVILLVS ET AGNINVS CCLXXXVII

s Villus uero & Agninus adeps hoc genere pręparantur. Recentem & q̄ pinguiſſimum cape, quales ſemper a Renibus ſunt: exemptiſq; inis in aquam cœleſtem copioſam q̄ gelidiſſimam Refrica manibus egregie atterendo, quaſi extergas: Mutata demum ſępius aqua in fictile altero tanto capacius tranſfer: affuſo aquę, quod adipem modo integat: Deinde poſitum in carbone leni commiſce ſpatha: ubi diſtabuerit, percola linteo aqua excipiente frigida. Rurſus ut extillauerit bene: manu expreſſo humore omni coniice in fideliam prius collutam: & perfuſum aqua ut prius: atq; in prunas datum, procura ocioſe, ac molliter colliqueſcat. Mox igni detractum parumperq; ut ſubſidant Retrimenta, relictum in mortario colloca madefacto ſpongia. Simul uero totus refrixit conglaciauitq;: mortario exemptum repurgamentis deterſis: quę adhæſiſſent fundo, liquefieri tertio iube ſine aqua. Poſtremo in mortarium relatus ac recte purgatus in fictili reponitur ore pręligato locis algentibus.

ADEPS HIRCINVS, OVILLVS, CERVINVS. CCLXXXVIII

Ircinus, Ouillus, Ceruinus reuocantur ad curam hoc modo. Ex quoq;
h horum acceptus lauatur primum exemptis omētis, ut in Suillo pręcepi
mus: Deinde in mortarium datur, ut remollescat: fricaturq; manu affusa
paulatim aqua: donec neq; sanies amplius excernatur: neq; pinguis eluuies innatet. Sed splendidius, atq; translucidus fiat: postea in fictilem cacabum mittitur addito aquæ tanto, ut adipi humor superstet. Ita igni admotus uapore lento decoquitur: Rude miscetur: Recalfactus in frigidam ut cōcrescat, depletur rursus. fictili abluto iterum liquefit. Tum cætera: quæ supra monstrauimus: fiunt. tertio sine aqua deliquatus excipitur in mortarium madidum aspergine, refrigeratusq; ita reponitur in languncula fictili more quo axungia.

ADEPS BVBVLVS CCLXXXVIIII

Deps e boue pficitur hoc modo. renibus detractū & exēptis inuolucris
a lauāt petita ex alto aqua, tūdūtq; in mortario aspsum marina: & ubi diluerit se, cōiiciūt in fictile affuso mari, ne minus dodrāte supnatet: postea decoquūt, usq; dū omnis aboleat odor: deindeī singulas minas atticas seui denarios quaternos ceræ Tyrenicę adiiciētes pcolāt: ipuritateq; omni exēpta: q̄ imo subsedit, ī fictili nouo cōponūt, adoptūq; quot diebus sole assiduo retorrēdū reliquūt. Donec & cādor q̄situs accedat, & olacitas omnis uirosa exanimetur.

ADEPS TAVRINVS: PHANTHERINVS LEONINVS. CCXC

Aurinū uero sic cōficis. Seuū recēs a renibus fluuiali unda lauas tunicis
t demptis: compositumq; in nouo fictili sale modico asperso liquefacis
igni. Deinde collo effusum in aquam perq̄ limpidam: cum primum incipit coalescere: manibus uehementius fricas: lauando identidem crebro mutatis aquis: donec elutum recte uideatur: mox coniectum in fictile iterum decoquis affuso uino odorato æquis portionibus: postq̄ bis inferbuit, ablatum igni seuum noctem unam in suo uase conquiescat patitor. Postridie eius Diei matutino inuisis. & si Virus etiamnum obolet: decapulas in Cacabum fictile nouū, affundisq; odoratū uinum, & cętera: quæ præcepimus, facis. quousq; malus omnis odor expiret. Soluitur seuum & sine sale ad quasdam affectiones: quibus ille cōtrarius est: Sed quod ita curatum fuerit: minus candidum q̄ cum sale euadet. Eodem modo aguntur Pantherini pinguis, & Leonini curationes.

ADIPES ODORATI E VITVLO, TAVRO, CERVO, ITEM MEDVLLA CERVI CCXCI

Itulinum, Taurinum, Ceruinum, & animalis eiusdem medullam odora-
u mentis quoq; cōdiri mos est: id fiet hac forma. Pingue, quod ad hūc usū
recipitur: uenis exemptis lauatum ut demonstrauimus: sufferuefieri debet in uino odorato, mareq; non experto: Deinde subductis ignibus nocte interquiescat: & uinum eiusdem notæ pari mensura, qua prius, accipiat. Deliquatumq; igni puriter coletur. Arabicus Iuncus addiciatur. In heminas pinguis nouenas, drachmę odoramenti septenæ poscuntur: aut si facere odoratius libeat, quadragenę floris, totidem Palmę. Totidem Casię, Totidem Calami. Additur & Aspha lathū & surculus Balsami singularibus utriusq; drachmis. Cinamomum quoq; &

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0072-8 DFG

Cardamomum & Nardum singulis unciis omniũ. Tunduntur uero omnia hęc, non tamen ad Scobis modum, & uino conspersa odoratissimo continentur in pruna operculato uase: donec ter inferueãt: mox exempta carbonibus noctem ut frementescãt, quiescunt: Postera die uinum eiusdem generis infunditur priore abiecto, & ad prunas repetita sufferuescere ter coguntur, nocteq; interposita & mane pingui exempto uinum effunditur. Vas imbuitur: Recrementa fundi terguntur: Iterũ colliquatur. In fine collo transmittitur, conditurq; ad usus. Eodem modo & Adeps ita ut indicatum est: curatus accendi odoramentis potest. Illud noscendum pinguia in quę facilem transitum habituri sunt odores, coercenda prius esse spissamentis quibusdam hoc genere. Quibuscunq; uino incoctis ut ferueant indito Surculum Myrthi, Serpillium, Asphalatum, Cyperum ociose omnia & paulo hebetius contusa. In hoc usu quidam satis, habent uno aliquo ex his domare. Vbi ergo ter deferbuit: Remouetur, collaturq; linteo & odoribus temperatur, quo præceptum est ordine: Sed & alio quoq; modo Seuum astringitur. Quodcunq; acceperis, oportet esse recens, & impromiscuum sanguine, cæteraq; habere commemorata nobis sæpius. Tunditur hoc & in fictili nouo componitur Vino albo uetere odorato affuso, ita uti semipedem contegat, deinde concoquitur tepore leui, donec genuinum uirus obliteretur. Vini odore concepto: mox igne summoto refrigeratur: & in. P. bina pinguis exempta in patellam acetabula. xvi. uini eiusdem mittuntur, adiiciendo loti eius, cuius lignum ad Tibiarum cantus expetitur, Fructus libras quaternas tusas: Postea iterum coquitur lente, agiturq; sine fine: donec seuosus ille pedor exalet, aboleſcatq; omnis. Emittitur deinde per collum, Refrigeraturq;. Tum Asphalathi tusi. p. i. Amaracini floris. p. iiii. Vino uetere accepto confundunt: & interposita ebibendo succo nocte, In Lagunculam fictilem nouam congiorum ternum: Postridie omnia hæc transfundunt, Seuumq; coniiciunt, & congium semis uini, sufferuefaciuntq; una, quousq; spissamentorum uires & odor in adipem transeat. Postremo exemptum liquant igni, excolantq; ac reponunt. Q d' si odoratius facere collibuerit: octo denarios Myrrhæ q̃ pinguissimæ uino diluunt q̃ maxime annoso, superinfunduntq;.

ADIPES GALLINACEORVM ET ANSERVM CCLXXXXII

Allinaceorum & Anserum adipes conduntur odoramentis hoc pacto.
g curatis his ex utrolibet heminas quatuor capiant & in fictili cõditis misceant. Erysisceptrum Xylobalsamum, Palmami Abietem: Calamum. tusa hæc, sed non ad scobem oportet esse: duodenasq; drachmas e singulis addidito uini ueteris Lesbii cyatho: deinde in pruna sufferuefaciant ter: postea eximãt patiãtur q; noctem & diem bene refrigerentur. postridie liquefaciant: & per linteum crassum & candidum exprimant in fideliam mundam. ubi refrixerit: concha exceptum in fictile transferant nouum arctissime præligato ore: locis frigidis: atq; omnia hæc hyeme faciant: quoniã pinguia p calores estatibus addẽsari nõ possunt. porro aliqui ut facilius cõsistãt hæc atq; coagulẽtur: admiscent tyrenicę cerę momẽtũ. eadẽ ratio cõmẽdandi odoribus & suillũ ursinũ, & eęteros adipes sit.

ADEPS SAMPSVCHINVS CCLXXXXIII

Oncinnātur & e Sampſuco pinguia hoc more. In libram ſeui bene cura
c ti (ad quem uſum præfertur e Tauro) Sampſuchi recētis & diligēter cō
fractæ pondo ſemiſſem inferto: offaſq; facito large uino conſperſas, de
inde confractę in uaſe componito, adopertaſq; patitor nocte una conſudent. ma
ne coniectas in fictile affuſa aqua leuiter coquito. ubi halitus omnis euanuit, per
colato, recteq; obturato. & integram noctem conſidat, relinquito. Poſtridie re
ferto paſtillum & ſordes imi fundi extergito. Iterum meiuranam miſceto, contu
ſam menſura qua prius: ſimiliterq; in offas digerito: & cætera: quę tradidimus
facito. Meminiſſe autem oportet: in quocunq; pingui, ut decoctum, colatumq;
ac ſordibus fundi detractis collocetur, aquiloniis, alſioſiſq; regionibus.

ADEPS ANSERI: GALLINACEI: VITVLINI CCLXXXXIIII

Ingue Anſerinum, Gallinaceum, Vitulinum, & cętera quę non ſunt cu
p rata, ne computreſcant: hoc modo cuſtodiuntur. recens detracta laui
to bene: per cribrū in umbra refrigerato exarefacitoq;. ſiccata in plagu
lam candidam mittito, utraq; manu fortiter premito: linum infigito. locis opa
cis appendito. Poſt dies aliq̄ multos ſegeſtribus e charta noua includito frigi
dis conclauibus. Eadem incorrupta ſeruantur in Melle.

ADIPVM MEDICINÆ CCLXXXXV

Mnium adipum ſeuum modice aſtringit, Item bubulum uitulinumq;:
o quibus & leoninum affinitate inungitur Aiuntq; hoc amuletum eſſe cō
tra mala medicamenta inſidiantium. Elephantinum Ceruinumq; fugat ſerpentes
illitum. Caprino ſeuo aſtrictioria uis maior: ideo cum polenta coctum & ſemine
fruticis excoriarii & caſeo dyſentericis datur: cum ſucco uero Ptiſanę. clyſteri
bus infunditur. Sorbetur ex eo iuſculum phthiſicis. Sumitur ſalutariter & ab iis:
qui cantharidum potu periclitentur. hircinum ſeuum ui pollet q̄ maxime diſcuſ
ſoria. cum fimo Capræ impoſitum atq; Croco podagricis prodeſt. huic Ouillū
effectus pares habet. Axungia ſuilla medetur uitiis ſedis & uuluæ: ignis combu
ſtionibus inueterata excalfacit, mollit tanto utilior quanto ſit uetuſtior. cum ui
no abluta compunctionibus laterum conuenit: ſi cum cinere colligatur: & calce
uiuo. Itemq; ad tumores: inflammationes & fiſtulas. Aſininum concolores face
re cicatrices traditur. Anſerinum & Gallinaceum ad muliebres uſus confertur. la
biis, ſi ſint aliqua parte rupta illinitur. utroq; uero aptiſſime utuntur ad cultum
in facie mulieris: & aurium dolores. Adeps urſinus fertilis pilo ad alopecias emē
dandas illitus perniones tollit. Vulpinus aurium dolores ſanat. pingue fluuiati
lium piſcium aciem excitat; ſi protinus a ſole: quo diſtabuerit: perungantur ocu
li Melle addito. Viperinum hebetioribus oculis utile eſt & contra ſuffuſiones cū
Cedria: Melle attico & olei ueteris pari portione. pilos alarum euulſos ſincerum
& recens illitum in ueſtigia euulſorum renaſci non patitur.

MEDVLLÆ ANIMALIVM CCLXXXXVI

Edullarum laudatiſſima eſt Ceruina: Mox Vitulina, dein Taurina. Ca
m prina: Ouilla. Colliguntur omnes Æſtate præcipiti & Autumno proxi
ma. Namq; aliis temporibus ſuffuſę inueniuntur cruore & tanq̄ friabi

les quędã in oſſibus carunculæ eſt, alioquin nec facile dignoſcantur ſincerę: niſi quis exemptas a ſe oſſibus contempletur ipſe ac reponat. Omnes molliunt: ſoluunt excalfaciunt, curant, explentq; ulcera. Non feriunt ſerpentes cerui medulla circunlitos. Reuocantur ad curam recentes ſubactę, quemadmodum adipes perfuſę aqua oſſibus detractis expreſſæ per linteum ſępius lotę quoad dum aqua ſordibus profligatis candida, puraq; influat: Poſtea uaſe dupondiario liquefactæ retrimentiſq;: quæ ſupernatant: pinna deterſis: colatæ in mortariolum: & poſtq̃ alſere, figlino uaſe nouo compoſitæ: purgamentis, quæ ſubſediſſent: abraſis. Si quis uero inueteratas ſine curatione omni habere uoluerint: obſeruãda ei: quæcũq; in adipem anſerinum & Gallinaceum præcepimus.

FEL ANIMALIVM CCXCVII

t Ile medicinis & animalium fel. Curatur omne recens, Pręligato eius ore lino: demiſſum in feruentem aquam, contentumq; inibi, q̃diu quis decurſionem ſtadiorum trium exigat. Deinde ſiccatum ſine ſole: nec humidis locis: ad oculorum medicamenta religatum lino & in melle conditum uitreis pocillis ſuſpenſo, circumactoq; eiuſdem lini capite faucibus uitri: deinde operculatum repoſitumq; ita Omne fel mordet: excalfacit, plus minus, pro ut animalium differentię ſunt. Pręſtantiſſima in effectu exiſtimãtur e ſcorpione marino, e piſce, qui callionymus dicitur: e Marina teſtudine: ex hyęna: perdice, aquila: gallina alba: Capra ſylueſtri: Peculiariter cõtra ſuffuſiones incipientes argemas, caligines aſperas palpebras, Ouillum: Hircinum: Suillum: Vrſinum: Taurinum cui & uis pręcipua: faciles reddunt egeſtiones per aluum maxime puerorum: ſi quis fimbriam ueſtis ex felle intinctam admoliatur ano. Taurino cũ mel le anginas illinimus: Idem fel ſedis uitiis pręclare medetur, rimaſq; in parte perducit ad cicatricem. Auribus: quę ſuppurent: infunditur: In ea parte rupta cum lacte Caprino, aut mulieris efficaciter ſanat. In tinnitu cum ſucco porri perluimus. Placet additum & in uulneraria emplaſtra & circũlitiones contra Serpentium morſus Thoracis ulceribus: phagędenis: uerendorum & ſcroti doloribus cum melle, Ad lepras etiannum & furfures cum nitro, & cimolia terra infricatur profectu maximo. eadem omnia ueruecinum hoc eſt ouillum, urſinumq; pręſtant: ſed languidius. Vrſinum comitialibus delingendum offertur. Fel teſtudinis prodeſt aduerſus anginas & nomas infantium in ore. Comitialibus inditum naribus, Capręſylueſtris felle ſanantur luſciofi: quos nyctilopas appellant. hircino quoq; utilitas eadem eſt. Tolluntur eo faui, & uerucoſa elephantiarum. Suillum quidem priuatim ulceribus aurium & ad cęteros omnes uſus aſſumitur.

SANGVIS CCXCVIII

s Anguinem anſerinum: hędi: anatis ſalutariter miſcent antidotis. Palũbi: turturis: columbæ perdicis ictibus oculorum recentibus: luſciofis: ſuffuſionibus ſanguinis illinunt. Columbinus eruptiones ſanguinis e cerebri membrana ſuſpendit. Ex hirco: Capra: Ceruo Lepore inaſlati: & protinus a ſartagine cibo ſumpti dyſenterias & uentris fluctiones ſiſtunt. Cum uino accepti potu aduerſantur toxico ſanguine Leporis tepido, ut eſt exemptus: uitia: quę diſcolorem faciunt cutem emendant. Lentigines abigunt. Ca-

ninus in potione proficit:percussis a rabioso cane:Item cõtra toxica. testudinis terrestris comitialibus traditur prodesse. Testudinis marinæ cum uino& coagulo leporis & cymino:bestiarum ictibus resistit, & ranę rupetæ: si quis hãc hauserit uenenis. Taurinus sanguis duritias discutit, atq; mollit impositus cum polenta.Ex admissario equo medicamentis emarginantibus,ulcerantibusq; miscetur.E chamæleonte illitus creditur pilos genarum detrahere:idem præstare narant Ranarum uiridium sanguinem. Feminarum uirus menstruum inhibere uidetur conceptus peruectis omnino ue supergressis mulieribus.uexationes podagræ ignesq; sacros leniri eodem affirmant.

FIMVM CCXCIX

a Rmentarię atq; in agro pastę bouis fimum recentem ad impetus uulnerum mitigandos imponimus:excalfactum in foliis cinere: quo modo & coxendicis dolores foueri utilissimum.Illitus cum aceto,duritias strumas & panos dissoluit.idem e mare boue mulieribus prodest suffitu cum procidunt uuluæ.Fimus incensi culices abigit.Fimo caprarum,priuatimq; montanarum,ex uino Regius Morbus curatur. Cum specie uero aliqua ex odoratis menses cientur. partus eiiciuntur.Farina sicci cum polline turis in lana profluuium mulieribus sistit. Cum aceto eruptiones alias sanguinis. Cinerem cremati cum Oxymelite,aut aceto:si quis illinat alopecię adoperiet areas pilo.Cum posca podagris inspergitur.Cum uiuo aut aceto incoctum superimponitur ictibus serpentium:ulceribus:quæ serpunt & ignibus sacris & contra parotidas. Quin & Ischiadicos uri sub pollicibus parte caua, brachialiq; propinqua utillissimũ lana ex oleo substrata & fimo feruente super imposito singulis baccis:donec sensus per brachium subiens descẽdat ad coxendicem:doloremq; tollat.Quod quidem genus medicamẽti Arabicum appellatur. Ouillum cum aceto illitum, epinyctidas sanat:clauos: Thymia & uerucas. In rosaceo cerato exceptum medetur ambustis.E sue sylueſtri aridum ex aqua uel mero in potu sanguinem eiectantibus prodest: & laterũ doloribus uetustis.ad rupta,conuulsaq; bibitur cũ aceto. collectũ uero in cera ex unguine Rosaceo eluxatis medetur.Asininus,equinusq;, sanguinem erumpentem coercet, crudum, crematumq; aceto admixto. E fimo gregarii & herba pasti sicco exprimunt succum in uino & bibi mire percussis a scorpione prodest. Columbarum fimus urentior cum farina Hordeacea ex aceto strumis adhibitus discutit. Subactus in melle oleo & lini semine rumpit carbunculos:sanat ambusta.Gallinarum fimo idem usus,q̃q̃ ignauior.alioquin pręclare uenena fungorum astringit & cruciatus coli cum aceto aut uino potus. Morbo comitiali ciconiarum fimum ex aqua bibendum censent. Vulturis fimo incenso fœtus expelli traduntur.Murinum tritum & illitum cum aceto alopecias replet.Ad calculos reddendos admixto turis polline atq; mulso diluitur in potum.Aluum ciunt muscerdæ infantibus subditæ pro balano. uentris incontinentiam inhibent sordes caninæ sub syderis æstus collectæ adarefactæq; in uino uel aqua sumptæ. Humanum fimum recens appositum uulnera inflammari non finit,obiterq; agglutinat. eiusdem siccati puluere anginas cum melle sanari est traditum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0076-2 DFG

CROCODILEA CCC

c Rocodilea (sic.n. Terrestris crocodili fimũ appellant) Malas rubescere, nitorẽq; custodiri faciẽ illinentiũ cõstat. optimaq; est: quæ candidissima & friabilis minimeq; ponderosa, similitudine amyli, & humore affuso celeriter se diluens & cũ terat, subacida & fermẽtescens odore. Adulterãt fimo sturnorũ: quos captos oryza obescãt: tã similibus excremẽtis ut ueneãt pro uero. alii amylo, aut cimolia modice colorãtes anchusa effundẽtesq; cribro solutiore tabellis excipientibus: dein siccãtes specie uermiculorũ. Canis & hominis excremẽta: quę inaruerint, cũ melle mixta & gutturi applicata cõperimus anginis mederi nunq̃ fallente cura.

VRINA CCCI

u Iperarum ictus efficacissime curari produnt hausta a percussis ipsorum urina: quo modo & uenena quoq; oĩa debellari placet. Aduersus aquam intercutem morbo incipiente suum cuiq; lotium auxiliatur bibẽti. Eodem plagas foueri utilissimũ ab echino marino factas, scorpioneq; ac dracone pariter marinis. Morsus Canis canina perfundi: lepras & corporis pruritus nitro addito cõfricari. Efficacior ea quãto sit uetustior: ulcera capitũ: furfures: papulas: prurigines, nomas præcipue genitaliũ suspendit. Prodest & contra pituitas aurium, uermiculosq; decocta in malicorio. Impubiũ puerorũ urina sorbetur ab orthopnoicis contra obscuritates, argemata: cicatrices in aheno decoquitur cum melle. temperatur urina inuestium puerorum & Cyprio ære ferrumen agglutinando auro necessariũ. in urina quod subsidit, id illinere ad sacros ignes prodest. Inferuefactum cũ Cyprino, & admotum locis dolores in ea parte mitigat. Intermortuis strangulatu mulieribus leuamentũ præstat. Palpebras repurgat: cicatrices emendat oculorum. Eadem ratio urinę in medicina ex apro. peculiariter frangit calculos uesicæ, eliditq; in potu sumpta. hydropicis: quibus corpus inæqualiter tumet: auxiliatur urina caprarũ cũ spica nardi singulis matutinis & aqua cyathis duobus data in potus. Vrinã.n. detrahit ꝑ aluũ. Medetur & auriũ doloribus instillata. Lotiũ asini prodesse dicit iis: quos renes male habent.

LYNCVRION CCCII

u Rina Lyncũ bestiarũ: quã Lyncurion uocant: simul egesta est, Solidari credit in lapidẽ. Proinde superfluo medicinas ex eo cõminiscunt. quãdo quidẽ nõ sit alia res a succino: quod quidã electrũ appellauere cognomento pterygophoron. Potum hoc in aqua stomachi uitiis: & alui fluctionibus medetur.

MEL CCCIII

p Rima melli auctoritas atticæ Regionis Hymetto mõte. secũda insulis cycladibus: & Sicilię quod Simblion uocamus. Maxime autẽ laudabile est: quod dulcissimũ gustuq; cõpungente odoratũ: subrutilũ: nec succo liquidũ: Sed ponderosum tactu prętenuia fila mittẽs atq; ualidũ, & cũ trahat, neq; abrũpentibus se, neq; resilientibus guttis: sed digitũ uersus quasi reciprocãtibus. natura eius abstergere: pręclusa resoluere: humores exalto arcessere: Ideoq; ulceribns sordidis & ꝓfundis ĩfundit. Decoctũ impositũ carnibus: quę abscesserint pro glutino est. cũ alumine liquido incoctũ & illitũ impetigines sanat. Ad sonorẽ auriũ & dolorẽ cũ sale fossili terit instillaturq; tepefactũ. Lẽdes & fœda ca-

ptiis aialia infricatũ necat. Glandem coli nudam utiq; cui naturale id est, non cui quarũdã gentiũ more circũcisus sit: mollito ita præputio cõtegit: maxime si statim a balneo id agatur dierum triginta continuatione. Oculorũ obscuritates & offensantia pupulas discutit. faucibus: tonsillis anginæ utilissimum: inunctione: gargarissationeq; cit urinas. Tussiẽtibus datur & a serpẽte cõmorsis. aduersus pa paueris potũ cũ Rosaceo sumitur sorbitione calida. fungorũ uenenis: & canum: qui in Rabie momorderint: linctu uel potu monstratur in remediis: crudo inflatur aluus: Tussis accenditur: quo circa usus despumati semper aptior. Pręcipua bonitas uerna mellatione: sequens ęstiua cõuecto: hyberna uindemia crassulentum eximitur, & concretius minime laudatum, & obolens rhitacen.

MEL SARDOVM CCCIIII

i N sardinia quoq; mel nascitur asperum gustu: quod pabulo euenit absinthii. enascentes in facie molestias, neuosq; tollit.

MEL PONTICVM CCCV

a Liud genus heraclię in Ponto ex annona mellis: quibusdam annis perniciosissimum flore quarũdam herbarũ contracta nocendi proprietate. Qui edere, tentant excessu mentis: & difluunt sudore. In remedio salsamenta, mulsum & ruta: si reiiciantur, crebro sumpta. uenenati notæ sunt: odor acer, & alienus, sternutamẽtaq; ptinus mouens. Feminarũ cutẽ emẽdat cũ costo fugillata e sale.

SACCHARON CCCVI

s Accharon appellatur glaciati mellis genus: quod in India prouenit, & Arabia: quæ fœlix cognominatur collectũ in Arundinibus: & saliũ modo cõcretũ: & dentibus fragile. uẽtri ac stomacho, si soluat aqua & bibatur: idoneũ est. Vesicæ uitiatæ prodest & renibus. Oculoꝝ obscuritates inunctione detrahit.

CERA CCCVII

c Era optima colore fuluo: subpinguis: odorata: & modice refens halitũ mellis & pura. Natione autem Cretica uel pontica. proximus locus exalbidæ cui naturale id sit: nec quęsitus arte candor prępinguis. Cãdida porro Cera sic fiet. Vnguiculis scalpitur flos ipsa id est candidissima quæq;, ac purissima: coniiciturq; in fictile: quod nouum sit: quodq; marinam habeat, quãtum sit satis, petitam ex alto. Mox ita decoquatur exiguo nitri addito: donec bis inferueat aut ter. Dehinc uas ipsum refrigerãt: massa eximitur: sordes: quæ circũ obhęserint: effingũtur. Rursus affunditur marina & coquitur: ubi deferbuit modo quo prius carbone subducto: ollę nouę fundus immittitur madidus frigida Libraméto manus adhibito, ne qua parte desidat in ceram: sed summa eius ęqualiter quasi corradat. Si quidem ad contactum illum sequetur exiguum quiddam, celeriusq; ita coagulabit. Inde primo glomere deterso fundus idẽ suffusus aqua demittitur secundo, Idq; tam diu dum totus modus aboleatur: deinde in Rotulas digestam filo per interualla suspendunt & sub diuo siccant interdiu sole, crebro refrigerãtes aqua: Noctu sub lunã, quoad cãdor placeat. Candidissima uero fit post insolationẽ etiannũ recocta. Quidã pro aqua marina in salsilagine decoquunt q̃ asperrima uice simplici, sũmũq; altera: tũ eximũt lagũcula tenui & rotũ dã ansam habẽte, coactãq; in orbiculos substratu herbę prędenso: cõtinẽt i sole;

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0078-4 DFG

donec q̃ candidissimima euadat.pręcipiũt uerno hęc agi languidiore tũ sole, ac defluuium quoddã asperginis præbẽte:ne globuli distabescãt.Omnis cera excalfacit, mollit, Repletq; quadãtenus.Datur in sorbitione dysentericis.Decem cerę grana milii magnitudine deu orata non patiunt colostrari lac nutricibus.

PROPOLIS CCCVIII

P Ropolis capienda:quæ flauescat, & odorata, styracẽq; præferens.Item quæ in præarido lẽtescat & subigi facilis sit:mittatq; fila, cũ trahit mastiches modo, excalfacit ualde: aculeos & omnia infixa corpori extrahit. uaporatio eius excepta ore tusses ueteres finit. Apposita impetigines tollit. Inuenitur hæc circum ora mellariorum natura persimilis ceræ.

TRITICVM CCCIX

t Riticum sanis corporibus laudatissimũ:quod recẽs sit, Perfecteq; adoleuerit, colore in luteũ uergente. Ab hoc trimestre, quod a quibusdã Sitaniũ uocatur.Crudũ si deuorauerit aliquis, tineas sentiet rotũdas.Cõmanducatũ protinusq; ab ore impositũ morsibus canis:inter auxilia ostenditur. Simila ex tritico fit:Panis ex ea plus alit q̃ syncomistos uocatus.Leuiorẽ cibũ & reddi faciliorẽ sitanius prębet.Farina triticea, neruoq;, rheumatismis, & inflationibus intestinorũ cũ succo appollinaris herbę illinitur.Cũ aceto mulso lentigini.Furfures cũ aceto aspero decocti luxuriantes ac rigentes Lacte mãmas coercent. Iidem pollẽt ad uiperarũ morsus & tormina.Fermẽtũ e farina triticea, uim obtinet excalfactoriã:extractoriãq;:priuatim callos in planta pedũ nascẽtes extenuat:& alia tubera.Cũ sale uero furũculos cõcoquit, atq; aperit. Trimestriũ farina imponitur cõtra ictus uenenatoq;.Ad crassitudinẽ glutinis decocta prodest sanguinẽ excreantibus linctu.Eadẽ tussibus confert & arteriis exasperatis decocta cũ butyro & menta. farina in pollinẽ subacta, decoctaq; cum aqua mulsa, uel aqua & oleo discutit inflãmationes oẽs.Panis cũ aqua melle coctus & crudus mitigat Impetus collectionũ emolliendo efficacissime, atq; obiter refrigerando: si herbis quibusdam & succis admisceatur.Inueteratus & obaridus comitatu quarundam rerum:Sed & sincerus quoq; sistit aluum citam.Recens e muria impetigines ueteres illinit. Gluten e similagine, atq; polline Molari:quo glutinandis libris chartariæ officinę utuntur:sanguinem excreantibus datur, elutius & tepidum sorbendum singulis cochlearibus.

HORDEVM CCCX

h Ordeum optimum, quod candidissimũ, atq; mundissimum, minus ualentis materiæ q̃ triticum. Ptysana hordeacea magis alit, q̃ polenta ex eodem:quoniam hordeum coquendo succulentum fit. Ptysanę usus ad acrimonias prodest, & arterię scabræ exulceratęq;.Fit & ex tritico ptysana utilis ad eadem maioris tantum alimenti, & ad urinas ciendas efficacioris.Hordeacea ubertatem lactis facit incocto feniculi semine.lotium:quibus ægre & euocat:interaneaq; abstergit: inflationes molitur, & stomachum lædit. Tumores concoquit. Farina ex hordeo si coquatur in mulsa aqua, & fico sicca, collectiones impetusq; discutiet. Cum pice: Resina, & columbarum fimo duritias suppurat:cum sertula campana, & papaueris capitibus leuamentum est ad lateris do-

lores. Cum lini ſeminibus, Ruta, & fenogręco ad tumores inteſtinorum. Ad ſtrumas cum pice liquida, oleo, cera. Impubis pueri urina. Ad proluuiem uentris cũ myrto uel mero, uel piris ſylueſtribus uel Rubo. uel malicorio. Ad inflammationes podagræ cum coroneo aut aceto. Ad lepras decoctam cum aceto acri, quẽadmodum & cruda ſolet: ſuperimponi calidam pręcipiunt. Dilutam & in ſuccatam aqua & in oleo ac pice coctam ad extrahendas ſuppurationes. Subactam cũ aceto & decoctam cũ pice ad Articulos: qui pituitæ fluctionibus patiantur. Polenta: quę fiat ex hordeo aluum ſiſtit, & impetus rubicũdi Tumoris.

ZYTHVM CCCXI

Iunt & potus ex hordeo reſoluto aqua. Zythum appellauere. urinas im
f pellit: ſed renes: neruoſq; afficit. Maxime uero membranas cerebri & ōmenta: quibus inuoluitur tentat. Flatus quoq; aggenerat, maloſq; ſuccos. Elephãtiaſin cõtrahit. perfuſum Zytho ebur obſequioſum & tractabile. operi.

CVRMI CCCXII

Xordeo cõſtat, & qd' curmi noiauere. ipſum quoq; p uino in potus ac
e cõmodatũ dolores capiti afferens & nocẽtis ſucci: neruis infeſtũ. Hiſpania quoq; occidẽtalis & britania ex tritico ſimiles potus excogitauit.

ZEA CCCXIII

Eminis, hoc eſt zeæ ſpecies duę. Altera ſimplicis grani. Altera gemi-
s ni & duobus armamẽtis inuoluti: ob id dicoccos cognominata. Semẽ in panificio alimonia eſt maiore q̃ hordeum. Minore q̃ triticum.

CRIMNON CCCXIIII

Rimnon pars eſt craſſulenta farinæ tritici atq; Zeę. Puls ex eo fit egre
c gie alibilis: & quę perficitur ex facili. e Zea uero aluũ contrahit: in quẽ uſum torretur ante.

OLLYRA SIVE SILIGO CCCXV

Llyra eiuſdẽ cuius & Zea generis habetur minore dũtaxat cibo. Fingi
o tur & hęc in panem. Ex ea quoq; conficitur crimnon.

ATHERA CCCXVI

Theram appellauere Medicamentum e Zea in ſubtilem formam emo
a lita, & in ſorbitiones decocta pulteculę modo elutioris: infantibus utiliſſimum: ſed & adultos illinunt eo.

TRAGOS CCCXVII

Ragus aſpectu perſimilis eſt chondro: ſed inferior longe Zea in alimẽ
t to eſt: quoniam multum retinet in furfure: ideoq; deiectu in cibo difficilis: Aluum: quæ ſubſtiterit molliens.

BROMOS SIVE AVENA CCCXVIII

Venę genus eſt bromos folia & ſtipula triticum imitatur. herba geni-
a culata in cacuminibus dependentes habet paruulas ueluti bipedes locuſtas: quibus includitur ſemen, utile ad cataplaſmata, perinde ut hordeũ. Puls Auenacea efficax aluo cõſtituendæ. ſuccus ex eo tuſſiẽtibus ꝓdeſt ſorbitiõe.

ORIZA CCCXIX

o Riza frugis & ipſa genus uliginoſo & paluſtri ſolo proueniẽs. Alit me-

diocriter:

diocriter:uentremq; ſupprimit.

ALICA SIVE CHONDROS CCCXXXVIIII

Hondros fit e Zea:quam nominauimus Dicoccon ex argumento du-
c plicis grani, ualentioris cibi, & ad continendam aluum utilioris & ſto-
macho quoq; commodioris q̃ Oryza. Illinitur lepris cocta cũ aceto & unguibus ſcabris & ægylopię incipienti. ſuccus decoctę infunditur dyſenteri-cis dolentibus.

MILIVM CCCXX[redacted]

Enchros id eſt, quod a Romanis Milium uocatur, formatum in panem
c ex aliis frugibus minimo alimento eſt. In pulte aluus ſiſtitur: urina pelli
tur. Diſcutiuntur tormina: in quem uſum torretur, & excalfactum in ſac co ponitur: qua forma & aliis quoq; doloribus p uaporandi ſint, ſalutaris habet.

PANICVM CCC[redacted]XXI

Lymos alii Melinem. Romani Panicum. Inter cerealia & ipſe dignatio
c nem ſuam ſortitus. ſimilitudinem obtinet Milii. Defingitur in cibos ut milium effectus habet: quos miliũ: minus tñ alibile eſt. minus aſtringit.

SESAMVM CCC[redacted]XXII

Eſama ſtomacho inutilis cibus: & animę grauitatem facit. reliquiis ſub
s ſiſtentibus inter dentes. pituitę craſſitudines: quę in neruo coierint: diſ-
ſoluit. aurium fracturæ, inflammationiq;. illinitur & ambuſtis: dolori-bus coli & ſerpentis Ceraſtæ morſibus reſiſtit. capitis dolores: quos ęſtus excita-uerit, diſcutit cum roſaceo. Eadem efficit decocta in uino herba. amplius hoc epi phoris oculorũ imponitur & doloribus. ex ea quoq; fit oleũ: quo utũtur ægyptii.

LOLIVM CCC[redacted]XXIII

Era, uel Thyaros: quod Romani Lolium appellant. Naſcitur in triti-
a cea ſegete. Molitum nomas circumſcarificat, & ulcera putreſcentia & Gangrenas ſalibus mixtis & Rhaphano. Impetigines ſylueſtres, & Le-pras cum Sulfure uiuo impoſitum & aceto ſanat. eadem farina Strumas in fimo columborum & lini ſemine decocta in uino exoluit. difficiles pãnos & ſuppuran-tias perrũpit. Medetur & Coxẽdicum doloribus cum aqua mulſa, & illitum. cum poléta uero aut Myrrha, aut Croco, aut Ture conceptiones ſuffitu adiuuat.

AMYLVM CCC[redacted]XXIIII

Mylum appellatur ab eo qd̃ ſine mola fiat. optimum ex Trimeſtri. Ma-
a xime laudatur Creticum, Ægyptium. purgatur Sitanium & madeſcit aqua dulci quinquies in die mutata, melius ſi fieri poteſt & noctu. Emoli tum atteritur pedibus ſed non anteq̃ ſumma teneritas conſtet, Effuſo prius hu-more tam diligenter ocioſeq;, ne quid cremoris cum aqua effluat. Deinde infu-ſa aqua iterum confricatur denuo & furfure: qui ſupernatat ligulis perforatis ex-empto: Reliquum percolatur: mox linteo aut ſportis ſiccatum obiter tegulę in-funditur nouę: Atq; ita calidiſſimo in ſole denſatur: alioquin breui aceſcat madi-dum relictum: Fluctiones oculorum inhibet. ulcera caua ſanat. Item puſtulas. da-tur in potu iis: qui ſanguinem reiecerint prę ſertim ex arteria. Miſcetur & lacti: & obſanandis pleriſq;. Amylum & e ſemine fit: quod appellauimus Zeam: macera-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0081-8 DFG

to aqua die uel biduo, & axungiæ instar expresso manibus & acerrimo in sole sicca to ut prius. hoc genere amyli ad medēdū nō utūtur. ad cæteros usus conuertunt.

FENVM GRÆCVM CCCXXV

Elis alii Carphos, alii Buceros: alii Ægoceros: alii Ceratis, alii Lotum:
t Romani Fenogręcum: Ægyptii Itasin uocant. Farinæ uis emollire: dif
fundere: cum aqua & melle decoctis subacta collectionibus foris: & in-
tus illinitur. Splenem addito nitro & aceto imposita extenuat. Succus decocti fe
minarum pluribus malis subuenit: Siue duritia, siue tumor, siue cōtractio sit uul-
uæ: Fouētur: Insidunt. Ius decocti aqua expressiq; furfures corporis & capillum
& ulcera capitis manantia expurgat. cum Adipe anserino in lana subiicitur mu-
lieribus ad moliēdos earum locos, aut si præclusi sint, Resoluendos: uirens ex ace
to torpentibus locis, exulceratisq; conuenit. Tenesmum & graueolentiam sedi-
menti in Dysentericis decoctum eius emendat. Oleum ex Fenogræco exterit ca
pillatium cum Myrto & genitalium cicatricibus medetur.

LINVM CCCXXVI

Inum quidam Linocalamis. aliqui Annon. alii Linon agrion. Romani
l Linomurum. siue Linum agreste appellauerunt. Punici Zeraphœst. No
ta res. semini eadem natura: quę Fenogræco, discutiendi, emolliendiq;
inflammationes omnes extra & intus: decocto cum Melle, Oleo & aquæ paruo,
aut collecto in melle: quod sit coctum. Vitia mulierum cutis & uaros emendat in
facie cum nitro & lixiuia ficulnea illitum crudum. Parotidas quoq; & duritias dis
soluit. serpere ulcus in uino decoctum prohibet. Fauos quoq; detrahit, atq; un-
gues scabros cum melle, ac pari modo Nasturtii. Semine fiunt & eclegmata ex-
trahendis a pectore Pituitis, finiendisq; tussibus, cū melle, ac Pipere. accepta pla
centę modo cupiditates ueneris in cibo copioso accendit. decoctum eius ad ro-
siones intestinorum & uuluæ infunditur: & ad alluū exonerādā. Feminæ succū de
cocti contra inflammationes suas insidunt, eodem profectu, quo Fenogręci.

CICER CCCXXVII

Icer satiuum in aluo proficit. urinas molitur. Inflationem contrahit. co
c loris hilaritatem facit. Menses partusq; trahit. Lac in cibo nutricibus
gignit: decoctum cum eruo collectionibus testium: formicis: psorę: li-
chenis: ulceribus capitis erumpentibus: cancris: & iis: quę cacoethe nominan-
tur, cū melle, hordeoq; illinitur. Arietinum uocatur alterum genus eius. utrunq;
appellat urinas: eoq; ius decocti cum Rosmarino emendat hydropicos, Regi-
uumq; morbum. Ledunt omnia. hęc genera exulceratam uesicam & renes, ueru-
carum in omni genere prima luna. singulis granis singulas tangunt. eaq; grana
in linteolo deligata abiiciunt post se. Ita fugari uitium arbitrātes. Cicer & sylue
stre est foliis satiuo simile, odore graui. discrimē in semine. facit ad quæ satiuum.

FABA CCCXXVIII

Aba nostri Orbis spiritosa inflansq; est. pertinax concoctu. Insom-
f nia prębet imaginosa & mala. sumitur contra tusses. Augetur fabarum
esu corpus. Decoctæ in posca cum suis fabalibus dysenterias cibo, flui-
tionesq; alui compescūt: uomitiones inhibet. Redduntur innocētiores, minusq;

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0082-4 DFG

inflãt priore aqua dum coquitur:mutata uirens infensior stomacho, plurescq; flatus contrahens.Lomento per se lito, aut cum polenta inflammationes incussionum plagarumq; arcet.cicatrices ad colorem cęteri corporis reducit. coagulationes & abundantias lactis & impetus rubicundos mammarum extinguit.parotidas sugillataq; ac liuores oculorum melle addito.& farina Siliciæ discutit cum rosa & oui candido & Turis polline procidentibus oculis: Tumoribus staphylomatisq; imponitur.Dilutum cum uino suffusiones & ictus in eadem parte sanat.Commanducatæ sine corticibus imponuntur fronti ad reclinandas pituitæ fluctiones. Sicut in uino decoctæ ad testium tumores .Illitæ puerorum imo uentri glabellos diu & raripiles custodiunt.uitiligines exterunt.cortices in uestigia illiti euulsorum pilorũ, gracilentes eos, & uescos renasci cogunt.cũ alumine scissili & polenta & olei uetustate discutiũt strumas.decocto earum & lanę tinguntur.putamine ablato eruptiones sanguinis factas ab hirudinibus reprimunt. In quem usum dimidiantur, qua naturaliter cohęrẽt, atq; ipsa dimidia iubent applicari.

FABA ÆGYPTIA CCCXXVIIII

f Abam Ægyptiacam nonnulli appellare malunt põticam . plurima hæc in Ægypto prouenit.Nascitur & in Syria Ciliciaq; in lacustribus.Folia eius latissima, etiam si arboreis comparentur.Lõgitudo cubitalis scapo amplissima:crassitudine circiter pollicari Simile caput Papaueri: colore roseo:Sed duplici magnitudine.Quod ubi defloruit uesparia fert similitudine quasillorum in quibus Faba operculo suo exerta leuiter extuberat bullantis ampullæ modo.Vocantur & ciborium aut cibotion ex ratione satus, quasi arculam interpreteris quoniam madefacto luto condita demittatur ita in aquam radix arundini similis, uerum pleniuscula. Incolarum cibus cruda & cocta: cui priuatim nomen est Colocasion. Faba ipsa Estur quidem omnino & uirens: Sed siccata nigritiam contrahit & efficitur maior, q̃ uulgaris. Natura eius astringere: Stomachum iuuare. Lomentum eius inspersum Polentæ modo & in pulticulam formatum Dysentericis datur & Cœliacis. Efficacius cortices decocti cum Mulso Cyathis tribus. Viriditas in mediis his reperta sapore amaro, trita decoctaq; cum rosaceo utiliter perluit aurium dolores.

LENS CCCXXX

p Hacos Romani Lentem atq; Lenticulam uocant.Esitata crebro aciem oculorum obtũdit:seroq; deiicitur.Stomacho quoq; inimica est.inflat eum pariterq; intestina.cum cortice deuorata emollit aluos.optima uero Lens est:quæ facillime coquitur:& quæ nihil remittit in madescendo atri. uires habet & astringendi.eoq; sistit aluum utiq; corticibus ademptis: Discoctaq; in duabus aquis.contra iusculum decoctę soluit.Insomnia fieri Lente sumpta in cibis Non est dubium.pulmoni est inutilis:& capitis dolori:neruosisq; omnibus. In uentris profluuio melius semper eam coquere in aceto cum Intubo satiuo, aut Portulaca, aut Beta nigra, aut Myrto, aut putamine Punici, aut Sorbo arido, aut Mespilo, aut Cotoneo malo, aut Piro, aut Palma thebaica, aut Intubo erratico, aut Plantagine.omniaq; hęc post coctionem abiiciuntur. Sunt qui semine utantur excoriarii fruticis:quod additur in obsonia.In hoc usu acetum cũ Len-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0083-0 DFG

te diligenter coquendum:alioquin turbari aluum contingat propter redundantiam:diſſolutionemq; Stomachi.xxx.Grana Lentis decorticata, oppiſtaq; deuorantur. Elixam prius: Dein cum Polenta frictam illinimus Podagris. Sinus ex Melle conglutinant: Cruſtulas ulcerum rumpit, eaq; ſordibus purgat. In aceto quidem decocta duritias & Strumas diſcutit. Oculorum autem Epiphoras cum Meliloto, aut Cotoneo, ad collectiones Sedis adhibetur cum Roſaceo. In iis:quæ acrius remedium exigunt:tanq̃ ſunt inflammationes magnę in ano & ſinus, decocta cum Punici tegmine:aut Roſa ſicca Melle modico adiecto. Qua forma & aduerſus paſcentes Gangrænas imponitur, aut mari admixto. Ad puſtulas quoq; utilis & Vlceribus:quę ſerpunt:& Igni ſacro & Pernionibus: more quo diximus. Mammis in lacte coagulato, Item quæ ſunt pannoſæ: Illinitur decocta in aqua marina.

PHASIOLVS CCCXXXI

p Haſiolus quoq; flatuoſam habet naturam. Ægreq; perficitur. uirens decoctus ſumptuſq; mollit aluum:uomitionibus tempeſtiuum exiſtimãt.

ERVVM CCCXXXII

o Rrobus:quem Romani dicunt Eruum:Inter notiſſima eſt. Frutex puſillus:folio anguſto:prætenui: Siliquas ferens In quibus grana. Ex iis farina teritur:cui nomen Eruinę. Ad medicinę uſus. Grauedinoſum capiti, oneroſumq; eſt ueſcentibus. Aluum conturbat: & Sanguinem per urinam expellit. Bubus in cibo decoctum ſaginat eos. Eruina uero ſic fit. Candidiſſima queq; Semina leguntur:& aqua madeſcunt, ita ut miſceantur, tribulenturq; pariter, diuq; uti potent:contineantur inibi:poſtea eximuntur:friguntur q; donec a ſe cortex abſcedat. Tum moluntur:& arctiore cribro incernuntur. Quod excuſſum ita eſt, Eruina appellatur:& conditur. Facilis ea uentri. urinam arceſſit. Diſcolorem hominem in cibo exhilarat. Frequentior uero in potu uel eſu contrahere creditur tormina, & ſanguinem per inferna tam aluo q̃ ueſica exigere. ulcera extergit cum Melle. Moleſtias cutis in facie, maculas: Lentigines, ex toto etiam corpore detrahit. compaſcere ulcera & craſſari non patitur. Inhibet & Gangrenas. Mammarum dura emollit. Vlceribus feris imponitur: Carbunculos Fauoſq; rumpit. contra ſerpentium canumq; morſus in uino diluitur. Vrinæ difficultati: Torminibus: Teneſmo illinere comitatu aceti proficit. Ea: quę cibum non ſentiant Atropha appellata toſtum & in Nucis Auellanę magnitudinem Melle collectum, deuoratumq; corriget. Aqua decocti Perniones & Corporis pruritus ſanabit fouendo.

LVPINVM SATIVVM CCCXXXIII

t Hermos ſatiuus Romani Lupinum, Ægyptii Brechu uulgo Naſcitur. Farina cum melle in Linctum, aut cum aceto in potum datur ad uentris animalia pellenda, necandaq;. Ipſi quoq; perfuſi aqua, etiamq; num amari ſumpti ad eadem proſunt:Et alio genere ſuccus decoctorum cum Ruta & Pipere:Ideo expedit ad Lienem bibere:quo etiam fouere Gangrænas: Theriomata:Pſoras incipientes Maculas: Vitiligines:Vlcera manantia:Eruptiones pituitę utilliſſimum. cum Myrrha & melle mẽſtruis hęrentibus:partubuſq; ſub-

iicere.Farina eorum cutem & liuores in ea corrigit.Inflammationes cum polenta & aqua mitigat. Eadem ſubacta ex aceto coxendicum dolores & papulas cohibet:In aceto cocti atq; illiti minuunt Strumas.Rumpunt Carbunculos.Si uero cœleſti aqua decoquantur,uſq; dum fatiſcant,reſoluãturq;.Succus ille Smegma fit cuti.cum Chamæleontis nigri radice decocti: Pecoris ſcabiem perſanant. Sed ita ut excalfacto liquore illo ſpargãtur eleuenturq; Quadrupedes.radix quoq; ipſa decoctorum aqua urinas in potu pellit : Lupini pluribus diebus madefacti aqua miteſcunt: Tales potionibus inſperſi auiditatem cibi faciunt . Stomachoq; faſtidiñ detrahũt.

LVPINVM SYLVESTRE CCCXXXIIII

Vpini quoq; ſylueſtres inueniuntur ſimiles quidem:Sed omnimodo mi-
l nores ſatiuis:quorum in medicina effectus quoq; pares ſunt.

RAPA SATIVA CCCXXXV

Ongyle,ſiue Gongylis,ſiue Gorgoſiõ dicitur a Romanis Rapa.huius
g radix cocta inflat,alitq; corpus:Sed carne inutili & fluuida. Venerem ſtimulat.Decoctura eius Podagras pellit & frigus e pedibus fotu. Ipſa quoq; met trita utilitates eaſdem præſentat,ſi illinatur. Si quis uero inſculpat & excauet Rapum:deinde inanitatem illam roſaceo cerato impleat:& in calido cinere liquefaciat,Succus ille Perniones exulceratos curabit. Thyrſus,qui inter folia emicat Aſparagi ſimilitudine mãditur decoctus:Vrinaſq; emolitur.Semen in Antidota & Theriacas additur contra dolores.potum uero aduerſus Venena ſalutare eſt. Idem cupiditates Libidinis accendit.Cuſtoditur hæc in Muria minus ita enutriens.cęterum appetentiam cibi recolligit.

RAPA SYLVESTRIS CCCXXXVI

Aſcitur & Rapum ſylueſtre in Segetibus cubitali altitudine fruticoſum
n & cacuminibus lęue.folio glabro ad altitudinem pollicis aut etiã maiore.Fructus in ſiliquis abditur calyculaceis·quibus dehiſcentibus alia intus capitulata continetur ſiliqua nigris ſeminibus:quæ confracta candicant interius:hoc ad albicandam cutem in facie totoq; corpore utuntur addito in ſmegmata.quę lupinorum farina:uel triticea,uel ærina,uel eruina conficiuntur.

NAPVM BVNIAS CCCXXXVII

Api quoq; eius:quam Buniada appellant:Radix elixa inflationes com-
n mittit cibo,minus alibilis q̃ Rapicium.ſeminis pręclari contra uenena:ob id & in antidotis quoq; utuntur illo. Aſſeruatur & radix huiusſalſugine.

RHAPHANVS CCCXXXVIII

Aphanum:alii Polyides heryngium.Romani radicẽ noſtratem:Punici
n Trophath.Natura ei colligere ſpiritus:excalfacere . rahpanorũ ſaporiucũdus:ſed ſtomacho minus utilis.Iidem ructũ laxandi:urinas eiicien di:aluũ ſoluẽdi uim habẽt : deiicere uolẽtibus per inferna poſtremo cibo eſſe eos cõueniet.nam ſummo ſuſpendũt illata ne ſidant.uomituriſq; tm̃ apti habentur p̃ ſumpti.Exquiſitiores quoq; ſenſus exiſtimantur pręſtare .decoquũtur ad ueterem tuſſim & craſſitudines extrahendas e pectore.cortex cum aceto mulſo,uomitiones efficacius mouet.Hydropicos quoq; adiuuans illitu & lienẽ extenuans.inſignita ex melle tollunt.medẽtur & cõtra ſerpẽtium morſus. alopecias explent.lẽ-

ticulas cum farina Lolii emẽdant. Salutares & cõtra fungorum uenena cibo iuxta & potu. Exercent & menses. semen quoq; uomitiones molitur, & lotiũ cit. Ex aceto sumptum Lienem comminuit. Gangrænas impositum mirabilem in modum excarificat. Anginis decoctum cum Oxymelle opitulatur calidum in Gargarissationem: aduersus Cerastæ ictus occurrit in uino datum bibere.

AGRIORHAPHANOS CCCXXXIX

a Grioraphanus id est sylueſtris Rhaphanus. Romani Armoracium, alii rhaphanum Orinen, hoc est mõtanã: alii Apion, alii Ischada: alii Chamębalanon agrian, alii Linozostin, alii radicem sylueſtrẽ, Punici Throphath sadoc. Iuncos duos siue tres spargit, gracilentes, rubentes: Foliis Rutæ sylueſtris: longioribus duntaxat angustioribusq;. Semen minutum. radix ad speciem Verticilli: sed turbinata ut piro tantum rotundior: succulenta: Intus habet materiam candidam: extra cortices nigros. Superior pars eius uomitione biles & pituitas extrahit: inferior per aluũ. utrinq; tota sumpta. Si libeat lac excipere: tundantur radices & fictili pleno aqua mergantur; conturbenturq;. Tum deiecto pẽna quod supnatat, eradito. hũc q biberint sesquiobolo. utraq; parte purgãt.

RHAPHANOS AGRIA CCCXL

r Haphanus agria id est sylueſtris: quã Romani uocant Armoracium. folia satiuo habet similia: magisq; etiamnum Cymæ sylueſtri: quam Lapsanen uocant. radix ei macilenta: & mollis, sapore subaspero. Folia & radix in cibum coquuntur uice Oleris. Natura excalfactoria: ęstuosaq;. utilis urinę duntaxat eiiciendæ.

SISER CCCXLI

s Iser & ipsum inter exploratissima. Radix eius decocta commendatur sapore. Idonea Stomacho est. Vrinam ciet: & Venerem.

LAPATHVM CCCXLII

l Apathi genera perhibentur multa. Oxylapathon nõ nisi in palustribus nascens: acutiora parte sui postrema & duriora habet Folia. Alterum genus Hortensis priori dissimile: Tertium sylueſtre: paruum & specie proximum Plantagini: Folio molli humiliter fruticans. Est & Quartum fastigium: quod alii Oxalidem appellant: alii Anaxyridem. alii Lapathum syluaticum: cuius folia sylueſtri & paruo illi similia. sunt. Caulis non magnus: Semine in mucronem emisso & Rubro: sapore acri e Scapo & agnascentibus colliculis erumpente. Omnium generum foliis decoctis mollitur aluus. Cruda illita Melicerias rosaceo aut Croco adiecto discutiunt. Semen sylueſtris & Oxylapathi, & Oxalidis erga Cœliacos & Dysentericos ualidi effectus potum ex uino uel aqua existimatur. Stomacho detrahit fastidia, scorpionum ictibus medetur. & qui prę sumpserit, etiam percussus nihil patietur. radices coctę cum aceto, uel crudę impositę læpras & Impetigines curant. ungues scabrosos detrahunt: in quo desiderio defricare prius locum in sole Nitro acetoq; oportebit. decocti succo discutiunt corporis pruritus fouendo: atterendoue additum in solia balnearum. Ipsa radix in uino cocta doloribus aurium Dentiumq; prodest: si colluantur iure. Strumas quoq; ac Parotidas elixa in Vino dissoluit cum aceto & lienes. Quidã cõtra strumas radicem licio supensam gerũt e collo profluuia mulierum tirtæ radices admo-

tæq; cohibent. Costę in uino morbo Regio auxiliantur. Calculos uesicæ comminuunt. Menstrua cõmouent. Scorpionum uenena restringunt.

HIPPOLAPATHVM CCCXLIII

St & quod hippolapathon Nominant, olus magnum & in paludibus
e natum: uires habens: quas indicata superius genera.

LAPSANA CCCXLIIII

Apsana: quam Romani Napium: Ægyptii euthmoe appellant: olus est
l sylueſtre: Maioris & stomacho utilioris cibi q̃ lapathum. Folia huius & caules in esu coquuntur.

BVNION SIVE NAPVM CCCXLV

Vnion quidam aton: quidam actinen: Alii anemosphoron: prophetæ
b paradacry: Ægyptii Erxoen. Romani scopam regiam: Punici Zigar: Nonnulli Thempso. Caulem mittit quadrangulum: In quo Ramusculi uisitantur frequentes & prętenuibus foliis atq; floribus pleni: longitudine digitali: Folia quoq; ad Radicem sparguntur: apio similia: uerum multo exiliora: Propiusq; ad effigiem Tribuli, coriandri ue accedentia. Flore anethi: Semine odorato, minore q̃ herbæ apollinaris. Natura eius urinam ciet: excalfacit: secũdas pellit. utilis lieni & renibus, & uesicæ. Vsus & recentis & aridi. Sed & succus excipitur cum Radicibus suis & caulibus tuso ex aqua mulsa.

BLITVM CCCXLVI

Letum Ægyptii Echlotoriplam, Alii Rhiplam. Romani blitum: daci
b bles. Oleris & hoc uice in cibos uenit: & facile aluo habetur. De cætero iners, & nullo in medicina momento.

MALVA CCCXLVII

Alache hortensis Romani Malua. Pythagora Anthęma: Zoroastres
m Dyadisma: Ægyptii chocorten Prophetæ splen ægos: hoc est lien capre: Alii ura myos, hoc est lotium siue caudam muris appellant. Esculentior est hortensiana, q̃ quę terrestris id est chersęa cognominatur. Stomacho noxia: facilis uentri: prę sertimq; cauliculis. Idonea uero interaneis & uesicę. Folia eius cruda cõmanducata: mox imposita ęgylopas confutant: adiecto sale modico, atq; melle. Pari modo ad cicatrices partis eius ducendas utuntur sine sale. Contra ictus aculeatos ut apum uesparumq; sublinitur. Sed & cruda quoq; trita cum oleo peruncti ante non feriuntur. Putrefacta in urina sanat ulcera manantia in capite furfuresq;. Sacris ignibus & ambustis decocta in oleum folia tritaq; imponuntur. Vuluas decoctum eius emollit insessione. Rosionibus intestinorũ: matricis & sedis infunditur. Ius decoctę cum Radice ualet cõtra uenena omnia utiq; si potũ identidem uomatur. Prodest & cõtra phalangium. Elicit lac. Semen eius potum cũ uino & semine loti sylueſtris uesicæ doloribus leuamento est.

ATRIPLEX CCCXLVIII

Ntraphaxis. Alii chrysolachanon: hoc est aureum olus Romani atri
a plicem. Ægyptii ochi, Notum olus. Duo eius genera. hortense. Alterũ sylueſtre. Coctum estur ut olus: aluũ mollit: Pannos crudo uel cocto discuties. In Morbo Regio semen atriplicis bibendum cum aqua mulsa datur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0087-4 DFG

BRASSICA SATIVA CCCXLIX

Rambe ſatiua: Quidam Cramben hortenſiam. Romani braſſicã nomi
c nant. Aluum ſoluit non percocta: diſcocta ſiſtit: atq; amplius etiã biſco
cta & in lexiuia. Ac æſtiua quidẽ cõtraria eſt ſtomacho, & acriuſculo eſt.
Ægyptiæ uero amaritudo tanta ut eſſe nõ ſit. Oculorũ quidem aciem cibo exci
tant: proſuntq; tremulis. Vitia ebrietatis & Crapulæ poſtea ſumptæ diſcutiunt.
Cyma earũ ſtomacho quidẽ utilior: uerũ aſperiuſcula: & urinę citantior eſt. Inue
terata ſale ſtomacho aduerſatur: aluũ perturbat. Succus crudę cũ Iri & nitro uẽ
trem emollit. Per uinũ pota ſerpentiũ ictus leuant. Cũ farina fenogræci & aceto
podagręʒ articulariis: ulceribus ſordidis & uetuſtis illinit. Per ſe inditus naribus
caput purgat. Cũ farina lolii appoſitus detrahit menſtrua. Folia per ſe illitaʒ ſiue
in polentã contrita ad omnẽ tumorẽ collectionẽq; faciũt. Ignibus ſacris medẽ
tur. Epinyctidas leuant: & lepras. Cũ ſale carbũculos frãgũt. Capillũ capitis de
fluum retinent. Eadẽ cocta & mixta cũ melle Gangrænas paſcentes impediunt.
Cruda ex aceto lieni mandũtur. Cõmãducata uocẽ ademptã reſtituunt deuorato
ſucco. Decoctura herbę aluũ & menſes ciet in potu. Flos a ꝯceptu uirginali ſub
ditus in lana abortiuũ eſt. Semẽ pſertim ægyptię aĩalia Interaneorꝫ pellit bibẽti
bus. Aduocat idẽ antidotis aluinorꝫ. Faciẽ & lẽtigines exterit. Cauliũ uirẽtiũ: &
ſtirpiũ cinis cũ axũgię uetuſtate collectꝰ dolores lateris ĩueteratos appoſitꝰ finit.

BRASSICA SYLVESTRIS CCCL

Rãbe ſylueſtris: quã Romãi braſſicã Ruſticã nũcupãt: in maritimis par
c te plurima & rupibꝰ diruptis naſcit ſatiuę ſimilis: cęterũ cãdidior: & hir
ſutior: Nõ ſine amaritudie. Cyma eiꝰ i lixiuio coqt nõ Iniucũdo ſapore.
Natura foliis contrahere uulnera: Tumores diſcutere. Inflãmationibus mederi.

BRASSICA MARINA CCCLI

Raſſica Marina in totũ a ſatiua diuerſa. foliis tenuibus: prælõgis: ſimi
b libus Ariſtolochiæ rotũdę. ſingula ramulis ꝓdeũt, ſubrubẽtibus ex uno
pediculo, ut hederacea. Cãdidus ſuccus inciſæ, nec largus: guſtu ſubſal
ſus: & quadã fini amarus: concretu oleoſo: Tota herba ſtomacho inimiciſſima:
cõtrahit acrimoniã uehemẽtiſſime ex oibns, aluũ ciet: elixa cibo coquitur ab ali
quibus ꝓpter acrimoniã cũ pingui carne.

BETA CCCLII

Eutlon mega: Romani Beta ſyluatica. Duo eius geneta facimus: Nigrã
t & candidã. coquitur nigra cũ lente inhibendo uentri. ualidius radix. Ac
ſoluit inuicẽ cãdida. utrãq; culpãt mali ſucci: Propter uim nitri quã præ
ferũt. Ideoq; eorũ ſuccus Indit cũ melle in nares ut caput purget: dolores quoq;
auriũ ſedat: Radicis & foliorꝫ decocto furfures tollunt & lendes. Pernionibus fo
tis occurritur. Vitiligines illitæ foliis crudis inducto ante nitro emaculantur.
Implent & alopeciæ, ſed ſcalpello prius exaſperatę. Illo modo & ulcera depaſcẽ
tia finiunt. Eadẽ cocta eruptiõibus papulaꝫ: Ambuſtis, & ignibꝰ ſacris medent.

ANDRACHNE SYLVESTRIS CCCLIII

Ndrachne ſylueſtris. Aliqui Aizoum ſylueſtre. Aliqui Telephion. Italia
a ilecebrã. Alii portulacã, Punici Mœmoem. Daci Lax. Ægyptii Moch
mutim paruis & latioribus foliis, q̃ portulacę hirſutis. Naſcit i petroſis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0088-9
DFG

Est quãdo & in hortis. Folia oleæ sed minora multo, uerũ plura tenuioraq; coliculis Rubricãtibus ab radice una frequẽtibus inclinatis i terrã: hi mãsi facile in succũ soluunt tenacẽ liquore cũ quodã salis gustu. Facultas eius calfacere: Accrementi uim obtinens: & ex ulcerans. strumis illinitur cum axungia ut discutiat.

PORTVLACA CCCLIIII

p Ortulacæ uis guttantia astringere. Cum polenta illitę capitis dolores, oculorum & alias inflãmationes corrigere: Ardoribus stomachi: dolotibus uesicę: Ignibus sacris opitulari. Data uero in cibum cõmanducataq; dentiũ stuporem: stomachi & intestinorum feruores fluctionesq; reprimit. Rosionibus renum, uesicęq; utilissima. ueneris impetus retardat. Iidem effectus & succus redduntur. Febres refrigerat: Animalia uentris rotunda pellit. Dysentericos liberat. Item si ore sanguis eiiciatur siue e naribus siue aluo fluat, siue feminarum utero, ualidius cocta: & aduersus Sepis dictę morsus ualet: & oculorũ medicamentis utiliter asseritur. Interaneorum quoq; Rheumatismis, & rosionibus uuluæ infunditur. Eodem & capitis dolores solatis, hoc est sole correptis foueri proficiet cum rosaceo. Eruptiones pituitæ in capite abstergit cũ uino: uulneribus sideratione periclitantibus inungitur efficaciter cum polenta.

ASPARAGVS CCCLV

a Sparagus petræus siue Myacantha: quẽ aliqui Myon appellauere: uulgaris est herba. Ex eo cauliculus decoctus cibo lenit aluum: urinas cit. Radicis decoctũ ægre Mincturientibus prodest. Eodem iure proficitur contra coxendices: morbum arquatũ & renes ictusq; phalangii. dentibus: si ore contineatur succus in uino decoctæ: qua doleant: medetur. Idem effectus & semini dato in potũ. Decoctũ huius: si canibus detur: occidi eos tradunt. Sunt qui prodiderint nasci & Arietis cornibus tusis, atq; defossis asparagum: quod mihi non creditur. Asparagus autẽ hic fruticosa est herba frequentibus ramulis folio copioso & paruo quale feniculi. Radice magna rotunda: nodum habente: huius cauliculum in uino albo tritum phreniticis propinant. Idem coctus tostusq; distillationes urinę difficultatesq; in cibo finit. Dysentericis prodest. Radix quoq; decocta in uino acetoue eluxatis medet. Decocta cũ fico & cicere Regiũ morbũ extenuat. Eodẽ modo sumpta strangurias: & lumborũ dolores. Feminę adalligata quoq; aut decoctũ eius bibẽtes abortiũtur: & maribus geniturã consumit.

PLATAGO CCCLVI

a Rnoglosson: Aliqui Arnion: Alii probation, Alii Cynoglosson. Alii heptapleuron: Alii polyneuron. Prophetæ. Ægyptii Asuth. Romani plantaginẽ minorẽ. Galli Tarbalodathion. Hispani thasaricã. Punici ãtiercon. Duc eius genera minor & maior. Minor angustioribus foliis: minoribus, mollioribus: leuioribus: atq; tenuioribus. Caule angulosо in terrã inclinato: Flore pallido. Semine cacuminibus caulium imposito. Maior plantę habitu probior, excellentior: Folio latiore, oleraceoq;. Caulis ei angulosus, subruber: Altitudine cubiti. A medio sui usq; ad fastigium tenui semine circundatus. Radicibus teneris pilosis, & cãdidis: crassitudine digitali. Nascit in palustribus locis, secus aggeres, atq; septa: omninoq; in humidis multo efficacior. Vis folio

mira in ſiccando deſandoq; corpore. Ideoq; ad ulcera: quę cacoethe appellãtur, & elephantias illinuntur. conueniunt & ad ea: quæ in humore ſunt ulcera. Item ad ſordida & quæ purgari facile non poſſint. Nulla res æque ſiſtit eruptiones ſanguinis Nomas: carbũculos: Mala ſerpẽtia: epinyctidas, ulcera uetera & inæqualia ſi apponantur, perſanant: ad planum reducunt. Medentur & iis: quę chironia nuncupantur ulcera. Sinus conglutinant. Morſibus canum: ambuſtis: collectionibus proſunt. Parotidas panoſq; diſcutiũt. Strumas & ægylopiam cum ſale cõpeſcunt. Coctum ex ea olus in aceto & ſale dyſentericis & cœliacis datur. Coquitur & cum lenticula eodem more quo beta hydropicis. Si id uitium ſit cui phlegmatia nomen eſt: corpore inæquali tumoribus aliter aliterq; per totũ id orientibus: Elixa datur herba: cum prius panem ſiccum comederint: ut media cibis interueniat. Comitialibus eadem laudatur, atq; ſuſpirioſis. Foliorum ſiccus oris ulcera colluendo ſæpe aſſiccat. Cum creta cimolia & ceruſſa medetur ignibus ſacris. Fiſtulas curat infuſus. Aurium doloribus inſtillatur: & lippitudini. Collyriis quoq; additur. Vtilis eſt uel ſi ſanguine gingiuę putreſcãt. Reiectiones cruẽtas coercet. Dyſentericis clyſtere iniicitur. In corporis tabe proficit potu. Idem ſuccus feminali appoſitus in uellere pręfocari nõ patitur mulieres locoſas. Siſtit & fluctiones uuluarum: ſicut ſemen alui. Rheumatiſmos potum in uino: excreationeſq; ſanguinis. In dentium dolore cõmanducatur & plantaginis radix: & colluuntur eiuſdem decoctæ ſucco: Ad ueſicæ ulcera renũq; uitia foliis & Radice in paſſo præbetur. Quidam ternas eius radices in uino Cyathis tribus epotas cum pari aquæ modo ad tertianas dedere: In quartanis quaternas fecerunt. Produnt etiam, ſi quis illigatam licio Radicem eius e collo ſuſpenderit: Prohiberi ſtrumas & diſcuti. Syrorum expromiſſio eſt: ſi ius plantaginis & Nepitę propinetur cum melle iis: quos paretos appellant hoc eſt defectos, & reſolutos, Idq; fiat interpoſitis diebus: ſecunda: quarta: & paraſceue: cito ſanos fore hac cura. Pro arcano habe: ueriſſimum & expertum eſt.

SIVM CCCLVII

s Ium in aqua naſcens: & a quibuſdam aquatica anagallis uocatum: ab aliis Schœnus aromaticus ideſt, iuncus odoratus: Ab aliis Darenion. Ab aliis Lauberde. frutex eſt puſillus in aquis, ut dictũ eſt inuẽtus. habitu ſubrecto & pingui: Folio lato: & ad ſimilitudinẽ oluſatri: minore dũtaxat, odoratoq;. Coctũ hoc atq; crudũ eiicit & cõminuit calculos. ꝓdeſt urinis: partubus pellẽdis: mulierũq; menſibus. Dyſentericis mãdit. De Sio Crateię uerba ſubtexi mus. herba eſt, inquit, fruticea: foliis paucis, in orbemq; circumactis maioribus q̃ mentę: nigris eruceęq; propinquantibus.

SISYMBRIVM CCCLVIII

s Iſymbriũ, Alii Serpyllum, Alii Stephanon aphrodites hoc eſt coronã ueneris. Romani Auſteralis. Nõnulli herba ueneria. Naſcit in terrenis: hortẽſianę mẽtę ſimilis Latioribus foliis odoratioribuſq;. Coronis inſerit. Natura eius excalfacere. Semẽ i uino ſtrãgurias finit & calculos: Tormina ſingultuſq; cohibet. cõtra capitis dolores folia tẽporibus illinunt, & frõti efficacia ſunt: & aduerſus aculeata aialia ut apes & ueſpas. In potu uomitiões ſiſtit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0090-1 DFG

SISYMBRIVM AQVATICVM AVT SYLVESTRE CCCLIX

Isymbrium altero genere cardaminē appellāt. Sūt qui & hoc Sion uo-
s cent. herba enim est aquatica eodē modo in Riguis nata: quo Sion. Car
daminē uero cognomināt: quia similis sit sapore Nasturtio. Foliū habet
cū primū emicat: rotundū: simul accreuit, in foliū erucæ laciniat'. Ex calfactorii
generis, urināq; molientis. Ad quæ uel crudū estur. Idem lentigini illitum & mu-
lierū uitiis in facie nocte tota oppositū: & ubi Dies illuxit: detractū: emendat.

CRETHMON CCCLX

Rethmon Alii Critamon uocant. Herbula est fruticosa: per ambitūq;
c opacans: circiter cubitū unū alta. Nascitur in maritimis petrosis: folio
copiosa pingui, subalbicāte, ueluti portulaca: sed latiusculo longiuscu-
loq; ad gustū salso. Floribus cādidis. Semen ceu libanotidis, molle, odoratū, Ro
tūdum. siccatū rūpitur. habet intus nucleū tritici modo candidū. Radices digiti
crassitudine tres, aut quatuor: odorati saporis, & iocūdi. Eius usus ad urinę diffi-
cultates: & auriginē. folio, uel semine uel radice in uino decoctis. Mouet & men-
ses. Estur crudum, coctumue cum olere. Seruatur etiam in muria.

CORONOPVS CCCLXI

Oronopus alii Ammonos, Alii Astrion. Punici Atirsiten. Romani cal
c catricem, quidam stilaginem. Nonnulli sanguinariam. Herba est ob-
longa: caule per humum serpente: folio cum fissuris. Manditur cocta
pro olere: Radicem habet exilem: spissantis naturę. Per cibum præclare cœlia-
cis facientem. Nascitur in terrenis: & domi, secusq; uias.

SONCHOS CCCLXII

Onchos trachys, hoc est Sonchus asper. Nonnulli cichorium: Roma
s ni cicerbitam asperam nominant. Punici Gathuonem. Generū est duo
rum. Altera sylueſtrior, atq; spinosior. Altera tenerior esculentaq;: An-
guloso caule interim subrubro. foliis per oras ex interuallo scissis. Vis utriq; re-
frigeratoria, leniter substringens. Ambo feruoribus stomachi & inflammationi
bus cōmode illinuntur. Datur & in sorbitionem succus stomachi Rosionibus:
Mammas uberiores nutricibus facit. Collectionibus sedis & uuluæ appositus in
lana pręsidio est. Aduersus scorpionum uenena Radix & herba ipsa opponitur.
Alterum genus: quod & molle cognominatur Arborosum & latifolium est. Fo-
lia ipsa caulem discriminant: exeuntem in ramos eiusdem effectus.

SERIS CCCLXIII

Eris satiua: quam picridem aliqui uocauerunt. Ægyptii agon. Roma-
s ni intubum sylueſtrem. Duum & ipsa generum traditur: quorum: quod
sylueſtre est picris, eademq; Cichorium dicitur. Alterū folio extentiore:
gustuq; gratiore q̄ hortensis. Iterūq; hoc in species binas distrahitur. Vnā lactu-
cæ similiorē & latifoliam. Alteram folio angusto amarulentam. Vtraq; tamen
astringit & refrigerat, stomachūq; adiuuat. Si in aceto decoquantur: uentrē cibo
constituunt. Sylueſtres stomacho utilissimæ. Si quidem deuoratæ torpentem &
dissolutum astringunt: Ardores in eo refrigerant. Per se uero & cum polēta car-
diacis illinūtur. Omnes hę & podagricis utiles: & contra oculorū impetus. Per-

cussis a Scorpione ipsa herba & radix illitu medetur: & ignibus sacris cum polenta. Succo earum cũ cerussa & aceto inunguntur quęcũq; refrigerari opus sit.

CHONDRILLA CCCLXIIII

c Hondrilla: quidam & hanc cichorium siue serin dixere: folium, caliculos: floscellum similis cichorio: ideoq; a quibusdam inter intubos sylueſtres adnumeratur. Sed per omnia tenuior intubo est. E ramusculis Mastichem sudat tuberculo fabę: quæ cum Myrrha in uellere ad magnitudinem oliuæ apposita feminarum menses trahit. Tusa cum radicibus tota diuiditur in pastillos melle cõmixto. hi uitiligines diluti aqua cum nitro discutiunt. Eadem mastiche palpebrarum inconditos pilos pro gummi reclinat efficacissime. Radici recenti par uis. Si acus imbuta succo eius applicetur ciliis. Contra serpentes in uino præcipitur bibenda. Succus decoctæ aluum sistit cum uino & sincerus. habetur & aliud genus chondrillæ folia habens intubi: circunrosis similia: oblongum, stratumq; humi & medentem succo scapum. Radice tenui mucronata, Minimi ponderis rotunda: subflaua: lactosa. Folium & coliculi ad concoctionem sunt utiles. Natura succo inordinatos palpebrarum pilos, regendi. Nascitur in terrosis cultisq; locis.

CVCVRBITA CCCLXV

c Olocyntha hoc est Cucurbita esculenta. Si pisatur cruda illinaturq;, mitigabit tumores & suppurantias: quæ abscessus & apostemata appellantur. Ramenta corticis ardores infantium capitis, distillationesq; quas Siriasin uocant: illita Regione, qua cerebrum conditur: refrigerãt. Quemadmodum & podagras & oculorum epiphoras. Succus de strigmentis rasæ tam per se, q̃ cum Rosaceo instillatus in aurium dolore opitulatur: Quomodo & febrium ardores cute lita refrigerat. Decoctæ uero uniuersę succus: cum exiguo melle atq; nitro potus aluum modice liquat. Idem præstabit: si quis in crudam & excauatam merum infundat: dein contentum sub diuo temperatumq; quibus suppressa est: propinet.

CVCVMIS CCCLXVI

c Vcumis satiuus aluo & stomacho facilis: refrigerat: Nec corrumpitur ut qui humano perfici uentre nequeat. Prodest uesicę. Defectum animi collectus in olfactoriũ odore naribus rapto emendat. Semen urinas cit mediocriter. Præbetur in lacte uel defruto quibus uesica exulcerata est. Foliis eius ex uino canum morsus illini iubent & epinyctidas cum melle.

PEPO CCCLXVII

p Eponum caro cit locium cibo. Illita oculorum inflammationibus medetur. Corium ipsum ad Siriasin puerorum infantium anteriore parte capitis opponitur. Oculis ab humore uexatis ad alligatũ fronti efficacissime fluctiones reclinat. Succus cum semine in farina siccatus sole smegma fit ad cutem purgandam & nitorem in facie. Radix arida cum aqua mulsa denarii pondere uomitiones mouet. Quod si quis modice a coena Reiicere concupierit: Partes duę sextiui denarii satisfacient. Eadem radix ex melle sanat ulcera concreta in modum faui: quem cerion uocant.

Lactuca

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0092-3 DFG

LACTVCA CCCLXVIII

Hridax ſatiua.Romani Lactucam.Ægyptii Embroſi.ſtomachum iuuan
t di:æſtum refrigerandi ſomnum conciliandi:uentris emolliendi:lactis eli
ciendi uim obtinet. decocta plus alit. ſi non lauetur diſſolutũ ſtomachũ
cibo confirmat.ſemine trito & poto.crebras libidinum imaginationes in ſomno
compeſcit: Veneremq; ſummouet.Frequentiores tamen in cibo claritati oculo-
rum officiunt.Aſſeruantur in muria,ſimulatq; decauleſcunt.ſucco & lacte qua-
dantenus præſtant quæcunq; Lactuca ſylueſtris.

LACTVCA SYLVESTRIS CCCLXVIIII

Hridax agria.Prophetis Hæma Titani:hoc eſt ſanguis Titani Zoroa
t ſtro Pherũbros. Italicis Lactuca ſyluatica.ſatiuæ ſimilis eſt:caule am-
pliore:folio candidiore,graciliore,magiſq; aſpero:guſtu amaruléto. ui
ribus quaſi Papaueris:eoq; ſuccũ eius nonnulli adiiciunt in Meconium.hic cum
aceto mulſo potus ad duos obolos aquas per inferna detrahit.oculorum uitia:ca
ligines,Argemas,aduſtiones inunctis cum lacte mulierum emendat.omnino ge-
neri uis ſomnifica & ad dolores quos per quietem leuari aut tranſmitti quis ue-
lit.euocat Menſtrua.ſcorpionum Phalangiorumq; ictibus reſiſtit in potu. Semẽ
huius quemadmodum & ſatiuæ inſumptum genituram per ludibria ſomniorum
fluentem coercet:& Venerem inhibet.Eoſdem effectus ſed inertiores ſuccus re-
pręſentat.hunc fictilibus condunt:ſed inſolatũ ante ſicut & cæteros ſuccos.

GIGIDIVM CCCLXX

Igidium alii Lepidium.Romani Biſacutum Ægyptii Doriſaſtru. Syri
g Adoriu.Aphri Tricta. Naſcitur in Cilicia & Syria plurimum.herba eſt
erraticæ Paſtinacæ:quam Staphylinum uocãt ſimillima. tenuis tamen
& dẽſitudinis maioris,radicula cãdicante amara.uenit in cibos crudũ & coctũ,&
ſalſum ſtomachi magna utilitate.urinã mouet.decocto eius p uinũ ſumpto affe-
ctus ueſicæ curãtur.

SCANDIX CCCLXXI

Candix Romani herbã ſcanariã:Nonnulli Acuculam uocãt. Et hęc in
s ſylueſtri ponitur olere:guſtu acriuſculo, ſubamaroq;.cocta & cruda in
cibos admittitur:ſed cruda Ventrem ſoluit:& ſtomachum iuuat.Suc-
cus Decoctę potu medetur Renibus: Veſicæ:Iocinori.

CAVCALIS CCCLXXII

Aucalis alii Caucon,alii Daucõ ſylueſtre,alii Myiten.Democritus Bry
c on.Romani Pes gallinaceus:ſiue pes Pullę:Ægyptii Seſeliæ.caulicu-
lum dodrantalem, aut eo quoq; ampliuſculum ſubhirſutum quoq; ha-
bet.foliis Apii:ſed in cacumine Feniculi modo tenuiter ſciſſis,piloſiſq;.In ſum-
mo Vmbella opacat:Candida: Odorataq;. Oleris & hæc uice in cibum con-
ditur. Solent & crudam eſſe. Vrinæ uſus adiuuat.

ERVCA CCCLXXIII

Vzomon Italici Erucam.cruda hæc largius ſumpta libidinem ſtimulat
z Eundem uſum pręſtat,& ſemen.urinas cit.prodeſt concoctioni,emol-
lit aluum.utuntur ſemine condiendis obſoniis:quodquidem uti diutius
ſeruetur:Subactum aceto uel lacte & in paſtillos digeſtum reponunt.Funditur &

Syluestris Eruca familiaris Hiſpaniæ: cuius Seminio regionis eius Homines Sinapis uice ueſcuntur. hæc ad pellendum Vrinam ualidior q̃ Satiua exiſtimatur & acrementi maioris.

OCIMVM CCCLXXIIII

Cimum uulgo Naſcitu.r. copioſius Eſitatum inutile oculorum claritati habetur. Natura uentrem mollire. Flatus contrahere: Vrinam ciere. Mulieribus prouentum lactis prestare: Humano uentri peragi contumax. Illitum cum Polenta, Roſaceo, & aceto inflammationibus Pulmonis ſalutare intelligitur. Draconis Marini plagis & ſcorpionum imponitur. Oculorum quoq; doloribus cum Vino Chio. Succus caligines litus & Fluctiones eorum exiccat. Semen contra Bilem atram & difficiles quoq; Vrinas bibitur. Diſſoluit inflationes. Tritum & hauſtum Naribus continentia mouet ſternutamenta: Idemq; facit Herba. cętero conniuere oportet inſtante ſternutamento. Quidam Ocimum damnauere cibis: quoniam commanducatum & in Sole poſitum Vermes afferret. Libyes aſſeuerant: ſi eo Die feriatur quiſpiam a Scorpione: quo ederit Ocimum, ledi non poſſe.

AROBANCHE CCCLXXV

Robanche ab aliis Cynomorion: ab quibuſdam Leon, a Cypriis Thryſine: cuuis cauliculus eſt Duos palmos altus: aut puſillo excelſior. Subrubens ſine Foliis hirſutulus pinguis: Tener Flore ſubalbido & in luteum uergente. Radicem habet pollicis craſſitudine. Dehiſcentem cum inareſcit Scapus. Leguminum quędam inter quę naſcitur: ſtrangulat: & Inde nomen adepta eſt: quia ſcilicet Eruum circumligando ſe necat. Eſtur cum olere: placetq; Tum cruda: Tum in patinis decocta ſicut Aſparagi. Additur leguminibus dum coquũtur: facit ea celerius percoqui.

TRAGOPOGON CCCLXXVI

Ragopogon ſiue Tetrapogon aliqui appellant Comen: caule breui foliis Croco ſimillimis: Radice oblonga: dulci ſupina. in Scapo ipſo calix ingens cuius in parte poſtrema ſemen nigrum de quo nomen accepe rit. herba eſt ex iis: quibus in cibos utimur.

ORNITHOGALE CCCLXXVII

Rnithogalon herba eſt, caule tenero, candido: binum palmorum ſupra tribus aut quatuor agnatis mollibus: unde flores exeunt foris herbacei. ſed interius candicantes lacte. In medio capitulũ Canchryos modo inciſum & commẽdatũ Piſtrinis: ad Panes cereali ſapore condiẽdos, ut Gith Radice bulboſa cuius crudæ in cibis & coctę uſus.

TVBER CCCLXXVIII

Vber Radix eſt globoſa ſine Foliis, ſine caule. color Suffuluus: Foditur Vere. cruda & cocta ueſcuntur.

SMILAX HORTENSIS CCCLXXVIIII

Milax hortenſiana: cuius fructum Lobia, nonnulli Aſparagum uocauere. Folio Hederaceo: molliore dumtaxat: caule gracili. Flexu caluiculorum adiunctos impediente frutices. Adoleſcit in tantum ut Rami ſuf-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0094-5 DFG

ficiant operi Topiario.ſiliqua Fenogręci oblongiore Toroſioreq;. Inibi ſemina continentur renunculis ſimilia:nec colore uno:Sed ex parte ſubruſſentia.paratur igni folliculus cibo cum ſemine tanq̃ Aſparagus. Vrinãq; pellit inſomnios facit.

MEDICA CCCLXXX

Edica recens edita ſimilis eſt Trifolio: in Feniſecis & pabularibus na
m ſcenti :proceſſu contractioribus ſubinde foliis. Colliculos quoq; Tri
folio proximos emittit.In quibus ſemen Lenticulę magnitudine cohę
rens:intortumq;, utcornicula. ſiccatur hoc & ſuauitatis gratia in condimentarios ſales adiicitur. iis quę Refrigerari uſus ſit. Viride illinitur. Pecoris Magiſtri utuntur herba tota in pabulum pro Gramine.

APHACE CCCLXXXI

Phace in aruis Naſcitur.tenuia admodum folia habet. Puſillo altior q̃
a Lenticula eſt.Maiores ſiliquas ferẽs. In quibus terna ſemina, & quater
na nigriora & minora lenticula.Natura ſeminibus ad ſpiſſandum:Ideo ſtomachi, aluiq; fluctiones ſiſtunt: Toſta, confractaq; ac decocta ut lens.

PORRVM CCCLXXXII

Raſon cephaloton, Porrum capitatum Romani appellant. Inflatio
p nes committit:& Inſomnia.Mali ſucci eſt.Vrinam cit. Ventrem mol
lit craſſitudines extenuat. aciem Oculorum hebetat; purgationes fe
minis reddit. Veſicam exulceratam Reneſq; lædit.cum Ptiſana decoctum pectoris uitia excludit.Coma eius in marina aqua & aceto decocta conctractiones uulnę duritiaſq; tollit uel aſſidentium.Miteſcit uero Porrum:minuſq; inflat:bis mutata aqua coctum deinde frigida perfuſum.Maior ſemini acrimonia eſt:Nec ſine ui quadam aſtrictoria.Proinde ſuccus ex aceto profluuium ſanguinis ſiſtit præſertim Naribus:adiecto Turis polline:aut Manna:ſed Venerem ſtimulat.ad omnes quoq; difficultates Thoracis Eclegma datur cum melle, conferens & Phthiſicis arteriæq;, uoci ſplendorem in cibo faciens, q̃q̃ frequentius ſumptum obſcuritatem ut diximus oculis contrahit:& nocet ſtomacho . Ad beſtiarum morſus ibibitur ſuccus ex Melle. Ipſum quoq; impoſitum uulneribus auxilium pręſtat. Idem & aurium dolores ſtridoreſq; cum aceto & Ture ac Lacte uel cum Roſaceo inſtillatus emendat.Folio illito perſanantur Vari cum Rhuſe:quod in obſonia expetitur pro Sale: & Epinctydes. Cruſtas oppoſitum cum ſalibus perrumpit:longis eiectionibus Sanguinis ſemen Drachmis duabus bibendum datur cum pari menſura Myrtarum.

AMPELOPRASSON CCCLXXXIII

Mpelopraſſon longe nocentius Stomacho eſt: calidioris Item natu
a ræ: q̃ Porrum. Vrinas trahit uehementius ; purgationeſq; mulierum.
Contra ſerpentium percuſſus efficaciſſimum cibo.

CEPA CCCLXXXIIII

Rommyon alii Polyedes.Prophetę Calabotis.Romani Cepam, acrior
c oblonga eſt q̃ rotunda:Item fulua q̃ candida.Item ſiccata q̃ uirens.cruda q̃ cocta.Recens q̃ ſale condita.Mordent inflantq; omnia genera:cupiditatemq; afferunt Libidinis:exinaniunt & lætitiam. pituitæ digerunt, & atte

nuant:sitimq; ac fastidium stomacho faciunt.purgant.Ventri facilia sunt. Meatus aperiunt corporis omnibus excrementis: Sed potissimum Hemorrhoidas pellunt:Detractis corticibus & ex oleo subdita pro Balanis.caligines oculorum Argemas suffusiones, incipiẽtes Nubeculas cum melle inungimus succo:Qui & contra Anginas illitus proficit.Menses mouet & detrahit quoq;.Infusus per Nares caput purgat.Eodem canum morsus cum sale Ruta Melleq; oblinũtur.cum aceto in sole Vitiligines sanat.cum pari modo Spodii scabiem oculorum extergit.Varos cum sale depellit.cum adipe Gallinacco attritus calciamẽtorum.iam Ventris fluorem, Aurium grauitatem & sonitum:aut si pus inde manet humorue aquaticus subsistat.Et alopecię confricantur succo:fœcunditatem capilli celerius ita q̃ Halcyonio consequi solitæ.Iniquus omnino capiti cibus ex iis.Dolores creant deuoratę largius:Vrinas melius exigunt decoctæ.si quis in ualitudine aliqua copiosius iis uescatur, incidit Letargum.Cepis elixis & illitis cum Vua passa uel Fico Tubercula maturantur, momentoq; aperiuntur.

ALLIVM CCCLXXXV

Corodõ alii Gyboscon.alii Elaphoboschon .Allium Romani uocant.
s In duplici genere habetur.Satiuũ & Hortense unũ.atq; hoc in Ægypto singulis capitibus prouenit:ceu Porrum.Dulce leuiter purpureum, atq; paruum.Aliubi grandius multis capitibus.candidum. Nucleos:quibus coagmentatur:spicas appellant.alterum Sylueſtre Ophioscordon uocatur . Vis omnibus acuta & feruens:exulcerans:excretoria:spiritosa, si quis eo in cibis utatur, conturbat aluum:& stomacho siccitatem affert:sitim gignit.Inflationesq; facit, Intotumq; rubicundiora corpora.pares Ophioscordo quod & Elaphoscordon uocatur, Debentur effectus.ad Animalia uentris lata & urinas pellendas uescendum datur.Bestiarum omnium ictibus medetur:priuatim contra Hæmorrhoidas prodest ut nihil magis mero continenter hausto:uel distritum & potum cum uino, uel in uulnera quoq; impositum.sicut iis quoq;:quos canis in rabie momorderit: potu: cibo:uel illitu. Magnæ allio utilitates & contra aquarum mutationes.raucitatem extenuat uocem Splendoris restituens. Ad Tusses uetustas utũtur uel crudo uel cocto . ad pediculos tollendos lendesq; cum Origani decocto bibitur . combustum ex Melle sugillata aut liuentia ad colorem reducit : & Alopecias curat:& in iis cum Nardino unguento & Oleo & sale pustulas erumpentes·Sed & Vitiligines:Lichenas:Lentigines:Vlcera capitis manantia:Furfures, Lepras cum Melle Dentium dolorem cum Teda & Ture decoctum immiuit si ore contineatur.contra araneorum quoq; murium uenenatos morsus cumino adiecto & foliis Ficus illinitur.comas eius inferuefactas Feminæ ad euocandos Menses & ad secundos Partus insidunt: Ad quę suffitu quoq; proficitur. pulmentum ex eo & oleis nigris additum promittit in cibo urinam reddere, meatus adaperire, hydropicis prodesse.Genus id Mytoton appellant.

SCORODOPRASSON CCCLXXXVI

Corodoprasson Nascitur ceu grande porrum.Natura ei promiscua est,
s Allii porriq;:uidelicet utriusq; in eo proprietatibus tẽperatis:unde eo augmẽtatur & nomen.proinde ualet ad quęcunq; ambo illa docuimus

uires tantum minores. Paratur cibo coctum oleris qui uicem præbet ubi dulcedinem imbiberit Porri modo.

SINAPIS CCCLXXXVII

Inapis Hortensis. Quidam Napy. Sinape a Romanis uocatur. probant quod non obaruerit: quod rubens, adultumq; sit: quod cõfractum interius uirescat: & quasi succo lactescat: colore cesio. tale intelligitur recens & florente statu lectum. Excalfacit. attenuat: extrahit: contra pituitam tenetur in ore commanducaturq;. Succus in aqua mulsa gargarissatur contra tonsillas & scabritiem Arteriæ ueterem & callosam. Tritum naribus illatum sternutamenta capitis purgat. Suffitum morbo Comitiali & Vuluarum conuersioni remedio est. Excitat & Letargicos capiti raso illitum: cum Ficu uero impositum super coxas: donec locum perforet: exulceret. Dolores in ea parte subleuat: Item Lienis omninoq; ueteres molestias & in quacunq; parte corporis ex alto uitia extrahenda sunt: Illitum ad Dolorem mutandum ferramenti modo candentis emendat. Vtuntur ad Alopecias cum rubrica. Illinitur & Liuoribus, sugillatisq; Melle aut Adipe, aut cerato. Ad Lepras & Impetigines erraticas febrium. Polentæ modo insper sum potionibus. Additur in emplastra: quibus materia inutilis euocatur: Aduersusq; scabiem: Aurium sonitus Tarditatemq; tritum impositum cũ Fico discutit. hebetiores Oculos cum Melle succo inũgunt: & scabras genas. succus exprimitur semine adhuc recenti siccatur in sole.

s

NASTVRTIVM CCCLXXXVIII

Ardamon alii Cynocardamon, alii Hiberis, alii Cardaminacam. ægyptii Semeth. Romani Nasturtium. uidetur autem optimum esse Babyloni cum. Vtriusq; semen excalfacit: sapore acri: Stomacho inimicum. Aluo negocium facessit & omnia intestinorum animalia expellit. Lienem extenuat. partus in utero enecat. Purgationes mensium ciet. Venerem quoq; stimulat. Natura ei omnino Sinapis Erucæq; similis est: Lepras & Impetigines tollit. Turgidum lienem cum Melle inunctis reprimit & comminuit. Vlcera Faui modo densata persanat. uitia pectoris decoctum sorbitionibus: Venena serpentim potu. suffitum quoq; refugiunt Serpentes. capillum in capite deciduum continet. Carbunculos ad suppurationem perducit & rumpit Ischiadicis cum polenta ex aceto illinitur. Tumores collectionesq; discutit. Furunculos concoquit cum fermento: herbę uero ipsi ad omnia ea effectus: sed minor.

c

THLASPE CCCLXXXVIIII

Hlaspi ab aliis Thlaspidion: ab aliis Sinapi persicum: ab aliis Sinapi sylueſtre: ab aliis Myites: ab aliis Myopteron: ab aliis Dæmophõ ab aliquibus Bitron uocatur. Ægyptii Suitempsu. Romani scandulaceũ: alii Capsellam: alii Pedem Gallinaceum. Herbula est angustis foliis digitali longitudine in terram uersis leuiter pinguibus: In cacumine diuisis cauliculo tenui Semipedali, ramulis paucis: circa uero p ambitũ continetur fructus summa sui parte in latitudinem modice affusus: semine incluso Nasturtii: Lenticulæ uasis effigie: nisi qd̃ infringitur: unde nomen. Flos albicat. Nascitur in semitis & sepibus: monumentisq;. Semen asperi gustus excalfactorium. Bilem utrinq; detrahit. Modus

t

ſumendi acetabuli menſura. Prodeſt & iſchiadicis infuſum: & potu ſanguinem trahit. Abſceſſus interiores & uomicas Rumpit. Menſes quoq; ciet: ſed partus necat. Crateias reddit & alterum Thlaſpi: quod aliqui Perſicum ſinapi uocant: latis foliis: Radicibus magnis: & ipſum utile Iſchiadicorum infuſioni.

ARABA VEL DRABA CCCXC

o Rabe cubitum alta eſt. Herba gracilibus uirgulis quarũ latera utrinq; ueſtiunt folia: quæ Lepidii uiderentur: niſi teneriora eſſent candidioraq;. in cacumine umbella, ut ſambuco: & in ea flos cãdidus. huius herba incoquitur ptiſanę. frequenti cappadocum cibo. Seminibus aridis pro Pipere in obſonia utuntur.

ERYSIMON CCCXCI

e Ryſimon alii Chamæpleon. Prophetę alphita heracleos hoc eſt Herculis polentam. Ægyptii Erethmu. Romani Erionem. Naſcitur circa urbes & in ruderibus atq; hortis. Folio Etucæ ſylueſtris. Caule obſequioſo ac lento quaſi lorum: floribus luteis. in cacumine ſiliquas ſuſtinet graciles & corniculis ſimiles: ut ſilicula: in quibus ſemina continentur parua: Naſturtii ſpecie: guſtu ardenti. Vtile in fluctionibus thoracis: excreationibus purulentis & tuſſientibus. Datur & morbo regio & coxendicibus linctu cũ melle: contra uenena etiam efficax potu. Illinitur uero parotidum & carcinomatum malis: quę ſint occulta. Et contra duritias. Teſtium quoq; ardoribus & mammarum. Extenuandi natura eryſimo, atq; calfaciendi eſt quotienſq; uehementer in perluendo uentre urigo eius timetur: miteſcit immadefactum aqua, refrigeratumq; aut toſtum igni linteolo iniecto & adipe circumlito.

PIPER CCCXCII

p Iper Arbor eſſe traditur in India breuis: fructu inter Initia oblongo: effigie ſiliquarum: quæ collectæ Piper longum uocantur. Interius quiddam milio tenui ſimile eſt: quod quidem ſi conſumatum ſit, Piper fiat. Hoc igitur temporibus ſuis dehiſcens. Pandenſq; ſeſe recemulos fundit, ferentes qualia ipſi nouimus Piperis grana: e quibus acida & ante q̃ matureſcant decerpta: candidum Piper appellant. Inter pauca utile oculorum medicamentis: Quæſitum & in antidota & in theriacos paſtillos: ac longum quidem Piper intentius Remordet ſubamarumq; eſt: quoniam cruditate ſumma carpitur: proindeq; in antidota & theriacas facultates expetitur. Nigrum aſperius: Iocundius & commendabilius ſapore q̃ candidum: Præterea & odoratius: quoniam maturuerit ſolibus, tempeſtiuumq; a parente ſit detractum. Idem in condimenta plus conuenit. Inertius utroq; acerbum candidumq;. Porro ut quicq; ponderoſiſſimum: farctiſſimum, nigerrimum, ita & optimum intelligitur. Addendum ne ſit impendio rugoſum, ut recens & muſteum ſit: ut furfuribus uacent. cęterum nigro in genere Semina quædam inuenias alimentum non ſentientia & caſſa: Inania: minimi ponderis: quod brægma uocant. Excalfactoria omnibus poteſtas. Valent ad urinas mouendas, ad concoquenda, extrahenda: diſcutienda quæ libeat. Oculorum claritati obſtantia ſummouent. Horrores excutiunt ambientium febrium potu uel illitu. Auxilium afferunt & percuſſis a beſtia. Par-

tus quoq; trahunt. Si femina post congressum cum uiro admoliatur uuluę, oportet fieri uti abortiatur. Ad tussim & uitia pectoris omnia in eclegmate atq; potu proficiunt. Anginas cum melle inunctis curant. Torminibus medentur bibentium additis lauri foliis q̃ tenerimis. Contra pituitam cum uua passa commanducantur. Dolores somno leuant omninoq; salubria in cibo existimantur. Auiditatem mouent: concoctionemq; adiuuant iussulentis insperſa: quæ ad intinctus parantur. Strumas collecta in pice dissoluunt: Vitiligines cum nitro. Torrentur noua testa in carbone commouenturq; Sępius ut lenticula. Non est huius arboris Radix, ut aliqui putauere quam uocant Zinziberim: quod paulo mox docebimus. uerius est similem costo esse Piperis radicem. Accendit hæc ora gustantium: saliuamq; elicit. Lienem ex aceto illita & in potu data comminuit. Ad pituitam manditur cum herbę pedicularis semine.

ZINZIBER CCCXCIII

z Inziberis planta est sui generis in Arabia & troglodytica magni prouentus. Herbæ usus apud illos ad multa: nec temere alius q̃ apud nos Rutæ propinamentis addentes hanc & obsoniis. Radiculæ subsunt paruæ Cyperi modo & candidę odoratęq; Piperis gustu. Probantur quę cariem non senserint. Inueterant eas aliqui: quoniam celeriter malum id contrahunt. In Italiamq; ita fictilibus aduehuntur utiles cibo cum salsamentis. Virtus Zinziberi calfactoria excoctoriaq;. Aluum mollit. Stomachum ualide adiuuat. Offensantia oculis abigit. Miscetur & in antidotis: prorsusq; ad Piperis naturam quodammodo habet responsum.

HYDROPIPER CCCXCIIII

h Ydropeperi hoc est Piper aquaticum maxime secus aquas stagnãtes & leuiter profluentes gignitur. Caulem habet geniculatum: robustum: circa quem alę panduntur & folia: qualibus menta spectatur. Maiora uero candidiora tenerioraq; gustu amara ut piper: Nec tamen odorata: fructum gerit e ramulis pusillis secundum folia continenti acinorum serie aggestũq; uuę modo. Ipsum quoq; amarulentum. Vtile est folia cum semine ad Tumores & cõtra duritias ueteres subleuisse. Radicem exiguam & inutilem obtinet.

PTARMICE CCCXCV

p Tarmice fruticulus est paruulis & frequentibus Ramis orbicularibus abrotono similibus: qui folio numeroso & longo & oleaceo uestiuntur. In cacumine Anthemidis more obũbrat capitulũ rotũdũ: gustu asperũ: sternutamẽta irritans: unde nomen. Folio ptarmicę illito cũ suis floribus insigni ta emẽdat. Sternutamẽta flos efficacius mouet. Nascit' i mõtanis saxosisq; locis.

STHRVTHION CCCXCVI

s Truthion alii Cedron, alii Catharsis, hoc est purgatio, alii Struthocamelus, alii Chamęrrhytrõ. Prophetę Chalirhyton. Romani radix sanaria: sed a nõnullis herba lanaria. Ægyptii oeno. Aphri Syris: Nota uulgo. utunt' ea: q lanas lauãt cãdorẽ ita uelleribus q̃rẽtes. Radix eius sapore aspera. Cõmorãtes urinas trãsmittit. utilis & Iocinori. Prodest ad tussim & Orthopnœã cũ melle cochleatis mẽsura, aluũ soluit. Eadẽ cũ panace: & capparis radice calcu

los frangit: pellitq; per urinam. Duratum lienem diffundit. Menses allicit subdita. Partus in utero efficaciter perimit. Cum polenta & aceto illita discutit lepras: cum farina Ordeacea uino decocta uomicas. Miscetur & malagmatis & collyriis claritatis causa. Ad sternutamenta quoq; ualida est: & si cum melle infundatur trita in nares purgat per os.

CYCLAMINOS CCCXCVII

Yclaminon. Alii cissanthemon, Alii cissophyllon, Alii chelonen. Alii
c Ichthyotheran. Alii Cylinen. Alii Silenen Zoroastres Trimphalites osthanes aspho. Prophetæ measpho. Egyptii thesce. Romani Rapum terræ. Alii umbilicum terrę. Quidam archara appellant. folia habet hederę purpurea & uaria: in quibus supra infraq; albicant maculæ. Cauliculo digitorum quatuor carente foliis: Flore in modum rosæ purpureo. Radice corticis nigri: tam lata ut rapum uideri possit. Pota hęc cum aqua mulsa pituitam & tentantes aquas per inferna detrahit. Menses admotu potuq;. Tradunt etiam si prægnãs mulier radicem transgrediatur: fieri oportere abortum. Adalligata certe partus accelerat. Aduersatur uenenis in uino sumpta potissimum Leporis marini. Ad Serpentium quoq; ictus illinitur. Ebrietatem in uinum additu repręsentat. Morbos arquatos denariorum trium mensura cum passo & melle mixto ac bene diluto in potu compescit: ut qui biberint: conclaui cubent calido, & a perfrictionibus tuto subindeq; obruantur pannis, usq; dum commadeant sudore. Ita enim saniem luteam: id est felleos sudores excerni continget. Succus in Nares additus cum melle caput purgat. Sedi appositus in lana excrementis uiam molitur: sed & illitus umbilico & pubi & coxendicibus emollit aluum. Abortus facit. Suffusos & habetes oculos cum melle inungit. Miscetur & corrumpentibus fœtum. Procidentem sedem cum aceto litus resilire cogit. Excipitur succus radice Tunsa expressaq; ut decoquatur ad crassitudinem mellis. Purgatur eo & cutis. Eruptiones pituitæ coercentur. Cum aceto uulneribus medetur: sinceraq; ac melle adiecto. Lienem consumat illita. Molestias in facie & Alopecias tollit. Prodest & ad podagras: ulcuscula capitis: perniones decoctura eius fouẽdo emẽdat. In oleo ueteri deferuescit: ad cicatrices ducendas perunctis ante partibus oleo. Excauata quoq; impletur oleo: & in cinere calido ponitur: quandoq; pusillo ceræ addito tyrenicæ, ut glutinosum fiat. Prestantissimo remedio iis: quibus pedes a frigore Alserint: intumuerintq;. Radix siccata & scillæ modo conscissa reponitur. Tradunt tusam eam & in pastillos diuisam ualere in amatoriis. Nascitur in umbrosis: Maximeq; sub arboribus.

ALTERA CYCLAMINOS CCCXCVIII

Emonstratur & Altera Cyclaminos, cognomine Cissanthemos siue
d Cissamphyllos: foliis hederæ sed minoribus: crassis uero geniculatisq; Caulibus: circa arbores se uoluens clauiculatim: flore candido: acinis ut in uite similibus hederę, sed mollibus & modice acribus gustu & lentis. Radice superuacua. Prouenit asperis locis. Acini huius drachma sumpta in uini albi cyathis duobus per. xl. Dies lienem paulatim emittunt per urinam & aluum. Sumuntur & orthopnoicis & puerperis: si a partu non purgantur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0100-2 DFG

DRACVNCVLVS MAIOR CCCXCIX

Racuntium maius. Alii aron, Alii Isaron, Alii biaron. Alii hieracicon.
d Alii harmiagrion, Alii Cyperida. Romani lurumem, Alii mauriariam uocant. Alii Serpentalis. Nascitur in opacis & circum septa uillarum. Caule glabro, leuiq; recto cubitis duobus alto: baculi crassitudine: colore uario, ut uideri possit draconis. Subrutilæ in eo maculæ habentur maiore numero. Foliis lapathi mutuo implexu aduersis. In cacumine caulium flos Racemi figura Initio cineraceus. Postea cum percoctus est Croceus ac puniceus. Radicem habet amplitudinis iustæ: candidam: rotundam: cortice tenui: carpitur: exprimitur cum nigrescit maturitate. Siccaturq; in umbra. Radix effoditur messibus: & abluta conciditur: deinde funiculis inforata suspenditur locis opacis, ut obarescat. Excalfacit cum cõmixto. Elixa & tosta e melle in eclegma datur Orthopnoicis: tussientibus: ruptis: conuulsis: distillationibus pituitæ. In uino sumpta cupiditates ad uenerẽ mouet. Vlcera cacoethe: phagedenasq; sanat subacta cum melle aut illita: maxime si cũ uite misceatur alba. Collyriis quoq; utũtur ex ea factis ad fistulas cũ melle. Item ad partus eliciendos. Vitiligines cũ melle abigit. Polypos in naribus & carcinomata omniũ generũ dissipat. Succus ipse oculorum medicamẽtis asciscitur: caligines: nubeculas & albugines discutit. herba & radix grauidis: quæ recens cõceperint: abortũ olfactu inferũt. Idẽ præstant triginta seminis grana, utiq; si bibantur in posca. Quidã succũ infudere cum oleo auriũ dolori. Folia ceu spissantia imposuere uulneribus etiãnũ Cruentis: sicut in uino decocta pniones habẽtibus. Eum qui folia manibus cõtriuerit: feriri posse a serpẽtibus negant. Radicẽ quoq; oino habẽtẽ effossam animalia cadẽ fugiũt.

DRACVNCVLVS MINOR CCCC

Racuntiũ minus folia hederę habet, sed magna candidis respersa ma-
d culis: caulibus subrectis bicubitalibus pictis, uersicoloribus tanq̃ sunt serpentes nõ sine purpureis lituris: crassitudine baculi. Fructus in uerticeuuarũ modo collectus herbaceo primũ colore: post luteo: cũ maturescit: gustu aliquatenus mordaci. Radicem gerit bulbosam rotundã & similem raphano: tenuem cortice. Nascitur circa sepes, & senticeta uillarũ in umbrosis. Succo e semine profectus ad auriũ dolores: si cum oleo infundatur. Eodem in lana obturatis naribus consumatur polypus. Illito carcinomata repellũtur. Acinis triginta potis feminę in posca contrahitur abortus. Olfactu quoq; tradunt: cũ flores marcescere occipiunt: recentes conceptus extingui. Radix natura excalfactoria, orthopnoicis prodest: rupta: conuulsa, distillationem tussesq; finit. Excreationes thoracis faciles constituit. Sumpta in cibo elixa uel tosta cum melle, uel sola in eosdem usus teritur sicca, ut in melle proficiat linctu. Vrinas & uenerem excitat pota e uino, ulcera phagedænas & quæ uocantur cacoethe intrita cum uite alba & melle purgat & cicatricem perducit. Ex hac collyria digeruntur ad fistulas, partusq; detrahendos. Eadem Radice qui manus sibi fricuerit: tutum fore a Serpentium ictibus produnt. Cum aceto & Vitiligines tolluntur: folia eius contrita uulneribus linamenti loco Recentibus imponuntur. In uino Decoctum pernionibus. In foliis Dracuntii Caseus optime custoditur a Ca-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0101-8 DFG

rie. Succo Radicis nubeculæ oculorum albugo, caligines exteruntur. Paratur Radix ut olus: cibo ſanis futura uel cocta, uel cruda. Gymneſiæ inſulę ſunt baleares uocatę in quibus Radix hæc cum melle cocta conuiuis apponitur uicem placentæ implens. Reconditur Radix effoſſa per meſſes: deinde lota conciſaq; in filo ad umbram ſiccatur.

AROS CCCCI

Aron: quam Syri lupha uocant: folia emittit Dracunculi: ſed minora &
a ſine maculis: Dodranttali ſcapo: in purpuram leuiter tendente piſtilli ſpecie ſuper quem croci colore fructus. Radix alba ſimilis Dracontio, hæc & manditur cocta: minorem q̃ ſuperior acrimoniam præferens. Folia quoq; inueterantur ſale cibis. Eadem ſiccata, in coctaq; manducantur per ſe ſe. Radici, foliis: ſemini natura dracũculi. Priuatim radix podagris illinit̃. Reponũt & hãc ut dracunculũ, omninoq; inter edulia eſt: quoniam admodum nõ ſit aſpera.

ARISAROM CCCCII

Riſarõ puſilla eſt herba. Radix ei oliuę tuberculo, acrior guſtu q̃ aron.
a Proinde nomas ſiſtit illitu. Medet̃ & fiſtulis efficaciter collyrio ĩmixta, contacto genitali cuiuſq; feminini ſexus. animal in pernitiem agitur.

ASPHODELVS CCCCIII

Sphodelus ſiue Narthecion Romani appellauerunt albucum. Planta
a eſt plurimis cognita: foliis grandi porro ſimilibus: Scapo leui florem habente cacuminibus: Anthericon uocant. Radices longę rotundę, ſimiles glandibus guſtu acri: Vis excalfactoria. Prodeſt urinę pota radix, & menſtruis & laterum doloribus: Item conuulſis: ruptis: & Tuſſibus drachmæ pondere in uino pota. Eadem commanducata & uomitiones adiuuat: aſtragali menſura. Contra ſerpentes datur in mero denariis tribus. ipſis quoq; ictibus illinuntur ex uino folia: Radix: flores. Prodeſt & ulceribus impoſuiſſe ſordidis: & quę nomas uocant. Item mammarum & Teſtium ardoribus: Tuberculis & furunculis radice cum uini fece decocta. Quęritut & ad recentes inflammationes cum polenta. Succus radicis cum uino dulci uetuſto & Myrrha & croco pariter decoctis medicamentum efficitur utile oculis inungendis. Auribus purulentis ſincerus immittitur: Tepiduſq;. Aliqui pollinem turis admiſcent & Myrrham & uinum & mel. A contraria uero aure in dentium dolore per ſe. Radicis crematæ cinis Alopecias ad pilum reducit: Oleum: quod cum Radicibus uulſis decoquatur in carbone: perniones exulceratos ambuſtaq; illitum emendat. Ad aurium tarditatem infunditnr. Radix candidam uitiliginem tollit: ſed confricatam ante linteolo in ſole. Radix & flores in uino poti magnifice Scolopendris & ſcorpionibus aduerſantur: uentremq; laxant. Floret aſphodelus per meſſes triticeas. Albus poſt æquinoctium uernum, nõ dum ſemine eius intumeſcente metitur. Radix ſumpta potu appetitiones ueneris traditur finire. Quod & Crateias herbarius comprobat: ſuperq; addiicit Radicem in uino datam drachmæ pondere aduerſum dolores podagrę auxilio eſſe.

BVLBVS VOMITORIVS CCCCIIII

b Vlbus: quem uomitorium uocant: folia obtinet lentiora, multoq; lon-

giora q̃ eſculentus. Radicem Bulbo ſimilem cortex niger integit. hęc per ſe deuorata, Item decoctum eius Veſicarum uitiis medetur. uomitiones repræſentat.

BVLBVS ESCVLENTVS CCCCV

Vlbos utiles eſculẽtoſq; nemo non ſcit: uulgo manduntur. Adiuuant
b ſtomachum: faciles uẽtri qui ſunt ruffi ex his, quiq; ex africa inuehũtur.
amari uero & ſcillacei ſtomacho habentur cõmodiores opem concoctionibus ferentes. Omnium generum bulbi natura ſunt acri, excalfactoriaq;, uenerem accendentes. Linguam: tonſillas exaſperant. In cibo ualentis materiæ ſunt. Augentur eſu eo carnes. Inflationibus nocent. Teruntur ad eluxata: colliſaq; ſagittariorũq; ſpicula. Articulorum doloribus: gangrænis podagris cum melle ſinceriq; illinuntur. Similiter & ad tumores intercutis: Canumq; morſus: cum melle uero ac piperis farina ſudoribus inhibendis. ſedant & ſtomachi dolores. Manantia capitis ulcera & furfures cum nitro toſto emendant, ſugillata & uaros per ſe aut uitellum oui addendo. Lentiginem cum aceto uel melle. Auriculas fractas cum polenta & ungues incuſſos. ulceribus: quę a fici ſimilitudine nominantur: opponi bulbum toſtum in calido cinere cum menarum capitibus crematis eſt utiliſſimum. Iidem combuſti Halcyonio accepto uitia cutis in facie auferunt: & cicatrices nigras in ſole corporibus illitis. Cum aceto elixi manduntur ad rupta. obſeruenda cibi eius copia eſt: quoniam partes neruoſas tentarent: coctus cum polenta & ſuillo adipe collectiones & pãnos ſuppurat: perrumpitq; compendio.

SCILLA CCCCVI

Cilla uim habet ardentem & exacutam: pluribus modis utilis redditur
s toſta. Luto hęc adipeue circunlita mittitur in clibanum aut ſub prunas
occulitur: Donec circundans tectorium abunde toſtum appareat: eo exempto ſi nondum probe contabuit: Alterum ſtatumen ſuperinducitur. Cætera denuo: quæ præcepimus: faciendo. Alioquin ſine curatione iſta nocenter interaneis maxime dabitur. Torreri etiam ſolet in ollula: quæ bene aperta coniiciatur in clibanum. Toſta quoq; purgatur: & medium eius in talcolas conſectæ iterum in aqua coquitur totiens mutata: uſq; dum acrimonia eius aboleatur. Et cruda quoq; conciditur: & in umbra ſuſpenditur lino modicis interuallis ut adſiccetur. Poſtea in oleum, uinum, acetumq; immergitur: quę genera in uſu Scillitica nuncupantur. Crudæ aridis tunicis direptis quod reliquum e uino eſt: inferuefactum oleo aut cum Reſina liquefactum ad Rimas pedum imponitur. In aceto cocta ſerpentium plagis illinitur: Cum ſale datur toſta ita, ut in ſingulas portiones octonæ ſalis toſti molantur Cochlearis uniusuel duorum menſura molliendo uentri Ieiunis. Inſpergitur & potionibus & odoramentariis paſtillis: & ad lotium mouendum & ad hydropicos & ſtomachicos quibus innatet cibus: Regios morbos: Tormina uetterem tuſſim: cum ſuſpirio: & reiectione uitioſa. In hæc ſatis eſt tribus obolis ſumpta cum melle in eclegma. Coquitur ad eaſdem cauſas in Melle cibi gratia: maxime uti concoctionem faciat. Craſſitudinum ſtrigmenta detrahit per inferna. Facit elixa in eoſdem uſus ſumpta ſimiliter. Cauendus hic cibus iis eſt: qui ulcus interius ſentiunt. Prodeſt uerrucis & pernionibus toſta: ſemẽ tritũ toſtũq;, exceptũq; fico ſicca uel melle: ſi edatur: aluum

emolliet. Ante ianuam ſuſpenſa remedio eſt contra ueneficorum noxam.

PANCRATION CCCCVII

Ancrantion aliqui & hanc quoq; appellare Scillam malunt. radice Bul
p bi magni colore ruffo, purpuraſcenteue, guſtu amaro qui os accendat:
foliis Lilii, uerũ lõgioribus. poteſt ad quę Scilla. Paratur: miniſtraturq;
codẽ modo. Morbos quoq; oino quos illa pellens: q̃q̃ lenitas huius maior q̃ ſcil-
læ. Radix eius extunſa cum eruo in pollinem redacto miſcetur: poſtea in panes di
gerunt: qui cum aqua mulſa ſpleneticis & hydropicis utiles ſunt.

CAPPARIS CCCCVIII

Apparis, Alii cynoſbaton, Alii caprian, Alii coracos melon id eſt ma-
c lum coruinũ, Alii ophioſcordon, Alii Phylloſtaphylon, Alii petraeam
Alii olophyton, Alii ioniten, Alii oligochloron, alii aconiton, alii hyp
pomanes, alii Trichomanes. Prophetæ potera, alii Peutheron, alii cardia lycu,
hoc eſt cor lupinum, alii holoſcordon, alii crimon, alii Thlaſpin. Romani ſina-
pe perſicum. Aliqui uero Inturim. Punici herbiaeathum. Frutex eſt ſpinoſi gene-
ris. humi ſe ſpargens per gyrum, aculeos in hamum curuatos habens, ut rubus.
Folia cotonei: fructum oliuæ: quo dehiſcente flos candidus erumpit. Poſt quem
(deciduus. n. eſt) coaleſcit oblonga ceu glans: quę ſe ſe demum pandens acinu-
los complectitur rubentes. quales in punico malo ſpectantur. Radicibus ſurcu-
loſis & plurimis: grandibuſq;. Naſcitur in aſperis omnino gracilibuſq;. Familia
re inſulis ac ruderibus. Caulis eius & ſemen aſſeruatur in cibos ſale. Aluum con-
turbat: & officit ſtomacho: ſitim contrahit. Crudos coctis minus utiles ſtoma-
cho adiiciunt eſſe. Semen ipſum duabus drachmis in uino hauſtis per. xl. Dies lie
nem obliterat urinas trahit, Cruentaq; ſedimenta. Prodeſt in lumborum dolo-
ribus ac paralyſi. Item ad rupta: conuulſa. Purgationibus feminas reddit. Pitui-
tam elicit. Dentiũ dolores ſedat: ex aceto ſemen decoctũ: ſi colluatur os. Eoſdem
habet effectus & cortex radicis aridus. Præterq; omnia ulcera uel longinqua &
ſordida: Itẽ quæ occalluerint, purgat. Illinitur & ſpleneticis cũ farina ordeacea.
Radix apprehenſa dente: qui doleat: malum id leuat. Vitiligines candidas tollit
cum aceto trita. Foliis & radice molitis in farinã duritias ſanat & Strumas. cõ-
tra uermiculos auriũ ſuccus infunditur. Peregrinũ capari quod e Marmarica li-
byę importatur: facit inflationes magnas. Appulum uomitus. Aſperimum afri-
cum & quod e Mari rubro cõuehitur. Puſtulas in ore attollit. Inimicũ gingiuis.
Corrodit eas manſum donec nudentur omnes: ob id cibo ineptum.

LEPIDIVM CCCCIX

Epidium: quod nõnulli Gingidion uocant. Perſpicua omnibus plantu
l la eſt. Coniectũ in murias Lactis inueterat. Foliorũ natura exulceratrix
& aſpera eſt. Per hoc iſchiadicis illinunt mirabili effectu: trita cũ radice
inulę, impoſitaq; ita uti poſt quartã horę partẽ ſoluant. Pariter & ad ſpleneticos
adhibent. Lepras emẽdãt eadẽ. Radix dentiũ dolorẽ ad alligata collo cõpeſcit.

BATRACHION CCCCX

Atrachion id eſt ranunculus. alii Selenon agrion hoc eſt apium ſylue-
b ſtre appellant. Plura eius genera demonſtrantur: acrẽq; uim habẽt om-
nia ea

nia ea & uehementer exulcerant. Vnum Coriandri foliis: latioribus: albicantibus, pinguibus: Flore luteo: & quandoq; purpureo. caule gracili, altitudine cubiti. radice breui candida & amara. Fibras Ellebori modo habente. Nascitur in limitibus humidis. Alterum lanuginis copiosioris: minori caule: pluribus frondium incisuris. In Sardinia copiosissimum. Gustus acerrimi: quod & priuatim Apium sylueſtre cognominant. Tertium minimũ est graui odore. Flore aureo: Quartum simile huic flore lacte, o foliis. Floribus: caulibus cũ teneri sunt: Vis inest exulcerandi: Pustulasq; ut Ignis, faciunt cũ dolore: Ideoq; ad scabros ungues & psoras utuntur: & ad delenda Stigmata. Formicis quidem: Verrucisq; omnibus: Alopeciisq; imponunt celeriter remouentes. ad Perniones decoquitur, ut tepido foueãtur. Radix sicca concisa Sternutamentũ est illata naribus. In dolore applicata diutius rumpit dentes.

ANEMONE CCCCXI

a Nemone: quam alii Agriam hoc est sylueſtrem. alii Melænam uocant & Anemone Phœnicea: quam Enemion: siue Meconion appellitãt. Sunt qui Tragoceros: alii Gesparinẽ, aut Barbyllẽ. Osthanes Beryliõ. Omoeos Ornion Geranion. Pythagoras Atractylida. Prophetę Cnicon: siue Cnecon Agrion hoc est Cnicũ sylueſtre. Romãi Orci tunicã. Punici Chuph Phoest. Duo eius genera. Sylueſtris prima: altera ĩ cultis nascẽs: huiusq; species statim plures. aut enim sanguineũ florem habet, aut candidũ: aut lacteum, aut purpureum. Folia Coriandro similia: cęterum scissa tenuius: inclinantur in terram cauliculi Iulacei: exiles: super quos Flores sunt Papaueris: & in medio capitula coloris nigri aut cerulei. Radix quę Oliuę impleat magnitudinem pauloue excedat uelut geniculis distincta. sylueſtri per omnia amplitudo maior: latioribus foliis durioribusq;. Caput oblõgius, Flos phœniceus. Radiculę plures, ac tenues. Aliud genus foliis nigrantibus, acrioribus gustu. utrũq; asperã habet naturã. Ideo radicis succo in nares infuso caput purgatur. Radix cõmanducata Pituitam trahit. Decocta in passo medetur Epiphoris oculoꝝ: quibus & cicatrices & Hebetudines discutit. Sordida quoq; ulcerum purgat. Folia & caulis cum Ptisana decoquuntur ut cibo sumpti Lac euocent. appositi Menstrua cieant. Illiti Lepras amoliantur. Nonnulli herbam Argemida & Papauer erraticum: quod Rhoeas uacatur ut indicabimus in Papauerum mentione: discernere non habentes ab Anemona sylueſtri, Floribus in utraq; concoloribus Phœniceisq; inuentis: In magno errore uersantur, Argemonem Eupatorium nominantes. cæterum Distinctio euidens: quoniam Phœniceus color in Argemona, & Papauere in minorem altitudinem descendit. Nec illud discrimen paruũ, qd̃ utraq; hæc etiam tardius floret. ad hęc Argemone succum reddit Croci colore acrimoniaq; insigni. Papauer erraticum candidiorem & asperum. In utrisq; mediis capitella Papaueris sylueſtris: q̃q̃ differentia ea, qd̃ in Argemone capitulum superne latiusculum, crassiusculũq; est. contra in erratico Papauere, subangustum. Anemonę uero nec succũ illarũ fundunt, aut calices habẽt, nec nisi tãq̃ Asparagi cacumẽ. Nascũturq; in aruis parte plurima.

ARGEMONE CCCCXII

a Rgemone quam quidam Oenonen, alii Anthemida, alii Homonoean, alii Anthos pedinon hoc est florem campestrem. Romani Liburniam,

ſiue concordialem, ſiue Pergaliam uocauere. Galli Cornam: ſimilis eſt ſylueſtri Papaueri. Foliis Anemones diuiſis. caulem habet in flore puniceum, capite papaueris: quod Rhoeadem appellauimus, dumtaxat oblongiore, ſuperniſq; partibus fuſo in latitudinem maiorem: Radice rotunda. ſuccus colore Croceo acer ſapore, Argemas, Nubeculas, Inflammationes illita ex foliis purgat. Crateias herbaruis Argemonem inquit tuſam cum Axungia Strumas diſcutere: Vitiligines nigras cum Nitro & Sulfure Vino concorporare: In hoc deſiderium adſiccari: contundi: cribrari, ut qui utuntur: confricent ea ſe in balneis anteq̃ in Solium deſcendant. Eandem & contra ſcabiem corporum prodeſſe.

ARGEMONÆ ALTERA CCCCXIII

Argemonæ alterum genus: quam Artemonem & Arſellam uocant: a quibuſdã Sarcocolla: Romanis Artemonia. habet hæc ſylueſtris papaueris folia: quę cum uirent, trita infricataq; & impoſita præciſiones ſanat. Epiphoris oculorum medentur. Dyſentericis bibenda dantur cum aqua. cõglutinãt & uulnera. collectionibus efficaciter illinuntur. Eodemq; modo conuulſis punctiſq; auxilio ſunt: beſtiarum quoq; in uino ſumpta percuſſibus reſiſtunt.

ANAGALLIS CCCCXIIII

Anagallis phœnicia id eſt rubens, alii Aeritis, alii Ægitis, alii Gauritis. Prophetæ Hęma Ophthalmu hoc eſt ſanguinem oculi. Sunt qui Chelidonion. Romani Maciam uocant. Ethruſci Maſſytepos. Galli Stipanam: Daci Cerceraphron. Anagallis Cyanea, alii Chorchoron, alii Alicacabon alii Zeliauros, Prophetæ Nycteritis: Ægyptii Mecie, Romani Maciago, Punici Aſirriſoe. Duo genera eius. Dirimuntur Flore ceruleo Femina, Mas phœniceo. Iacet in terra utrunq;. Folia in cauliculis quadratis puſilla & rotunda obtinet ad ſimilitudinem Helxines. Semen quoq; orbiculatum. Leniendi uis ambobus: Inflammationeſq; depellendi. Spicula e corporibus eiicit. Vlcera erratica compeſcit. Succus gargariſſatus pituitam capitis purgat: per Nares infuſus dentium ſedat dolorem, Ita ut a contraria Denti qui doleat: parte iniciatur. Diſcutit & oculorum caliginem: & Argema cum attico Melle inunctis. Datur bibendus in uino contra Serpentes. Item Iocinoris renumq; Morbos: Tradunt aliqui eã quæ Florẽ ceruleũ habeat ſedis ꝓcidentiã comprimere quæ phœniceum illitu ꝓuocaſ.

HEDERA CCCCXV

Iſſos alii Citharom, alii Ciſſarõ, alii Chryſocarpon, alii Poeticam, alii Corymbethram, alii Cyſion, alii Ithitherion alii Perſida, alii Cemos, alii Aſplenon, Romani Sylua mater. ſunt qui Hedera uocent. Galli Suibites. Plurimas ſigillatim habet differentias Hedera: Sed ſummas ſpecies omnium generum tris. Eſt enim candida & nigra Hedera: tertiaq;: quę uocatur Helix. Candida fructum quoq; candidum fert. Nigrum nigra, aut Crocatum: quã uulgo Dionyſiam id eſt Bacchicam uocant. Helix fructum non gignit: tenuibus ſarmẽtis folio paruo anguloſo Coccineo. Natura omnium acuta & aſtrictoria eſt: nocenſq; neruis. Flos cuiuſcũq; generis digitorum triũ carptu Dyſentericos emẽdat in uino bis die potus. Et ambuſtus illinitur utiliter ſubactus cum cera. tenerioribus foliis cum aceto decocto, aut crudis cum pane commanducatis lieni pro-

deſt.Foliorum ſuccus,acinorumq; infuſus per Nares cum Irino unguẽto uel mel le,uel Nitro cõuenit & ad ueteres capitis dolores:cum aceto quoq; & roſaceo in eundem uſum caput fouet. Immittitur & Dolentibus purulentiſq; auribus cum Oleo.Succus uero e nigra,& Corymbi eiuſdem poti torpidos ſenſus faciũt.mẽ temq; turbant largius ſumpti. pilulis quinq; tritis in oleo roſaceo calefactiſq; in cortice Punici:ſi ab aure contraria inſtillentur:Dentium dolor diſcutitur.Deni grant capillum Corymbi:decocta in Vino folia illinuntur omnium ulcerum ge neribus. Aduſtiones,Cacoethe uitia cutis in facie,ut prædiximus cocta emun dant. Corymbi triti trahunt & menſes appoſitu. Iidem a purgationibus poti drachmę mẽſura Feminas ſteriles faciunt.pediculi foliorum madefacti melle, uul uiſq; ſubditi partus expellunt & menſtrua. Succus graue olentiam narium & pu tredines purgat,ac ſanat.Lachryma Hederę pſilothrum eſt. Phthiriaſinq; tol lit.radicis ſuccus in aceto potus contra phalangia prodeſt.

CHELIDONIVM MAIVS CCCCXVI

c Helidoniũ maius,alii Pęoniã,alii Crateã,alii Aubios,alii Glaucios,alii Pandios Rhiza,alii Philomedion,alii Othoniõ,Romani Fabiũ,Galli Thonam,Ægyptii Mothon,Daci Cruſtanen. Caulis ei altitudine cubi ti aſſurgit & amplius puſillis aliis agnaſcentibus iuxtim. foliofis. Frutici folia ſunt ranunculi teneriora tamen, colorecq; ſubglauco:ſingulis foliis: aſſidet flos Violæ Matronalis.Succus Croci acer & mordax non ſine quadam amaritudine graueolentiaq;.radix ſuperne ſingularis.Inferne multiplex Croci effigie.fructus cornuti Papaueris tenuitate & longitudine in figuram Metę: in quo Semuncula papaueris maiora.Succus exprimitur & in æreo uaſe cum melle in pruna deco quitur remedio contra caligines oculorum.Excipitur hic e radice folio:Flori bus æſtatis initio.& ſiccatus in umbra digeritur. Radix cum Aniſo & uino albo pota morbum Regium impugnat:Vlceribus quæ ſerpunt,imponitur.medetur q; ex uino illita Dentiũ dolorem cõmanducata ſedat·Nomẽ ei uidetur inditum: quoniã floret aduentu Hirundinum:Diſceſſu marceſcit. Sunt qui ſcribant Hirũ dines matres pullis ſuis in nido mederi illa:Inunctiſq; luminum ſedibus cæcita tem momento depelli: Viſum Reſtitui.

CHELIDONIVM MINVS CCCCXVII

c Helidonium Minus,alii Pyrinõ agriõ uocauere parua herba:pediculis modo annexa radici caule nullo:per ambitũ folia Hederę rotũdiora mi noraq;.Item tenera:& aliquatenus pinguia.radices habet puſillas fre quentes ab eodem callo,ceu Triticum aceruatim congeſtas. Tres earum aut qua tuor lõgę cõſiſtunt.In limitibus humidis & paluſtribus gignitur.potentia ei acu ta,quẽadmodũ Anemones:Inter cauſtica intelligitur. Pſoras & ungues ſcabros tollit.radicũ ſuccus intra nares cũ melle illatus ad purgationẽ capitis ptinet.ſed & decoctũ eius cũ melle gargariſſatũ magnifice id prẽſtat.tedia oia pectoris diſ cutit.

OTHONNA CCCCXVIII

o Thonnam alii cremorem Chelidoniæ maioris intelligunt. alii ſuccum Glaucii, alii Florem papaueris cornuti. Sunt qui Miſcellam triplicis ſucci ex Anagallide cerulea:ex Hyoſcyamo: ex papauere interpretẽtur.

Non desunt qui saporem esse cōtēdant Herbæ cuiusdā Troglodyticę.quæ Othō na dicatur.Nasci eam in Arabia:quę secundum Ægyptum sit similem Erucę.per foratis crebro foliis tanq̄ si a Tineis esset pertusa scabris minime copiosis:Flore Croci latifolio:quare a quibusdam inter Anemonæ species collocata est.Succus eius oculorum medicamentis excipitur:Natura ubi purgare opus esset:mordente,discutienteq; quicquid claritati eorum officiat.Aiuntq; liquorem quendam ex ea Herba defluere:quem lauantes exarenātesq; digerant in pastillos ad eadem uti les:Aliquibus non Herbam esse,sed Lapidem placet in Thebaide Ægypti nascē tem æris colore:amplitudinis modicæ:gustu mordaci: cum quadam ambustione,Spissationeq; accendentem Linguæ.

MYOSOTIS CCCCXIX

Yosota,alii Myoton.quidam Anthyllion.Nonnulli Alsinen.Sunt qui
m Myortochon,& Myrtosplenon malint uocare. Italia Muris auricu-
lam.Punici Laba Tholabat.Nomen inuenit a foliis :quibus auriculas Musculorum imitatur.Eadem Alsine dicta,quoniam in Lucis nascatur oppacita tibusq; gaudeat.hęc eadem erat:quę Helxine,nisi humilior esset:& minoribus fo liis,nec hirsutis Cucumeris odore cū teritur.usus eius ad refrigerandū astringen dumq;.Cum polenta Epiphoris oculorum imponitur.Succus in dolore auribus infunditut in Vniuersumq; emendat omnia:quę Helxine.

MYOSOTIS ALTERA CCCCXX

Itera Myosotis uocatur caulibus pluribus ab una radice aliquatenus ru
a bentibus, concauis ab imo foliis angustis oblongis dorso acuto nigris
per interualla assidue geminatis,ab latitudine in mucronem paulatim se cōtrahentibus:Et tenuibus cauliculis ex alis prodeuntibus Flore ceruleo,ut Ana gallidis.Radix digiti crassitudine,multis capillamentis fibrata .In plenum Her ba ipsa Scolopendrio similis est:Leuior dūtaxat & minor. huius radix illita egy lopas sanat.Non defuere qui Helxinem ipsam hoc nomine appellauerint.

ISATIS CCCCXXI

Satis satiua:siue Augion,siue Egne.Prophetæ Arusion,Romani Ru-
i tam.Isatis qua infectores lanarum utuntur,similis erat Plantagini foli-
is:nisi qd̄ pinguiora habet & nigriora.Caule cubitorum duorum & am pliore.tumores omnes & panos foliis impositis discutit .uulneribus quoq; obdu cendis recentibus & cruentis iniicitur. Erumpētem apposita sanguinem sistit. Phagedenas: & quæ serpunt ulcera:Ignem sacrum & putrescentia.

ISATIS ALTERA CCCCXXII

Satis syluatica siue parua Egne. Romani Rutam minorem appellant.
i similis superiori est:Maioribus foliis,qualibus Lactucæ cernuntur.cau
les habet tenuiores diuisos crebro:quadantenus rubentes e quorum ca-
cuminibus uascula numerosa linguæ similia dependent ; In quibus semen . Flore pręterea gracili luteo.Prodest quibus supra mox dicta.Lieni quoq; pota uel Illi-
ta.cęterum scire oportet mentitas descriptiones esse:quas modo posuimus. Nā Luteum florem & scapos tenuiores ac multifidos & cacuminum ligulas illas fol liculares Isatis habet satiua:non Sylueſtris,continetur in iis Semen nigrum si-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0108-9 DFG

mile Git. caule ſupra cubitos duos alto:non ut quidam dixere:cubitali tantum. Syluestris nigriora fert folia:cauliculum minorem craſſioremq;.Florem purpureum:aut ceruleum.Fructu aſpero, cruciformi:ſemen incluſum foliis puſillis & aſſidue per interualla quinis.

ARABIS CCCCXXIII

Rabis herba circiter cubitum alta:tenuibus uirgis.cingunt hanc folia
a utrinquæ ut Lepidium:ſed tenuiora, candidioraq;. Vertex umbella ſambuci obtegitur floribus candidis. coquitur herba cum Ptiſana præſertim in Cappadocia.ſemen ſiccatum obſonia piperis uice condit.

TELEPHION CCCCXXIIII

Elephion aliqui Aizoon Agrion ideſt ſylueſtrem: appellant.ſunt qui &
t Andrachnen agriam: hoc eſt Portulacam agreſtem nominitent.Romani Illecebram Ægyptii Anoth. Punici Atirtoppuris. Portulacæ ſimilis & caule & foliis: alas binas in ſingulis geniculis foliorum annectit. ramuli ab radice ſeni, ſepteniq; fruticant foliis referti ceruleis:craſſis, lentis, carnoſis .Flore luteo alboue: Naſcitur inter Vites & locis cultis & Vere.Folia ſenis horis contenta Vitiligines concorporant:ut poſtea farina hordeacea illinatur.Illinuntur & Lentigines cum aceto in ſole, ut cum inaruerint:terantur.

LIBRI SECVNDI DIOSCORIDIS FINIS.

PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBENSIS DE MATERIA MEDICINÆ LIBER TERTIVS INTERPRETE HERMOLAO BARBARO. PATRIARCHA AQVILEIENSI.

PROEMIVM DIOSCORIDIS

Roximis Voluminibus beneuolentiſſime Aree Odores: Vnguẽta:Olea:Arbores: Fructus & Lachrymas Diximus.His Animalia:Cerealia.Oleracea:& acrium Genera continenter adiecimus.
P In Tertio:quod modo in manibus habetur, Exequemur tibi Radicum:Liquamentorum:Herbarum ac Seminum poteſtates:quæ cognata iis exiſtere Medicataq; uideantur.

AGARICVM CCCCXXV

Garicum a quibuſdam intelligitur eſſe radix quædam ſimilis Laſerpi-
a tio.ſed ſuperficie minus cõpacta. Textu quoq; tota raro ac ſoluto. Duo eius genera faciunt Feminam quam & præferunt mari curſu uenarum intrinſecus recto.rotundus eſt mas, & quaquauerſum coalitu ſuo ſpiſſus.utriq; guſtus Initio dulcis:Mox ex interuallo in amaritudinem tranſit. Gigni eam apud

ſarmatas regione quæ ſylueſtris appellatur, Alii non radicem alicuius eſſe fruticis putant. Sed in arborum caudicibus: quæ computruerint: e naſci more fungorum. Prouenit & in galatia ciliciaq; in arboribus, ſed friabile, atq; infirmũ. Natura ei aſtrictoria: concalfatrix: ualens ad Tormina: cruditates: rupta: contuſis ex ſublimi deuolutis. Datur obolis duobus cum Vino mulſo: Si febres abſint: cum febribus uero in aqua melle admixto. Iocinori: Suſpirio: Aurigini: Dyſenteriæ, renibus, urinæ difficultatibus, præfocationibus uuluę, Decoloribus drachmę menſura. Phthiſicis cum paſſo. Lieni cum aceto mulſo: ſtomachicis commanducandum, Sic uti eſt: ſine humore aliquo, eiectionibus ſanguinis cum aqua ſumendum trioboli pondere. Coxendicum & articulorum doloribus: morbo comitiali ex aceto mulſo pari menſura. Pręterea menſibus trahendis: Inflationibus uuluę diſcutiendis tãtũdem: Datum ante acceſſiones horroribus febrium reſiſtit. Aluum quoq; purgat ſingulis denariis aut binis cum aqua mulſa. Et aduerſus uenena in mixto Denarius ſufficiet. Ad ſerpẽtiũ plagas & morſus obolis tribus potum in uino unice occurrit: In totumq; ad mala intus omnia ſalutariter præbetur, utiq; habita ratione ætatum & uiriũ corporis. Huic in aqua: huic in uino. Illi in aceto mulſo, alteri in melle mixto.

RHA PONTICVM CCCCXXVI

r Rha quod Alii Rhion ſiue Rhian appellant. Romani Rha ponticum: Affertur ex iis: quę ſupra boſphorũ ſunt Regionibus, ubi & gignitur. Radix nigra maiori Centaurio ſimilis. Minor & ruffior paulo ſine odore: fungoſa: exigui ponderis. Optima quæ teredine libera eſt. Glutinoſa in guſtu, & aſtringens quadantenus. Eadem trita cõmanducataq; impalleſcit & colorem reddit ad Crocum inclinantem. Bibitur contra inflationes ſtomachi, aut ſi diſſolutio eius ſit: omninoq; ad dolores uarios: uſum ſuum præſtat. Datur ad rupta: conuulſa: Item epaticis: ſpleneticis: ad renum uitia & ueſicæ: ad tormina. Si pectoris ſint uitia ſi tenta præcordia, Si uteri mulieres infeſtent: Iſchiadicis: ſanguinem expuentibus: & ſuſpiriis. Item cõtra ſingultus: cœliacos, ambitus febrium: uenena Serpentium. Mixtiones & modi conueniunt prorſus ut in agarico. Si febri careant in uino: ſin aliter in aqua, utroq; mulſo. Tabitis cum paſſo: lienoſis cum aceto mulſo. Stomacho laborantibus manſum per ſe, deuoratumq; ſine liquido. Inſignita & liuentia emendat, Lichenes quoq; impoſitum ex aceto purgat. collectiones inflammationeſq; omnes ex aqua illitũ etiam ueteres & inolitas diffundit. Porro uis eius pręcipua intelligitur ſpiſſandi & comprimendi guttantia cum quadam excalfactione.

GENTIANA CCCCXVII

g Entiana. Quidam radicem Centauriam. Sunt qui Aloen gallicam uocent: aut Narcen, aut chironion. Dardani aloetis. Romani genium, alii Cicendam, alii Ciminalem. a Gentio rege illyriorum inuenta primum exiſtimatur: unde nomen. folia circa radicem plantaginis aut nucis Iuglãdis ſimilitudine aliquatenus rubentia. A medio caule præſertimq; Cacuminibus leuiter diuiſa. Scapum habet inanem: craſſitudine pollicis altitudine cubitorum duum, læuem, geniculatumq;. Folia per eum non Iugi ſerie: ſed ex interuallis &

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0110-8 DFG

quidem maiusculis funduntur. Semen in calicibus latum sine pondere, paleaceum quale spondylio. Radice prelonga ut Aristolochie alterius: crassa: gustu amaro. Altissimis montium crepidinibus in nascitur opacis & humentibus locis. Radici natura est excalfactoria, præstrictoriaq;. Contra bestiarum plagas auxilio est duabus drachmis pota cum Pipere in uino & Ruta. Succi uero singulis drachmis & ad laterum dolores: ex alto præcipitatos: rupta conuulsa. Vtilis est & Epaticis & stomachicis sumpta cum aqua. Radix collyrii tenuitate admota partus expellit. Eadem uulneraria est conferens eque ut lycium: ulceribus profundis & Radix & precipuæ succus remedio sunt. Epiphoris oculorum inunctione prodest. Additurq; in acria collyriorum succus uice opii. Radix ipsa ui tiligines fugat. colligitur succus radice tusa & diebus quiq; madefacta in aqua, tũ decocta usq; dum aquæ radices superstent. Deinde refrigeratur aqua & linteolo percollata iterum coquitur ad crassamẽtum mellis. Demum in fictile conditur.

ARISTOLOCHIA CCCCXXVIII

Aristolochie grauidas nomen dedisse par est: quoniam parientibus maxime salutaris intelligatur. Vnum eius genus ruberibus Radicum rotundis feminam uocant foliis hedere odoratis cum acrimonia leuiter rotundatis & mollibus. Numeroso ab radice una germine Longiusculis palmitibus. Flore ad pilei similitudinem cãdido: graui odore: qua intus ruber.

ARISTOLOCHIA ALTERA CCCCXXIX

Alterum Masculæ: quam dactylitin appellant. Alii Melocarpon, Alii Teuxinon. Romani Herbam aristolochiam. Radice longa. Procerioribus foliis: exilioribus ramis: Dodrãtalibusq;. Flore purpureo: mali odoris: qui cũ emicuerit, Turbinatus in pirum aspicit. Radix rotũde in orbẽ globata similis rapo. Altera crassitudine pollicis quatuor digitorũ lõgitudine, maiorue paulo. Vtriq; intus magna parte buxeus colos: gustus amarus uirulentusq;.

ARISTOLOCHIA TERTIA CCCCXXX

Eruatur & Tertium genus oblonge: que clematitis uocatur tenuissimos habens ramulos foliosos q;. Rotunda fere ea & Sedo minori similia floribus rute. Radices longissime tenuitatis: carnosi corticis odoratiq;: priuatim unguentis quæsiti pro spissamento. At rotunda quidem medicamentis quoq; aliis resistit. Oblonga serpentibus & uenenis Drachma in uino pota uel ictibus opposita: Nam & menses & secundas morantes a partu cit: & pecus emortuum extrahit: Myrrha & Pipere additis pota uel subdita in pesso. Rotunda ualet ad quæcũq; longa: superq; ad suspiria & singultus: febres frigidas: lienem: rupta: conuulsa: laterum dolores ex aqua. Eiicit & spicula e corporibus & surculos, squamasq; ossium illita. Excarificat putrescentia: ulcerum sordes expurgat. Caua replet cum Iri & melle. Gingiuis quoq; placet ac dentibus pro smegmate. Ipsa quoq; clematitis cognominata eosdem usus uidetur Repræsentare: q̃q̃ ignauius. Hanc aliqui Ararezan uocant, Alii Melecaprum, Alii Ephestion, Nonnulli Lestitin: & Pyxionycen & Dardanon: & Iontitin. Galli Theximon, Ægyptii Sophosph. Siculi Chamæmilon. Itali malum terre. Daci absinthiũ Choricon. Prouenit in mõtosis, calidis: campestribus

aſperis, petroſis. In febri: quæ ſit difficilis: paratur hoc modo: contineri præcipiunt in carbone, ut qui febrit, ſuffumigetur uapore: liberabitur febri. Eadẽ uulneribus medetur illitu: cũ cypero autẽ & dracunculi ſemine adiecto melle carcinomatis nariũ reſiſtit. Cũ oleo decocta: & ſuillo adipe horrores algẽtiũ diſcutit.

GLYCYRIZA CCCCXXXI

g Lycirrhizon, alii Pãticam, alii Glycyraton, alii Glycyphyton, aliqui Scythion, aliqui adipſon, Symphyton: Leonticam: Syſſithrã: Libyeſtaſon, Hymenomœon: Peenthaomœon. Romani Dulcem Radicem Plurima in Ponto & Cappadocia naſcitur. Frutex eſt uirgas ſpargens: binum cubitorum altitudine: foliis denſis: echinatis, pinguibus, tactuq; gummoſis: flore Hyacinti. Fructu pilularum platani magnitudinis Scabriore dũtaxat: Siliquis lenticulę rubeſcentibus radice longa: coloris buxei, quemadmodum gentiana: guſtus aſtrictiuſculi atq; dulcis: ſuccum reddente Lycii modo curata. Vſus ſucci ad arterias exaſperatas, ſic ut ſpiſſatus eſt: linguæ ſubditi: dilutiq; pituita: Item thoraci, iocinori: & ardoribus ſtomachi. Sanat & ueſicæ ſcabies, & renum dolores: ad quę potui datur in paſſo, ſitim ſedat ſuggentium. uulneribus prodeſt circumlita: ſtomacho cõmanducata. Radicum recentium decocto utilitas eadem. Radix ſicca in farinamq; trita pterygiis illinendis probatur.

CENTAVRIVM MAIVS CCCCXXXII

c Entaurium Maius, alii Narcon, alii Maronion aut Limneſion, aut plectronias, aut chironion & chironias aut limneſtis. Prophetę hęma heracleos, id eſt ſanguis herculeus. Romani Vnefera ſiue fel terræ appellant. Folia ei ſunt nucis Iuglandis oblonga & uirentia, colore: quo braſſica in circuitum ſerrata: Caulibus rumicis binum ternumq; cubitorum, ab Radiceq; fruticantibus: multiplici ſobole, ſuper hos capita ceu Papaueris in longitudinẽ quandam rotunda. Flos in ceruleum inclinatus & in eo ſemen farctum ut in lanigeris ſolet floribus. Radix uaſta ſolidaq; ac ponderoſa bicubitalis: ſucco madida & amara cum quadam aſtrictione: Nec citra dulcedinem rubeſcens. Rubet & ſuccus. Naſci amat pingui ſolo, apricis, arboroſiſq; locis in collibus. Abundat in lycia, peloponneſo, Arcadia, Helide, Meſſenia, Pholoe, ac Lyceo & Smyrna. Datur radix ad rupta, conuulſa, laterum dolores, anelitus, ueteres tuſſes: Excrea tiones cruentas in uino ſi febris non ſit: ſit ſit: in aqua trita duabus drachmis bibenda. Eodem modo torminibus medetur: uuluarũq; doloribus. Menſes & partus in collyrii tenuitatem corraſa & ſubdita euocat. Potentia eadem & Succo. Tunditur radix. muſtea contrahit & conglutinat uulnera. Quin & cohereſcunt etiam carnes, ſi cum tuſa ea ſimul coquantur. Medicantes in Lycia de ſucco expreſſæ Lycium faciunt. cognominata eſt & Panacea: quoniam mederetur omnium morbis: ubi aliqua inflammatio timeretur omninoq; multis modis opifera eſſet. Illiſa uulnerum labra conſolidat. Suſtillum urinę calculoſoſq; ſanat iniectione. Legenda pręcipitur cum in eo ſol eſt, ut emergat hora pura: dum luce ſyderis erumpentis uniuerſa complentur.

CENTAVREA MINVS CCCCXXXIII

e St & Centaurium minus Limneſion cognomine apud alios Ellebori-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0112-9 DFG

tes uocatum. Sunt qui Amarantum. Prophetæ hæma heracleos, id est sanguinem Herculis appellant. Romani Febrifugiam, ab aliquibus Herba Multiradix. Daci tulbelam. Limnesion uidetur dicta, q̃ in Riguis nascatur: Hyperici similis & Origani: anguloso caule: Digitorum quatuor altitudine. Floribus in puniceo purpurantibus: quales in Lychnide. Foliis minutis & longiusculis ad modum Rutæ. Semen tritico simile. Parua radice, superuacuaq̃: amara gustanti. Recens tusa obducit uulnera. Vlceribus uetustis illinitur: Expurgat ea & ad cicatrices perducit. Decocta humores felleos, & pituitam crassam potu exiccat per aluum. Infuso eiusdem decocto coxendicum dolores leuantur sanguinem trahendo, alleuandoq̃. Succus medicamentis oculorũ per q̃ utilis. Purgat enim obstantia luminum claritati cum melle. Admouetur & mensibus depellendis & partubus. Priuatim uero articulariis morbis auxilium in potu prębet. Exprimitur cum prægnans est femine. Ac primo quidem maceratur a qua diebus quinq̃: Mox coquitur, donec aqua integere desinat. Post refrigeratur, & per linteolum premititur herba detracta. Iterum coquitur ad mellis crassitudinem. Aliqui uirente ac turgente cõtusa liquorem excipiunt: quem coniectum in fictile non picatum in sole uersant rudicula miscentes lignea: & quod lateribus ambitu cohærescit: terentes decutiunt in humorem. Noctu probe operientes. Cauentur enim Rores, ut qui Succos spiscescere, colostrariq̃ prohibeant. Radices porro herbasq̃ omnes: quæ adaruerint: exprimere oportet decoctas, curatasq̃ ut gentianam docuimus: Contra e recentibus libris, Radicibus, foliis Succum in sole haberi donec crassescat ut diximus paulo mox. Sic Thapsia: sic Mandragora: sic Omphax idest acida uua & cętera id genus premenda. Lycium & absinthiũ, & Hypocistis & similia iis coquũtur: uersant: coagulant more, quo indicauimus.

CHAMÆLEON ALBVS CCCCXXXIIII

c Hamęleontem album, Alii Chrysisceptrum & Ixiam: Romani Carduum uariam, Alii Carduum pineam. Ægyptii Epher, Alii Ephthosechin. Appellatur uero Ixia: quoniam quibusdam in locis ad Radices eius funditur uiscum, quo ut mastiche utuntur mulieres. Folia Silybi habet: aut Scolymi: crassiora & acutiora q̃ Niger. Deficitur caule: In cuius uicem e medio se Marini modo echini: aut cinaræ spinas erigit. Flore purpureo & crinito: qui se in lanugines pappos uocatas dissoluat. Fructus assimilis cnico. Radice locis in pinguibus crassa: in montuosis gracili: candida interius, odorataq̃: sed olente uirus, atq̃ dulci. Valet hæc pellendis interaneorum animalibus latis acetabuli mensura in uino austero sumpta cum Origani decocto. Bibitur & Hydropicis drachma: Extenuat enim tumores. Decocturę aqua difficultatem urinę tollit potu. Eadem in mero uim theriacę obtinet. Canes sues muresq̃ occidit: si in polenta exhibeatur aqua & oleo additis.

CHAMÆLEON NIGER CCCCXXXV

c Hamęleon Niger, Alii pancarpon. Alii ulophonon. Alii Ixian. Alii cynomazon. Alii Ocimoides, Alii Gnidium coccum, Alii Cynozolon. Romani Carduus Nigra, Alii Vernilago. Ægyptii Sobil. Foliis & hæc Scolymo similibus cernitur tantum minoribus: tenuioribus ac Rubenti-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0113-5 DFG

bus caulem mittit baculi crassitudine Dodrantalem. rubescit hic modice: Vmbraculumq; habet & flores Spinosos tenues Violaceos uersicolores. Radice crassa, nigranti, prædensa interim & corrosa: intusq; cum diuisa est, subfulua: & si cōmanducetur: mordaci. Nascitur campestribus siccaneis: Item & collibus: & Maritimis locis. Radicibus tritis cū exiguo atramenti sutorii & oleo Cedrino & posca Scabies curantur: lichenes tolluntur, cū sulfure ac bitumine una coctis & illitis ex aceto. Decoctarū succo colluere dentiū dolores utile est: eosdemq; cū Pipere, atq; Cera pari portione circumlitus sedat: Radicibus in aceto decoctis concisis & calidis inditis stilo dens cauus Inuritur: atq; ita frangitur. Molestias cutis in facie, uitiliginemq; cum Sulfure iis abigimus. Miscētur & exedentibus. Phagedenas & ulcera theriomata confutando expellunt illitę. Quare autē chamęleon uocetur a foliorum uarietate euenit. Mutat enim cum terra colores hic admodum uiridis. Illic subcandidus. Alibi cyaneus, Alibi coccineus.

CROCODILION CCCCXXXVI

Rocodilion chamęleontis nigri figuram habet: Nascens in sabuletis.
c Radice longa: & aliquatenus lata, gustu acri, odore Nasturtii. Radix huius feruefacta in aqua & pota sanguinem copiosum per nares pellit. Datur eadem spleneticis efficaciter iuuans. Semine urinam ciet. Rotundum id, duplexq; est modo Clypeoli.

DIPSACOS CCCCXXXVII

Ipsacon, Alii crocodilion, Clii chamæleonta. Sunt qui Onocardon &
d aphrodites lutron. Romani labrum ueneris. Aliqui Carduum ueneris. Ægyptii Seneor, Alii Aher. Alii Meleta. Daci Sciare. Aculeati & hæc generis est: Caule alto, Spinisq; horrido. Foliis Lactucæ binis, genicula eius singula complectentibus: Prelongis, armatis in dorsi medio, super subterq; tuberculą, ceu bullas spinosas habētibus cauo alarum sinu in quo humor subsistit ex ore collectus & Pluuiis. De quo & nomen uidetur herba traxisse. In cacumine singulis ramis capitula sunt echinata spinis longiuscula. Hęc postq̄ exaruere Incana efficiuntur: quibus dissectis media medulla uermiculus inuenitur. Sanat Rimas sedis, Itē fistulas decocta in uino radice cōtusa usq; dum fit crassitudo ceræ, ut possit in fistula collyrium mitti. Reponitur hoc medicamentum in ęrea pyxide. Aiunt & formicas uerrucasq; tolli ea. Vermiculi quoq; quos diximus in Capitulis nasci, folliculo inclusi & collo ad alligati uel brachio in Remedium quartanę bibendi traduntur.

ACANTHA LEVCE CCCCXXXVIII

Cantha leuce, Aliqui agrio cinaram hoc est cinarā syluestrem, alii dona
a citin, alii Erysisceptrū. Romani spinā albam, alii regiam, alii carduū ramptariam. Nascitur montibus, syluosisq; locis: folia habens chamęleontis albi similia, uerū angustiora, candidioraq; subhirsuta, spinis infesta. Caulem binos cubitos excedentē crassitudine pollicari, uel ampliore subalbidum: & inanem. Cacumini echinus insidet a marino differens magnitudine: sed oblongus: flore purpureo continente semen, quale Cnici, Rotundius. Radix huius pota excreationes cruentas stomachicos & cœliacos adiuuat: urinam mouet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0114-1 DFG

Illinitur contra collectiones, Decoctæ succo Dentium dolores imminuit colluentibus. Semen conuulsis infantibus prodest. Item & a Serpente percussis. Sũt qui præcinctum ea refugere bestias credidere.

ACANTHA ARABICA CCCCXXXIX

Canthe Arabica, Alii acanthis. Romani Spinam Arabicam uocant:
a Spinæ albę natura uidetur esse. Nam & ipsa spissat, stringitq; guttantia. Mensium abundatias. Sanguinis excreatus, & alias fluxiones etiãnum Radice uolens. Nascitur in asperis.

SCOLYMOS CCCCXL

Colymus. Alii Pherusan, alii Pyracantham. Romani Strobulũ. Ægy-
s ptii Cnus. Folia gerit chamęleontis & Spinę albę similia, nisi q̃ nigriora habet & crassiora: caule oblongo, folioso que. In eo capitulum spinosum. Radice nigra & crassa. In graueolentia alarũ & cæteri corporis Radix illinitur. In uino decocta si bibatur, tedia eadem emendat: urinamq; detrahit copiosam fœtentemq;. Ipsa herba in cibos recipitur cocta ut asparagus.

POTERIVM CCCCXLI

Oterium. Alii Phrybion. Iones Neurada. Quidã Acidoton. Large fru
p ticat. Ramulis proceris, mollibus, lentis, tenuibus & similitudine tragacanthes. Foliis gracilibus, Paruis, Rotundis: Cortice fruticis totius obducto, Lanugine copiosa, & subtili: spinisq; hispido. Floribus herbacei coloris. Seminis gustu odorato & acuto: Nullius usus. Inuenitur in aquosis collibus. Radices habet binum ternũq; cubitorum. In altitudinem firmas: neruosas: quibus circa terram excisis lachrymam dat gummi similem. Radix Tusa uulneribus sanandis efficax pręcipueq; neruis uel pręcisis illita. Decoctum quoq; eius in potu contra Neruorum infirmitates affectusq; omnes iuuat.

ACANTHION CCCCXLII

Canthion foliis est Spinæ albæ per extremitates aculeatis: araneosa la-
a nugine circundatis: qua collecta etiam uestes quædam bombicinis similes fiunt. Ipsa folia uel Radices ad remedia opisthotoni bibũtur.

ACANTHA CCCCXLIII

Cantha siue Herpacantha, Aliqui Melamphyllon. Romani acantho-
a stopiam. Alii Mamolariam, Alii Crepulam, Alii Pęderota uocant. Nascitur uiridis: solo madido & saxoso, Latiori multo folio: longioriq; q̃ Lactucæ, diuiso ut eruca: pingui: læui: sub nigro. Caule duum cubitorum: Digiti crassitudine: inoffenso: per interualla circũdato: ad fastigium, foliis minutis, ueluti nucamentis quibusdã longuisculis, hyacinthinis: e quibus flos promit candidus. Semen proceriusculũ: coloris lutei Capite figurã thyrsi habente. Radices lentę: mucosæ: Ruffentes, oblongæ: ustis luxatisq; Illinẽdę urinas deuocãtes potu: aluum sistentes: phthisim metuentibus: Ruptis: cõuulsis cibo incoctæ utiles.

AGRIACANTHA CCCCXLIIII

Ignitur & quę agriacantha nominatur & a Romanis spina syluestris,
g Scolymo similis, aculeata breuior, q̃ ea: quæ in hortis prouenit satiuaq; est: huius Radix similia cum mox dicta præstat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0115-7 DFG

ANONIS CCCCXXXXV

Nonin quidã Onotida malunt uocare:Dodrãtalibus & maioribus etiã
a Ramulis:fruticat multis geniculis:unde fundit alas: orbiculato capite
foliis exilibus,pusillis modo Lenticulæ:sed similibus Rutæ aut Loto fe
nario :nisi essent paulo hirsutiora:odore iocũdo:anteq̃ fiat spinosa. Estur muria
cõdita cibo gratissimo.Insũt ramis aculei exacuti & spiculis firmioribus similes.
Radix candida est:excalfactoriiq; generis:cuius cortex in uino Vrinam pellit &
calculos rũpit: Imposita Margines ulcerũ erodit.Radix decoquit' in Posca do-
lori dentium colluẽdo. succus decoctę potus hæmorrhoidas curare existimatur.

LEVCACANTHA CCCCXXXXVI

Eucacantha:quam alii Phyllon:alii Ischiada:alii Polygonaton appel-
l lant.Romani Gnia Carduus. Ethrusci Spinalba. Radice cyperi ama-
ra uehementer:quæ commanducata Dentium dolorem sedat.Item late-
rum & lumborum etiam si sit antiquus decocto eius in uini cyathis tribus poto.
Eademq; ruptis:conuulsis medetur.succus radicis ad omnia eadem bibitur.

TRAGACANTHA CCCCXXXXVII

Ragacantha Radix est lata,surculosa,Eminens supra terram:e qua ra
t mi humiles,firmi:late diffusi.Folio numeroso:tenui pusillo,intercurrẽ-
tibus spinis,fronde sua contectis & candidis,ualidis subrectis. Est au-
tem & Tragacantha succus:qui radice incisa stillat & coalescit in Lachrymam.
optima: quę translucida,leuisq; est,Item Gracilis,pura,subdulcis. Naturam ha-
bet similem Gummi conglutinantem. Vsus eius ad oculorum medicamenta, sca
britias Arterię,Tusses,Raucedines,Distillationes.In Eclegmate data cum mel-
le suggitur uero linguæ subiecta.Bibit' quoq; madefacta in passo singulis drach-
mis Renum Doloribus,Vesicæq; rosionibus.ad quę sumitur cum cinere cornus
Ceruini eluto,aut cum aluminis fissilis exiguo.

ERINGION CCCCXXXXVIII

Ryngion aliqui Eringen,& Gorgonion,& Eryncrin & Carion,& Her
e mion & Origanum. Item Chlunion cognomine Myracanthon atq;
Moly: ab Ægyptiis Crobisos. Prophetę Sismertos.Romani capitu-
lum Cardui,alii Cartere.Daci Sicupnux.Hispani Centumcapita.Punici Cher-
dam,aliqui Orean chloen hoc est Herbam montanam,alii Chida . aculeatarum
& ipsa in numero habetur.Folia huius tenera condiuntur cibo salsugine.lata hęc
& scabra extremitatibus:odorata gustu:Sed ubi adoleuere multis fastigiis, ambi
tu Caulium mucronantur.In cacuminibus capitella in Pilæ formã coacta cer-
nuntur.Sapientibus figura stellæ spinis acutissimis per orbem atq; duris .Colos
iis modo uiridis modo candidus,modo ceruleus inuenitur. radix oblonga, lata,
nigra summo cortice,alba interius pollicis crassitudine.Odoris boni,quasi Aro
matum.Nascitur in campestribus solo gracili.Natura excalfactoria. urinam mẽ
sesq; trahit.inflationes soluit. Torminibus & Iocinorum uitiis obuiam it.contra
bestiarum ictus:& uenenata omnia in Vino remedium est.Bibitur ad multa cũ se
mine Pastinacæ syluestris põdere denarii:traditur adalligatã & illitã uomicas dis-
cutere.radix ex aqua mulsa Opisthotonicis & comitialibus medetur pota.

Aloe

ALOE CCCCXLIX

Loe: Dicitur & Amphibion & Eryngion & Hermion & Tragoceros.
a apud Romanos Aloa. Barbari Aloe appellant. Scyllę similitudinē habet: foliis pinguibus: crassis in latitudinem modice se fundentibus: rotundis & retrouersus conuexis. hęc & a lateribus ex obliquo maioribus interuallis striantur & in spinulas desinunt retusas & trūcas. caulis eius nō dissimilis Antherico est. Flos albus. semen Asphodeli. Tota graui odore: gustuq; amarissima radice una ceu palo in terram dimissa. copiosissime in India nascitur: unde succus quoq; affertur: sed Nascitur & in Arabia: Asiaq; & aliquibus Maritimis locis & insulis: tanq̄ in Andro. Non tamen idonea: quę incidatur succi gratia. nec utuntur ea nisi ad uulnera recentibus foliis: Mirifice enim contrita & illita conglutinat. Duo autem succi eius inuehuntur genera: Vnum arenosi: quodquidem sedimentum esse purissimi cognoscitur. Alterum Iocinoris modo coactum. Erit ergo optima, pinguis, nitida, sine arenis, colore ruffo, friabilis. Iecoracea: facile se diluens & liquescens, amaritudine uehementi. Improbanda nigra & frāgi pertinax. adulteratur Gummi, quod & gustu intelligitur, amaritudineq;, atq; odoris intentione. Item quoniam inter digitos detrita non soluitur in ramenta. Quidam miscent Acaciam. Natura eius spissare: siccare: densare corpora: aluum soluere stomachum purgare cochleariorum duorum mensura, cum aqua frigida, uel quasi lac egelida idest tepidiuscula. Excreatiōes quoq; sanguinis inhibet. Bibit̄ in regio Morbo ex aqua obolis tribus, aut etiā denario. cū Resina uero aut aqua, aut mellis decocto cit uentrem: magnifice uero purgat interiora, si drachmis ternis pilulę deuorentur. Eadem medicamentis euacuantibus mixta Innocētiora ea stomacho facit. uulneribus illinitur sicca & conglutinat. ulceribus quoq; utilis cicatrices obducens ea identidemq; compescēs. Eadem inspergitur exulceratis genitalibus uirorum & ruptis infantium puerorum præputiis. Item Condylomatis, rimisq; sedis alias ex uino, alias ex passo. Hæmorrhoidum quoq; abundātiam sistit. Digitorum pterygia tollit. Item insignita ac liuida illita cū melle. priuatim prurigines & scabiem genarum. Dolorem capitis sedat, tēporibus & fronti imposita ex aceto & rosaceo. capillum fluentem continet cum uino. Tonsillas, gingiuas & omnia oris ulcera cum uino uel melle. Oculorū medicaminibus torretur in testa pura, excādente, pēnaq; subinde uersatur, ut possit æqualiter torreri aut lauatur ut quod sit arenosissimū, subsidat adiiciaturq;: pinguissimū uero & lęue tollatur.

ABSINTHIVM CCCCL

Absinthium cognomie Bathypicron proper amaritudinem. Ægyptii ap
a pellant Somi. Absinthium rusticum Itali. uulgaris herba notitiæ. prę-
stantissimum, quod in Ponto, Cappadocia, monte Tauro traditur nasci. astringit: excalfacit. Fel, qd̄ stomacho aut aluo cohęserit: purgat: urinas molitur. Crapulam præsumptum arcet. inflationes doloresq; uentris & stomachi discutit cum Seseli & Nardo Gallico. appetentiam excitat uel intermortuam. In regio morbo madefacti eius dilutum aut decoctum bibitur per singulos dies cyathis tribus. Menses cum melle insumptum deuocat, & appositum. Strangulatis esu Fungorum subuenit ex aceto. aduersatur & uisco & contra Cicutam ex uin-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0117-9 DFG

Muris aranei morſibus & draconis marini Anginis ſuccurrit cũ melle ac Nitro; Epinyctidas ex aqua ſanat: ſugillata cum Melle, oculorum claritati cõfert & auribus ſi manat ſanies cum melle tritum. Decocto aurium & dentium dolores uaporis ſuffitu tolluntur in paſſo. Doloribus oculorum decocti ſuccus illinitur. ilibus quoq; imponitur & ad Iocinoris & ad ſtomachi ueteres dolores ſubactum cũ cera Cypria. q̃q̃ ad ſtomachum roſacea conuenit. aquæ intercutis cauſa Lieniſq; cum Fico & Nitro in pulte Loliacea ſorbetur. Tranſit & ſapor eius in uina ſimul condito: quod Abſinthiten uocant, circa Propontidem maxime atq; Thraciam frequentatum: quo ad omnia: quæ ſuperius dixi medenda utuntur dummodo citra febrim: Maxime uero propinant genus id æſtate arbitrati ſanitatem preſtari eo. uidetur illitum ueſtiariis: arcere noxia animalium: Culices abigere ſed perunctis ex oleo. atramentum librarium ex diluto eius temperatum literas a muribus tuetur. Quæritur & ſuccus expreſſi totidem effectibus pollens. extra q̃ qd̃ inutilis Stomacho eſt & Capiti dolorem afferẽs. huic ſucco Amurcam decoctam adulterandi gratia nonnulli permiſcent.

ABSINTHIVM SERIPHIVM CCCCLI

St & Abſinthium marinum: quod aliqui Sandonicen: Quidam ſeriphi
c um cognominant. Romani Santonicum. Nonnulli Seriphium uocando Abſinthium intelligũt marinum largiſſime in Cappadocia prouenit & Tauro monte probatiſſimum in Taphoſiri ægypti: cuius ramum Iſiaci ſolemne habent preferre. herba eſt prætenuibus cirris Abrotono ſimilis paruo. Seminis plena exigui ſubamara inimica Stomacho graui odore, Linguã aſtringens & leuiter calefaciens, Decoctum hoc per ſe aut cum Oryza Lumbricos & Tineas rotundas interficit: cum Melle Aluum mollit. Eadem poteſt additum obſoniis aut in Lenticula decoctum.

ABSINTHIVM SANTONICVM CCCCLII

Bſinthium porro quod in Alpinis Galliæ naſcitur. Dictum a loco, ubi
a plurimũ gignitur Santonicum Gentili uocabulo regionis eius. Abſinthio ſimile eſt: Sed minus copioſo ſemine: Aliquantæ amaritudinis pares cum Seriphio effectus habet.

ABROTONON CCCCLIII

Brotonon alii Auton, alii Abſinthion, alii Heraclion, alii Cholopoeon
a alii Thelyphthorion, alii Abſinthiomenon, alii Procampylon, Prophetę Neura Phœnicos, alii Cynanchiten, Romani Abſinthium ponticum. Quidam Thelythamnon, alii Glycen ancona hoc eſt dulcem cubitum appellant. Fruticat arboris modo. ſubalbicans foliis minuatim ſciſſis, ut marinum Abſinthium, ramulos circundantibus copioſo flore: ad uuæ modum congeſto cacuminibus pendente: aurei coloris per æſtates naſcente. Iocundi cum quadã grauitate odoris: guſtu amaro. tale Sicculum eſt. Alterum in quo mas intelligitur: Sarmentoſum, & gracili ſemine, ſicut Abſinthium, quale in Cappadocia & Galatia & Hierapoli Syrię naſcitur, magno prouentu: ſemine feruefacto & crudo trito cum aqua bibitur Orthopnoicis coxendicibus: ruptis: conuulſis, urinę anguſtiis: Mulierumq; menſibus, ſi ſubſidant. contra uenena potum in uino Antidotũ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0118-5 DFG

est. pdest & algētibus illitū ex oleo. In cubili stratū & suffitū serpētes fugat. aduersumq; ictus earū cū uino peculiariter scorpionū phalāgiorumq; sumitur. tritū cō coquitur tuberculis cū farina hordeacea: & oculorum inflāmationibus illinit̄. cotonio malo cōcocto, uel pane. additur & in condituram olei eius, qd̄ ex Iri fit.

HYSSOPVM CCCCLIIII

Yssopos a Romanis Hysopum uocatur. sunt qui Later, aut Casialam
h nominent. Ægyptii Saem. Ignotum nulli: Duorum traditur generum:
Hortense ac Montanum. Est autem optimum Cilicium. excalfactorii est ordinis. Extenuatoriiq; decoctum cum Fico, aqua, melle, ruta, pdest peripneumonicis: Tussibus uetustis. suspirio, Distillationibus, Orthopnoeæ. Tineas in aluo necat. Idem effectus lincto cum melle. Decoctum eius sumptum cum aceto mulso lentitiam pituitę, crassitudinesq; exigit per inferna. Estur & cum Ficis uiridibus tritis ad aluum emolliēdam. Efficacius Cardamomo, aut Iride, aut Irione adiectis: colorem bonū uescentibus reddit. Cum Fico & Nitro illinitur ad lienē & ad aquā intercutē. ad inflāmationes cum uino. sugillata quoq; Hysopo emendantur ex aqua feruenti. utilissime in angina gargarissatur cum decocto Ficorū. In Dētiū dolore cū aceto colluitur decoctū. Vaporatione eius excepta inflationes dissoluit aurium.

STOECHAS CCCCLV

Toechas, alii Syncliopa. alii Alcibiades. alii Pācratiō, alii Styphoniā.
s Ægyptii Syphlo. Prophetę Ophthalmō Pytho Zuos idest oculū Pythois. Romani Scileobinā in insulis tātū eiusdem nominis gignitur in Gallia ex aduerso Massiliæ de quo appellationem quoq; sortita est. herba tenuibus cirulis. coma Thymi: sed longioribus foliis odore acri & subamara gustu. uitia pectoris leuat decoctum eius Hysopi effectu. Antidotis quoq; miscetur.

ORIGANVM CCCCLVI

Riganum Heracleoticum, alii Cunilam uocant. Folium habet non dis
o simile Hysopo: Vmbraculum non in orbem se colligit: sed tanq̄ diuidi
tur in cacumine uirgularum: semen infrequens. Natura eius ad calfaciē dum: quare percussis a serpēte datur in uino decoctū eius. In passo autē iis: qui cicutam aut Opium bibere. in aceto mulso iis: qui Gypso tētantur, aut Ephemero: conuulsis: ruptis: hydropicis: cū Fico. siccum mensura ligulæ cū melle mixto potum extenuat pituitas nigras per aluum cōmouet & menstrua. lictū cum melle tusses emēdat: Item prurigines, psoras, regium morbū decocto in descensione balnearū succus uirentis expressi, tonsillis medetur & columellæ: oris ulceribus. per nares caput purgat cum Irino oleo iniectum. Infūditur & aurium dolori cū Lacte. Medicamentum uomitionibus ciendis commodissimum ex origano fit, addita Cepulla, & semine fruticis: quem Rhus uocauimus, utilem obsoniis, ut omnia in sole contineantur, ab ortu Canis diebus q̄ calidissimis bis uicenis in ęre cyprio. usus herbę susterni obdormituris in metu serpentium. Fugat enim eas.

ORIGANVM ONITIS CCCCLVII

Nitin appellant alterum genus Origani candidioribus foliis & Hysopo
o similioribus. semine in Corymbis dēsitate acinorū uisendo. Easdē habet utilitates. quas origanū heracleoticum dumtaxat infimiores.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0119-3 DFG

ORIGANVM SYLVESTRE CCCCLVIII

Riganum ſylueſtre:quod Panaces heracleum, ſiue Cunilam uocant. Inter quos Nicander quoq; Colophõius eſt. Foliis Origani. uirgulis præ tenuibus digitorum quatuor altitudine:umbellis Anethi. Flore cãdido Radice gracili & inutili. Priuatim ex foliis floribuſq; cõtra ſerpẽtes ſuccurrit in uino.

TRAGORIGANVM CCCCLIX

Ragoriganum Fruticulus ſimilis eſt Serpillo ſylueſtri uel Origano, tã ramos, q̃ folia. Duo eius ſpeties, alterũ a ſoli cõditione lętius & habitius latiore folio, glutinoſum. alterũ macilẽtius exilioribus, mollibuſq; foliis:qd̃ aliqui Praſiõ uocare malũt. optimũ autẽ Ciliciũ:Coũ:Smyrneũ & Chiũ:& Creticum. Excalfaciunt omnia:urinaſq; pellũt:& uentri facilia ſunt decocto inſumpto. Detrahũt enim bilioſas pituitas. ſpléicis quoq; utiliter in aceto bibũtur. contra uiſcum in uino: purgationes mulierum cient. Tuſſientibus quoq; cum melle datur lingendum:& peripneumonicis. omnino efficax & blanda potio eſt. Quare faſtidia ſentientibus & ſtomacho infirmo & acida ructãti præbent. Itemq; torſionibus:nauſeis:ardori pręcordiorum. tumores illitos cum polenta diſcutit.

PVLEGIVM CCCCLX

Lechon, alii Blechron, alii Arſenachanthõ. Romani Pulegium. Punici Apoleiũ. Galli Albolũ, aliq Galloſopſis. Herba inter notiſſimas: uſus extenuandi, calfaciendiq;. concoctiones adiuuat. Menſes trahit pota & ſecundas & partus. uitia pulmonis excreabilia facit cum Aloe ſumptum & melle cõuulſis quoq; auxilio eſt. nauſeis & roſionibus ſtomachi datur in poſca. pituitas nigras per aluũ purgat. cõtra ictus beſtiarũ in uino remediũ eſt. defectos animo re creat naribus cũ aceto illatũ. gingiuas ſiccũ intritũ crematũq; corroborat. inflãmationes omnes cũ poléta illitũ mitigat. podagrę ſincerũ opponitur: donec ſanguinẽ aduocet cutẽ exulcerãs. cũ cerato uaros tollit. ad lienẽ cũ ſale illinitur: decocto eius prurigines extingũtur lauãtiũ, inſidẽtiũq;: inflationes uuluæ duritias cõuerſiõeſq; corrigit. Quidã hoc Blechõ mutatis literis uocauere. quoniã pecus guſtato eo cũ flore:balatu cõpleẽ.

DICTAMNVM CCCCLXI

Ictãnus a qbuſdã Glechõ agriõ ideſt Pulegiũ ſylueſtre appellat. alii Embactrõ, alii Beloiacõ, alii Artemediõ, alii Creticẽ, alii Ephimerõ, alii Eldiã, alii Belotocõ, alii Dorcidion, alii Elbunion, Romani Vſtilago ruſtica. Naſcitur in Creta Dictamnũ guſtu acri:leue Pulegio ſimile, maioribus foliis & mollibus fométi modo:& lanugine quadã circũdatis. Flos nullus ei ſemẽ ueẽ. Effectus omnes præſentat quos Pulegiũ ſatiuũ, multoq; etiãnũ ualidius. cõſtat. n. potu eius:ſed & ſuffitu quoq; ſi mortui ſint in utero infantes protinus reddi. Tradũt capris in Creta uulneratis paſtu eius herbę tela decidere. Succus purgãdi uim obtinet inunctis infricatiſq; partibus ceu cũ polenta. herba ipſa plantas pedum ſagittis cõfixas curat uel illitu:Eiicit eas & a cętero corpe. Facit & ad lienis morbos. Minuit. n. eũ:carpũt æſtate uel Autũno. radici uis feruẽs:guſtatu accẽdit os. Eadẽ partus accelerat. Succus in uino ſerpẽtiũ morſibus aduerſatur. In quã rem tanta uis herbę huius eſt: ut uenenata omnia olfactu ſaltem fugentur: contactu etiam moriantur ſucco uulneribus factis a ferro & plagis animalium infuſo:ſu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0120-3 DFG

per quę in potum dato ſalus momento conſiſtit.

PSEVDO DICTAMNVM CCCCLXII

p Ro eo eſt pſeudo Dictamnum uocatum multis in terris naſcens: Folio ſimili: minore acrimonia. ualens ad quę Dictamnum ſed ignauius.

DICTAMVM ALIVD CCCCLXIII

e Ffertur e Creta & genus aliud Dictamni folio Siſymbrii. ramis maioribus Flore ſylueſtris Origani nigro & molli: odor foliis inter Siſymbrium & Saluiam iocundiſſimus conuenit ad quęcunq; ſuperior: minus pũgit. In Emplaſtra & paſtillos Theriacos additur.

ELELISPHACOS CCCCLXIIII

e Leliſphacõ, alii Phacõ: alii Cioſnin, alii Sphagnõ, Ægyptii Bechiõ, Romani Apuſi & Arabia & Coſalõ & Saluiã. Frutex oblõgus ſurculoſuſq; quadrãgulas habẽs: & cãdidas uirgas. Folia cotõei Mali effigie: lõgiora ſcabriora: pauloq; calloſiora: Extritarum quoq; ueſtiũ ſimilitudine, hirſuta & candicantia: odorata uehementer: ſed uiroſa. ſemine ſylueſtris Ormini ſummis in caulibus. Naſcens in aſperis. Folia cum ramis decoquuntur, ſuccuſq; is trahit urinas & partus: menſeſq; commorantes: & Paſtinacę marinæ ictus ſanat: capillum denigrat. per ſe impoſita herba ſanguinem uulnerum cohibet: purgat & ulcera theriomata: & ſi in uino folia decoquãtur & rami, teſtium pruritus. comprimit.

MENTA CCCCLXV

h Edyoſmos ſatiua, ſiue Minta, ſiue ut alii Calamintha. Romani Mẽtam: & Nepitam, Ægyptii Tis, alii Pheruthrmonthu, alii Perxo, alii Machetho. herbula omnis expoſita. Vis ei aſtrictoria, concalfactrix, ſiccifica proinde ſuccus expreſſæ in aceto potus Sanguinem ſiſtit. Tineas rotundas interficit, auiditates Veneris concit. ſingultus: uomitiones & choleras ſedat duobus tribus ue Surculis cum Granati acidi ſucco potis. diſcutit & abſceſſus impoſita cum polenta. Illinitur in capitis dolore fronti. Mammis: quę tendantur & rigeant imponitur. Morſibus canum cum ſale obligatur. Aurium doloribus Succo medetur cum aqua mulſa. Feminis ante conſuetudinem uirginali admota generationibus reſiſtit. Linguæ infricata complanat aſperitatem eius. addita potionibus lactis denſari & in caſeum coire non patitur. Omnino ſtomachum adiuuat & in condimenta uenit pluribus modis.

MENTASTRVM CCCCLXVI

s Ylueſtris Menta eſt quam Romani Mentaſtrum appellant: Hirtioribus foliis. per omniaq; Siſymbrio amplius: odore uirulentius: Sanitatis uſu minus probatum q̃ ſatiua.

CALAMINTA CCCCLXVII

o Alaminthæ tria ſunt genera. unum montes plus amat foliis Ocimi albicantibus: Surculis feſtuciſq; anguloſis: flore purpureo. alterum Pulegio ſimilem: Sed maiuſculum propter quod quidam ſylueſtre Pulegiũ uocant: quoniam & odorem illius emularetur. hanc Italia Nepitam uocat. Tertium Mentaſtri ſimilitudine: longioribus foliis, caule & ramo q̃ ſuperiora duo maioribus: efficaciæ minoris: Omnium folia guſtatu os accendunt: impenſeq;

acria ſunt. Radix ſuperuacua. prouenit in cãpeſtribus, macris, dilutiſq; locis. cõtra ſerpentium ictus uires habet pota & impoſita. decoctum bibẽtes copioſe mingunt. Datur & ad rupta, conuulſa: Orthopnoeas: tormina, choleras frigora. cũ uino præſumpta Venenis impedimento eſt. Morbum regium detrahit. animalia uentris extinguit. Tineas & Lumbricos cum ſale ac melle. In quem uſum cocta crudaq; conteritur in potus. Eſtur ad Elephantiam: ut ſerum lactis ſubinde poſt bibatur: partus enecãt folia: Mulierumq; menſtruis proſunt admota in uellu ſculo. Fumum ex ea ſerpentes, nidoremq; fugiunt, quam & ſubſternere in metu cubituris utile eſt. cicatricibus atris candorem in uino decocta reddit. Emendat & ſugillata. Imponitur coxendicibus ad euocandam ex alto materiam nocentẽ: & cutẽ exulcerandã ui cauſtica. Succus auribus uermioſis inſtillatur.

THYMVM CCCCLXVIII

Hymos, alii Thymos leucos: hoc eſt Thymum album. alii Cephalotõ.
t alii Epithymida. ſunt qui Thyrſion, Romani Thumum, Ægyptii Stephanen, Daci Mozulam: Frutex puſillus: & Triuialis: Cremio ſimilior. foliis circuitu multis anguſtiſq; in cacuminibus: flores capitulis purpurantibus. Naſci uult maxime ſolo gracili & petroſo: cũ ſale, & aceto pituitam exinanit per aluum. Decocto prodeſt Orthopnoicis, ſuſpirioſiſq; cum melle. Animalia interaneorum: Retardatos feminarum menſes partuſq; enectos: ſecundas: urinam expellit. Sumitur ex Eclegmate ad uitia pectoris excreanda cum melle. collectiones recentes cum aceto illitum diſcutit: ſanguinem concreſcere nõ patitur. Thymos & uerrucas tollit. Iſchiadicos cum uino & polenta impoſitum curat. Viſum retuſiorem habentibus in cibos addere utile eſt. Sanis quoq; in uictu pro condimento adhibitum proderit.

THYMBRA CCCCLXVIIII

Hymbra & ipſa notiſſimarum. In aſperis & gracilibus naſcitur ſimilis
t Thymo: Sed minor, atq; tenerior: ferens ſpicam floris plenam: coloris herbacei. effectus moduſq; dandi qui Thymo conuenit. uſus uel ad ſanos probatur. habet & ſatiua Thymbra breuior ſylueſtri, omnibus modis. Eſturq; utilius: quoniam acrimonia minore intelligatur.

SERPILLVM CCCCLXX

Erpillos alii Zygis agria, alii Polion. Ægyptii Meronopus. Romani
s Serpillum, aliqui Cicer erraticum. Genus duplex. Hortenſianum: odore Sampſuchi coronamentis quæſitum. Nomen a ſerpendo inuentum: & quoniam ubicunq; terram attigerit, radicatur illico, ipſumq; ſe propagat. Folia & ramuli eſſent Origani: niſi haberet candidiora. Hoc ſi a ſepibus in terram pangatur: melioreſcit: & auctius prouenit. Eſt & Serpillum ſylueſtre quod priuatim Zygis uocatur: Non ſerpens Humi, Sed rectum exilibus ramulis & Lignoſis. Folia Rutæ ſequentia: Subanguſta: Longioraq; ac Scabriora: Flore Guſtu acri. Odore iucundo. Radice ſuperuacua. Naſcitur in petris efficacius excalfacientiuſq; q̃ Satiuum: & ad Medicinæ uſum accommodatius. Contra Vrinæ difficultatem & menſium bibitur. Tormina: Rupta: Cõuulſa: Inflammationes Iocinoris iuuat. Serpẽtium morſus potu uel illitu. Capitis doloribus deco-

ctum in aceto inspergit cũ Rosaceo. Maxime uero letargicis & phreneticis cõuenit. Succus drachmis quatuor cũ aceto datus uomitiones sanguinis sedat.

SAMPSVCHVS CCCCLXXI

s Ampsuchon, Alii Triphyllon. Alii Amaracum, Alii Agathides. Alii Cnecion, Alii acapnon. Pythagoras Thramben. Ægyptii Sopho. Armenii Myuron. Prophetæ Onos ichreos. Alii Homigonos Iseos. Romani Meiuranam. Laudatissimum Cyzici & in Cypro est: proximũ in Ægypto. Amarantum Cyzicæna & Sicula gens appellauere. Serpit ramusculis multis in terra foliis pilosis: rotũdis: calaminthæ tenuioris similibus, odoratissimum: excalfactorium. Nectitur in Coronas. Succus decocti ad aquas intercutes morbo incipiente utilis. Et difficile meientibus & ad Tormina temperatus in potum. Folia sugillatis cum melle imponuntur arida. Cõmorantibus Menstruis admouentur. Scorpionibus aduersantur ex Sale & aceto illita. Cum cera uero luxatis & tumoribus prosunt. Cohibent & oculorum inflãmationes, tumoresq; cum polenta. Miscentur & acopo, & malagmatis ad excalfaciendum.

MELILOTVS CCCCLXXII

m Elilotos in attica & Cyzici, & chalcedone probatissima nascitur croco similis odorata. Gignitur & in campania Italię circa Nolam coloris lutei, odore languido. Astrictoria ei potentia est inflammationibus quoq; imponitur omnibus molliendi gratia, Præsertimq; oculorum: uuluarum: sedis & testium decocta in uino: aliquando & uitello oui tosto adiecto aut farina Siliciæ, aut Lini semine, aut polline molario, aut capite Papaueris, aut intubo. Per se uero in aqua & contra meliceridas recentes efficax. Vlcera capitis manãtia cum terra chia & uino, aut galla inunctis sanat: Stomachi dolores in uino decocta uel cruda cum aliquo e supradictis, Et aurium e passo succus crudæ instillatus. Item capitis cum Rosaceo & aceto.

MARON CCCCLXXIII

m Aron siue Origanis, siue Hysobryon. Herba cognita, Surculosaq; est. Florem habet Origani: sed folia longe candidiora. Florem uero etiam odoratum. Natura Sisymbrii: sustringens & excalfaciens modice. Quamobrem Nomas, si illinatur, compescit & calidis inunctionibus miscetur. Copiosissimum magnesiæ atq; trallibus.

ACINOS CCCCLXXIIII

a Cinos Romani Ocimastrum. Herba est exilibus festucis apta coronamentis: eademq; erat: quę Ocimum, nisi hirsutior ramis ac foliis esset & admodum odorata. Sunt qui eam cum hortensibus serant. Aluum sistit & menses potu. Ad panos & ignem sacrum illinitur.

BACCARIS CCCCLXXV

b Accharis herba est fruticosa generis coronarii folio aspero: magnitudine inter uiolam & uerbascũ caule angulosо, altitudine cubitali, Subscabro. circa quem alii quoq; cauliculi agnascentis modo Sobolis funduntur. Flore puniceo: Albicante odorato Radice ueratri nigri: cui odor est Cynamomo proximus: Gracili solo, nec humido proueniens. Radicem decoctam

in aqua bibere conuulsis euersis: ruptis: anelatoribus salutare est. In tussi uetere Mensium & urinæ difficultate. Auxiliantur ea & contra serpentes in uino. Vna aliqua e Radicibus teneris apposita partus ex utero elicit. Succus decoctę puerperis insidentibus conuenit. Tunditur cum Diapasmate odoris gratia: quo abunde commendabilis est. Foliis proprietas spissandi: eoq; capitis doloribus illinuntur: epiphoris oculorum incipienti Ægylopi: Mammis tumentibus a paruuignibus sacris, Odor somnum gignit.

RVTA CCCCLXXVI

Eganos Orine, Alii Rhyten oream. Itali Rutam montanam, sicut pe-
P ganon Cepeuton: Rutam hortensem. Ægyptii Epnubu. Syri armala-
leu. Alii besasa. Punici churma. Ruta montana sylueſtrisq; Hortensi & satiua est acrior: & ad usum ciboſq; minime idonea. Hortensi amicitia est cum fico in tantum, ut nusq̃ lætior, aut esculentior proueniat q̃ sub hac arbore. Vtrũq; genus feruẽtem habet & causticam uim: exulcerantẽq;. Vrinas & feminarũ purgationes pellentem. Aluum Citam siue in potu detur, siue in cibo: astringit: aduersus uenena pro antidoto ualet: seminis in uino acetabuli pondere. Folia cibos antecedentia per se aut cum fico arida, aut cum nucleis Iuglandium sumpta muniunt contra medicamenta omnia: simili modo & contra serpentes. Generationem impedit cibo uel potu. Torminibus cum anetho sicco decocta presidium est. Sic bibitur & ad laterum ac pectoris dolores: tusses: suspiria: pulmonum articulorum, coxendicũq; uitia: febrium cõmeantium frigora: inflationes coli: uuluarum & intestini recti, ut in oleo deferuescat: & ita perluatur aluus. Strangulatus uuluæ aperit trita cum melle tota pube ad usq; sedem opposita. Cum oleo decocta potu uentris animalia expellit: dolores articularios illita cum melle comprimit. Cum ficu uero tumores hydropicorum inæquales compescit. In iis & decocta in uino ad dimidias partes atq; circum extersa Bibitur salutariter. Oculorum causa in cibo cruda condita ue prodest. Epiphoris cum polenta imposita. Lenit autem & capitis dolores cum aceto & rosaceo illita. Trita sanguinem continet narium indito puluere. Testibus inflãmatis cũ laureæ foliis: Eruptionibus pituitę cum cera myrtea. Vitiligines candidas cũ nitro uino pipere concorporat. Cum melle & alumine infricatur licheni. Cum iisdem thymos & formicas tollit. Auribus quoq; in dolore succus infunditur feruefactus in malicorio. Idem succus uisum inunctis cum succo feniculi & melle clarificat. Ignem sacrũ & quæ serpunt ulcera: quæq; manant e capite cum aceto psimithio & rosaceo emẽdat. Acrimonias allii & Cepullę cõmãducatus post extinguit. Montana Ruta copiosior data ueneni noxiam obtinet, sub florem colligentium eam: & Muria condientium manus exulcerat: inflato etiã ore cũ pruritu ardoreq; uehementi. Proinde Rutam carpturi defensis oleo manibus & facie operantur: aiuntq; Pullis gallinaceorum infantibus succo eo perfusis arceri ab auiariis felles. Rutam uero in Macedonia nascentẽ iuxta flumen Haliacmon: qui ederint: negãtur euadere. Montanus is est locus & uiperis scatens. Semen interaneorũ uitiis efficax. Immiscentur utiliter & antidotis. Frictũ id contra incontinentiã urinę dabis ut bibãt. diebus septem Desinunt meiere. Radicem eius montanũ moly appellant.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0124-7 DFG

RVTA CCCCLXXVII

Vta ſylueſtris ſatiuę ſimilitudinem refert. Pota comitialibus morbis &
r coxendicibus prodeſt. Menſtrua: quæ ſuſtiterint extimulat. Partus in
utero extinguit. Horridior q̃ ſatiua & ad effectum ualentior: Nec man-
denda: quoniam periculum inuehat. Alii & Hypericon Rutam ſylueſtrem intel-
ligunt: quod & Androſęmon & corin & Chamępityn uocant. Romani inda-
ralem. Aliqui ſentunalem. Punici churma ſemmaced. Cognominata eſt autem
Chamępitys: quoniam odorem haberet Reſinæ pineæ. Folia ſunt rutæ, Puſillo
frutice ac lignoſo leuiter rubente. Flos luteus: qui digitis tritus ſanguineum ſuc-
cum excernit. de qua occaſione quidam hanc androſæmon uocauere. Follicu-
lo ſubhirſuto & in rotunditatem prełongo, ſimilitudine Ordei claudente ſe-
men atrum & Reſinam deolens. Naſcitur culto & gracili ſolo. Vrinas cit, atq;
menſes admota. Quartanis eliberat: ſi euino bibatur. Folia cum ſemine parti-
bus: quas frigus aduſſerit: illinuntur. Propter coxendicum morbos diebus qua-
terdenis bibenda prębetur.

RVTA GALATICA CCCCLXXVIII

Vidam nomine ſylueſtris Rutę accipiunt & eã quę in Cappadocia na-
q ſcitur & Galatia Nuncupatam moly. Frutex eſt ab radice una complu-
res uirgas fundens foliis multo longioribus & tenerioribus q̃ rutę, gra
ui odore. Flos candidus. In cacumine Capitella paulo ampliora q̃ ſatiuæ: diuiſa
tripliciter parte plurima. In quibus ſemen Triquetrum ſubruffum, & amariſſi-
mum ſapore: cuius in medicina eſt uſus. Autumno matureſcit ſemen. Conuenit
quibus hebetes oculi. Subigendum cum melle uino felle Gallinacei: Succo feni-
culi atq; croci. Hoc genus herbæ aliqui Harmala uocauere. Syri beſſaſa. Cappa
doces Moly. quando quidem a uero moly omnino non diſcrepat facies: Radi-
ce uidelicet pulla: & Flore albo. Colles amat & pinguia.

MOLY CCCCLXXIX

Oly uerum Aliqui laucoion agrion id eſt Violam ſylueſtrem uocant.
m Folio graminis latiore in terram iacente. Flos uiolę matronalis Lactei
coloris ſed minor & amplitudine potius purpureę uiolę. Candidus cau
lis cubitorum quaternum. Cacumini adiunctum eſt caput allio ſimile. Radix
oblonga, bulboſa. Inter prima efficax ad uuluas aperiendas contrita & cum Iri-
no unguento uelleribus collecta.

PANACES HERACLION CCCCLXXX

Anaces alii Heraclion: de quo ſuccus Opopanax dictus excipitur. Plu
p rimum fert Boetia & Phocis arcadię: induſtria maxime olitorũ quibus
ex eo quęſtus redit maximus. Foliis in terrã iacentibus, inſigniterq; ui-
ridibus, aſperis ut ficulnea poſſint uideri quinquepartito lancinatis per ambitũ.
Caule ferulaceo & altiſſimo, lanuginemq; habente candidam & folia circum ſe
minuſcula umbraculum ſuſtinente ut anethum. Flore luteo, Semine odorato
feruentiq; in ore. Pluribus ab uno principio radicibus candidis, graueolen-
tibus multi ſalſiq; corticis. Gignitur & Cyrenis In Africa. Itemq; Macedonia.
Excipitur lachryma radice Inciſa: cum recens Eruperit caulis. Ea Red-

ditur candida. Sed ubi adaruerit præfert extrinſecus croci colorem. Quod defluit e uulnere: foliis ſubſtratis & area circum pauita & puluillis incluſa, concreſcere patiuntur: Mox tollunt. Manat & laxato plaga caule meſſibus, eodēq; modo excipitur. Laudantur radices candidæ ac rigentes & ſiccæ & quæ cariem aſſeruatę nō ſentiant guſtu: qui linguā accēdat: odoratuſq; ſit. Semen optimū: quod e media ferula in muſcariis eius continetur. Minus utile macilentiuſq; quod agnaſcentium ſtolonum cacuminibus dependet. Succum probamus amariſſimū ſapore: interius candidum, & ſubruffum extra Croceum: leuem: pinguem: friabilem: tenerum facile tabeſcentem: odore graui. Damnatur maxime niger ac mollis. Adulteratur hammoniaco aut cera. Coarguitur ſi ex aqua digitis teratur namq; ſincerus diluetur & elacteſcet. Virtus ei excalfacere: tenuare: mollire. Ideoq; ad horrores frigidos & circuitus febrium conuenit. Rupta conuulſa, lateris dolores: Tuſſes: Tormina, ſtrangurias ſcabiem ueſicæ cum aqua mulſa aut uino deſumptus. Menſes trahit: & partus extinguit. Inflationes uuluæ & duritias diſcutit ſolutus ex melle. Inungitur eo & coxendicum dolor. Immiſcetur acopis & iis: quę ad capitis deſideria componuntur. Carbunculos idem eiicit. Podagris cum Vua paſſa linitur. Cauis dentium inditus dolorem ſedat. Ad claritatem oculorum inungitur. Contra canis rabioſi Morſus in pice colligitur: ſingulariterq; proficit. Radicis ramenta uuluis admoliuntur, ad extrahendos infantes. Vlceribus uetuſtis & ubi carnes ab oſſibus receſſerunt: opponitur trita cū melle. Semen cū abſinthio deuoratū purgationes menſtruas reddit. Animaliū ictibus cū Malo terræ contrariū eſt. Mulieribus pręfocatis cum uino traditur bibendum.

PANACES ASCLEPIVM CCCCLXXXI

p Anaces Aſclepion naſcitur caule tenui cubitali geniculato circa quem folia feniculi: ſed maiora tamen hirſutioraq; odorata in cacumine umbella, ubi flos aureus aſperi guſtus & odorati. Radix parua & tenuis. Huius flos atq; ſemen contrita cū melle ulceribus: tuberculis: phagdeeniſq; imponūtur. Proſunt & Serpētiū ictibus: ſi bibanť ex uino & illinanť ex oleo. Quidā & Origanū ſylueſtre panaces uocant: Alii cunilam. De origano diximus.

PANACES CHIRONIVM CCCCLXXXII

t Ertium Panaces chironium cognominatur Pelio monte laudatiſſimū Folio Amaraci. Flore aureo. Radice gracili nec profunda: guſtantibus. aſpera. Valet radix contra ſerpentes potu: Coma uero illitu.

LIGVSTICVM CCCCLXXXIII

l Iguſticum aliqui Panacean & Panaces appellauerunt. In liguria copioſum appenino monte finitimo alpibus: unde nomen. Indigenę panaces uocant. Non ſine ratione: quoniā Radice cauleq; præterea & effectu heracleoticū Panaces referret. Naſcitur in altiſſimis & aſperrimis montiū: itemq; in opacis pręſertimq; ubi ſint Rigua: tenui cauliculo qualem in anetho conſpicimus: genicula habente: & folia ſertæ campanicæ odorata, tenerioraq; in cacumē graciliora & diuiſa magis. obſidet ſūmitates umbraculū: in quo ſemē nigrū: farctū oblongū: figura feniculi: ſapore acri odoratoq;. Radice alba heracleotici panacis beneolēte. Semini & radici uis ineſt excalfactoria & apta cōcoctioni-

Lus & ad leuandos internos dolores: Tumores inflationes præcipue stomachi Vulnera serpentium, cõmorantes urinas & menses. Idem præstat radix uel appositu. Eadem cum semine Oxyporis & suppurantibus miscetur. Stomacho quidẽ inter Pręcipua utile est: quare ab incolis additur in obsonia Piperis modo. Adulteratur grano persimili: sed quod sapore deprehendatur. Amarum enim id est. Quidam mutare solẽt feniculi semine, aut seseli.

STAPHYLINVS CCCCLXXXIIII

Taphylinos agrios. Alii Ceras. Alii Cerẹcomen. Romani Carutam: &
s Pastinacam rusticam. Ægyptii Babelyru. Afri Sichcham. Foliũ habet simile Gingidio latius & subsalsum. Caulis ei rectus & scaber: cacumen anethi, superq; id flores candidi: quorum in medio exiguum quiddam ceu tuber fungosus cernitur: colore purpureo: fereq; ad croceum accedente. Radix ei pollicem crassa, palmum longa: iucundi odoris esulentaq; si coquatur. Eius semen potum appositumq; uuluis purgationes feminis restituit. Difficili urinæ. Hydropi pleuritidiq; bibitur. Serpentium plagis iniicitur, neganturq; lędi, qui ante gustauerunt. Adiuuat & conceptus. Pellit & radix urinas: uenerem stimulat. Partus apposita extrahit. Phagedenas ulcerum sistit. Folium cum melle impositum. Aptior cibis satiua: quæ ad eadem pollet: Efficacior tamen syluestris.

SESELI MASSILIENSE CCCCLXXXV

Eseli Massiliense alii Sphagnon appellauere. Foliũ gerit feniculi crassi-
s us dũtaxat: semen quoq; callosius obtinet & habitius. Caput anethi & in eo granũ oblongũ angulosumq; & cũ estur: acre. Radix longa: grati odoris. Hęc & semen calefaciunt. Stranguriæ: orthopnoeę: suffocationibus mulierũ comitialibus medent. Menses partusq; trahunt. Interaneis oibus prosunt: & cõtra ueterẽ tussim. Ipsum semen cũ uino haustũ cõcoctionibus cõfert. Discutit tormina: & horrores coercet. Per niuẽ Ituris bibere id cũ Pipere atq; uino pręcipiunt. Datur & ad iuuãdos caprarũ & cæterarũ quoq; quadrupedũ partus.

SESELI ÆTHIOPICVM CCCCLXXXVI

Abetur & Æthiopicum Seseli: quod Ægyptus cyonon phricen appel-
h lat. Folio hederaceo: sed minore in longitudinem porrecto pericylmeni herbæ modo. Frutex alioquin magnus: Sarmẽtisq; bicubtalibus. In eoq; Dodrantales rami: capitula ut anethum. Semen densum: nigrum: amarum: acrius: & odoratius, q̃ Massiliense admodũ suaue: ualet ad eadem omnia.

SESELI PELOPONNESIACVM CCCCLXXXVII

Vod uero in Peloponneso gignitur Seseli Peloponesiacum dicitur: fo-
q liis Cicutæ: sed latioribus crassioribusq; excedẽs Massiliẽse amplitudine caulis: quẽ ferulaceũ cõtinet. Sũmũ eius lata umbella occupat. Semẽ cõplexa odoratũ: latius carnosius uires habet: quascũq; supius dictũ. ꝓuenit locis asperis: Riguis: collibus: insulis. TORDILON CCCCLXXXVIII

Ordilion alii Tordilon. Quidã creticũ Seseli. Nascitur in Cilicia mõte
t Amano. herbula fruticosa. Seminis rotũdi, geminatiq; forma Clypeolari: gustu subaspo beneolẽtis. Elicit potu mẽses urinasq;. Succo qdẽ cauliculi eius & semis uirẽtis hausto ternis obolis diebꝰ decẽ i passo renes sanãt. Effi-

caciorq; iis est etiamnum radice.hæc cum melle lincta excreationes pectoris cit. habet autē herba hæc surculos porraceos, luteos & in purpuram uergentes.cacuminibus rotundis, cōcoloribus.flores intus ad instar seminis minuti cōtinētibus

SISON CCCCLXXXVIIII

Ison semen exiguum in Syria nascitur Apio simile obnigrum & molliter longum: feruentis naturę bibitur ad Lienem & urinæ difficultates & mensium continentiam.utuntur eo indigenæ condimentis addentes in cucurbitas coctas ex acetoq; deuorātes.granula cacuminibus assidēt frequentia.

ANISVM CCCCXC

Neson alii Sion.Romani Anisum uocant.semen pusillum e Syria comportatum facie Apii oblongum & Pullum:Ignei effectus.usum eius spleneticis conuenire sat constat:Itemq; iis:quibus ęgre transit Lotium: feminarumq; quibus menses sufidunt.condiunt eo Syri cucurbitas coctas:manduntq; in aceto.ac præcipua quidem eius natura in calfaciendo posita est. sed & ipsum quoq; oris alitum iucundiorem facit.Somnumq; aduersus dolores prouocat.urinā ciet.Diffundendiq; habet uim:sed & sitim Hydropicis cohibet, aduersumq; ictus aculeatos animalium bibitur.Inflationibus resistit.uentrem & profluuia genitalis alba compescit:& abundantiam lactis prestat: & uenerem proritat.Dolores capitis leuigat suffitu naribus rapto.auribus fractis infunditur cum rosaceo.probatur recens adultum, neq; furfurosum:odoris ingrati. Laudatissimum Creticum:proximum Ægyptiū.

CAROS CCCCXCI

Aros semen notum.uis ei urinas mouendi:calfaciendiq;.Stomacho facile:gustu Iocundo.cōcoctionibus utile.Antidotis & Oxyporis inseritur:effectu Anisi.radix eius cocta, quēadmodū Pastinacæ in cibos admittitur.

ANETHVM CCCCXCII

Nethū qd mādic alii Polgodos, alii Anicetū. Prophetæ Gonos Cynocephali:siue Gonos hermu. Ægyptii Aracha.Romāi Anethū Punici Sicciria.Daci Polpū.Nota res ē. aduocat urinā:excalfacit:sapore grato:stomachum concoctionesq; adiuuat.additur in antidota:& Oxypora. simili Aniso natura, coquitur radix Pastinacæ modo in cibos si arefacti comæ, aut seminis decoctum bibatur:extrahit lac. Tormina inflationesq; sedat.aluum uomitionesq; superficiarias coercet.ructus mouet.singultus cohibet. in cibo frequētius oculos hebetat:genituram extinguit.Succus decocti mulieribus locosis ad insidendum confirmatur utilis:semen crematum condylomata illinentibus tollit.

CVMINVM SAT. CCCCXCIII

Vminum satiuum cōmendabilem habet saporē: pręcipue Æthiopicū: quod Hippocrates regium appellauit.sequens locus ægyptio: Tertius uulgari.nascitur in Galatia & Asia & Cilicia, & Terentia pluribusq; aliis regionibus.usus excalfacere, astringere, adsiccare: Tormina inflationesq; discutit decoctum & clistere iniectū ex oleo.Itemq; illitū cū farina ordeacea.orthopnoicis datur in posca serpentium ictibus resistit in uino.Epiphoris testium cum uua passa & farina Lolii aut cera impositum medetur.profluuia feminarū & sanguinem

guinem narium ex aceto tritum & pastillis inditum sistit, colorem bibentium & linentium mutat in pallorem.

CVMINVM SYLVESTRE CCCCXCIIII

Vminum quoq;:quod nascitur spōte:& a Romanis modo Agreste, mo
c do syluaticum dicitur:magna copia & efficacius prouenit in Galatia & Lycia, & Hispania ad Carthaginē.Frutex is modicus est.caule palmum alto:prętenui, quaternis quinisq; foliis, ueluti serratis diuisura Gingidii.capitula cacuminibus quina, senaue, rotunda & mollia paleaceum semen complexa.qd gustanti acrius satiuo est.Gigni solet in collibus.prodest torminibus semen & inflationibus potum ex aqua:singultibus cum aceto.constat & animalium uenenis aduersari naturam eius.ualet & ad humores in stomacho consistentes.commanducatum illinitur sugillatis cum melle & uua passa.Eodemq; modo & testibus inflammatis opponitur.

CVMINVM ALIVD SYLVESTRE CCCCXCV

St & genus alterum Cumini syluestris proximum satiuo:ex cuius singu
e lis floribus cornicula emittuntur tendentia in sublime:quibus semen figura Git includitur:præstantissimo remedio in serpentium morsu bibē tibus datur:& iis quos urina uel calculi acrioreui mordeant.Item iis qui sanguinē cōcretū per urinā reddāt, ita ut semē Apii feruefactū cōtinuo post bibatur.

AMI CCCCXCVI

Mi:quod a Romanis Cuminum alexandrinum dicitur: Quidam uero
a Æthiopicum Cuminum id esse existimant.alii Regium Cuminum appellant:pleriq; alterius naturę in totum putant Æthiopicum Cuminū ab eo, quod uocatur Ammi.notum hoc omnibus semen exilius multo q̄ Cuminū gustusq; Origani.optimum quod purissimum & sine furfuribus.huic quoq; calfaciendi & siccandi uis data.urinæ difficultates & tormina discutit:Serpentiūq; ictus in uino potum:emendaturis ita cruciatum eum:qui ueficam urinasq; stringit:sugillata reddit colori cum melle.pallorem quoq; similiter bibentibus oblinentibusq; gignit.suffitum cum uua passa:aut Resina uuluas purgat.

CORIANDRVM CCCCXCVII

Orion siue Corianum.Ægyptii Ocheon.Punici Goed.refrigeratori
e am continet uim:Quare illitum cum pane aut polenta ignibus sacris:& quæ serpunt ulceribus medetur.cum melle uero & uua passa Epinyctidas & Epiphoras, testium & carbunculos sanat.cum lomento seu Faba fracta discutit strumas & panos:pellit & animalia interaneorum in passo semen potum.genituram quoq; auget.mentem largius commouet magno discrimine:quapropter custodiri modū oportet:& frequētē caueri usū eius.succo uis magna cū psimthio uel argēti spuma & aceto ac rosaceo illinētibus ad refrigerādas ardentes in cute collectiones.

HIERACIVM MAIVS CCCCXCVIII

Ieracion maius, alii Sonchiten:Romani Lactucę generibus uendicant
h Punici Sithelesas.caulem habet modice adrubentem & scabrum inanē, spinosum.Folia ex interuallis scissa per ambitum more Sōchi.Flores in capitulis lōgiusculis luteos.facultas ei refrigerare, mediocriterq; astringere, ar-

doribus stomachi & inflationibus illitum prodest.rosiones quoq; in eodem uisce re mitigat sorbitionibus, succo.herba ipsa cũ radice ictibus scorpionũ imponit.

HIERACIVM MINVS CCCCXCVIIII

Ieracion minus Quidam & hoc Sonchiten cognominant. alii Enty-
h mon agrion, Romani Intubum agreste appellant, Punici Sithilesas.fo
lia ei sunt eodẽ modo per oram fimbriata ex interuallisq; prodeũtia.cauli
culi teneri & coloris herbacei.flores lutei circumscribentes orbem .ualet in quæ
superius.

APIVM D

Pium hortense facit omnia:quæ Coriandrum.priuatim Epiphoris ocu
a lorum cum pane, uel polenta impositum mire auxiliatur :Feruores sto-
machi refrigerat.Mammarum duritiam emollit.urinam mouet:& co-
cto & crudo uescentibus.bibitur succo decoctum cum radicibus ad resistendum
uenenis & quæ reddi uomitionibus libeat.uentrem astringit:semine urinas effica
cius ciet.bestiarum quoq; ictibus & contra potum spumæ argenti opitulatur.fla
tus dissoluit.miscetur allicientibus somnum propter dolores.utiliter & in The-
riacas additur facultates.Itemq; eas:quæ aduersus tussim conficiuntur.

ELEOSELENON DI

Leoselinon alii Pedinon, alii Hydroselinon agrion, Romani Apium ru
e sticũ.Nascitur humidis locis Apio satiuo maius:utilitates habẽs easdẽ.

OREOSELENVM DII

Reoselinon, alii Petroselinon agrion, Romani Apium, Ægyptii Ano-
o nim.caule uno prouenit, palmum alto.radice prætenuit sed per ambitũ
ramulos spargit capitulis Cicutę, tametsi multo tenuioribus.In his se-
men longum & acrimoniam gustu præferens tenue, odoratum : Cumino simile.
Nasci amat in petrosis montanis . In uino semine ac radicibus sumptum urinis
& menstruis ciẽdis efficax.proinde in medicinas, quę lotium exigunt:& calfacto
rias miscetur.cauendus uero illorum est error:qui Oreoselinon Apiũ in saxis ge-
nitũ contendunt.aliud.n.genus est id & Petroselinũ uocatur.

PETROSELENON DIII

Pium uero quod Petroselinon dicitur:exit in Macedonia crepidinibus
a p̃ruptis.semine Ammeos:sed olente magis, & gustu acri, odoratoq;.uri-
nas mensesq; cit:conuenit inflationibus stomachi atq; coli.torminibus
laterum, renum, uesicę doloribus potũ. adiungitur & antidotis propter urinam.

HIPPOSELENON DIIII

Ipposelinon alii Grielon.alii Agrioselinon.alii Smyrnion .Romani
h Olus atrum.alterius generis q̃ quod proprie Smyrnion uocatur ut sta-
tim demonstrabimus. Maius hoc & candidius hortensi Apio est.caule
alto inani tenero:& tanq̃ depicto lineamentis.Folia latiora suppunicantiaq; .In
summo coma Rosmarino flore per corymbos congesto plena:quæ anteq̃ deflo-
rescat, densatur.semine oblongo:farcto:pullo.acuti saporis odorato.Radice &
ipsa iocundi odoris & candida:gustu grato, nec crassa.Nascitur in opacis & iux
ta paludes.Estur more Apii conditum pro olere.at radix cruda & cocta uescen-
do est.Folia uero & caules dumtaxat cocti manduntur. Idq; modo per se, modo

cum piſcibus.crudi quoq; ſeruantur in muria. Semen potum ex mulſo Feminas purgat:algenteſq; calefacit:& potum & litum.Eodem ad ſtrangurias utuntur.radicis ad omnia eadem uſus.

SMYRNION DV

Myrnion:quod Ciliciæ Olitores Petroſelinon uocant Amano monte
s celebratiſſimum.caulem & hoc habet Apii:Stoloneſq; multos:folia latiora & ad terram infracta:quadātenus pinguia:& robuſta:iocūdi odoris cum quadam acrimonia:medicatiq;:colore in luteum langueſcente.capitibus caulium orbiculatis:ut Anethi:ſemine rotundo:ſimili Braſſicæ obnigro:guſtu aſpero:æmulante Myrrham tam proxime,ut altero ſato ;alterum quandoq; naſcatur:radix quoq; inter acrimoniam odorata:mollis:ſuccoſa : mordet gulæ tranſitu.cortex eius foris niger,intus uiridis & ſubalbidus.Naſcitur i ſaxoſis collibus:humidis locis:& angulis terrenis.uſus radicis:foliorum & ſeminis excalfacere.folia prorogantur ſale condita.& aluum ſiſtunt . prodeſt radix pota contra ſerpentes.Eadem medetur tuſſi & Orthopnoeę : & urinæ anguſtiis:collectiones & ſuppurationes non ueteres.Item duritias diſcutit illitu.uulnera ad cicatricem perducit.feruens uero appoſita eiicit fœtus.ſemen Lienis & renum & ueſicæ uitiis conuenit.Idem ciet menſtrua & ſecundos partus.cum uino lumborum dolores mitigat.Inflationem ſtomachi diſcutit.ſudores mouet & ructus. peculiariter hydropicis & contra febres obambulantes potatur.

ELAPHOBOSCON DVI

Laphoboſcō alii Elaphicon.alii Nephrion:alii Ophigeniō.alii Ophio
e ctonō.alii Herpyxen.alii Lymen,Romani Cerui ocellū.Ægyptii Chemis:Punici Aſcaucau.caulem mittit Roſmarino ſimilem,aut Feniculo anguloſum.foliis latitudine digitorum duum & admodum longis ut Terebintho:infractis & aliquatenus aſperis.propagines multę,umbellas Anethi ſublute as ſubſtinent.Ipſum quoq; ſemen Anetho ſimile eſt.radice tris digitos longa:unius craſſitudine,candida,eſculenta,prędulci:Laudatur in cibis recēs editus caulis.Fama eſt hoc pabulo ceruos reſiſtere ſerpentibus:Ideo ſemē percuſſis cū uino traditur bibēdū.

FENICVLVS DVII

Arathri hoc eſt Feniculi folia in defectu lactis pota mammas replent.ſi
m militer & ſemen per ſe:aut cum Ptiſana decoctum.ueſicam purgat & renes ſuccus comę decoctę urinam excitandi natura.Medicinę in eo & ad ſerpentium ictus in uino & ad menſes eliciēdos: In febribus ſumptum cum aqua frigida nauſeam ęſtuſq; ſtomachi releuat.radices tritę cum melle morſibus canū linuntur.colligitur ſuccus expreſſis caulibus ei & foliis:& in ſole denſatur medicamentis:quæ ad aciem oculorum reficiendam parantur. Fit & ex ſeminio eius recenti foliis totis ac ramis una expreſſis ad eadem u ilis. Fit etiam e radicibus prima germinatiōe inciſis.In Hiſpaniæ Hiberia Lachrymas reddit ſimiles Gūmi.Caulem ipſum cum floret, Indigenæ demetunt medium: detractumq; ſecus ignem deponunt:ut caloris ui ceu exudans eiiciat:quod quæritur Gummi:atq; hoc efficacius eſt oculis,q̄ ſuccus.

HIPPOMARATHRVM DVIII

h Ippomarathron,alii Marathris,alii Marathron agrion,Ægyptii Sā

psoth.Prophetę Thymarnolen. Romani Fęniculum erraticum, álii Feniculum equinum, alii Mium.Galli Sistia meor: sylueſtre id Feniculum eſt ſatiuo grandius: ſemen ferens ut Canchry. Radix ſubeſt odorata: quæ prodeſt ſtranguriæ potu & feminarum menſtruis appoſitu.ſemen & radix ad aluum ſiſtendam: & aduerſus animalium percuſſus bibuntur.calculos, pellere, Morbum Regium purgare uim habent.

HIPPOMARATRVM ALIVD DIX

t Raditur & aliud Hippomarathri genus:folio anguſto exiguo & oblongo:ſeminis rotundi ut Coriandrum, guſtu acris:odorati:excalfactorii Medicinæ in eo cum genere priore communes: ſed infirmioris operæ.

DAVCVS DX

d Aucum, alii Dirceon.Differentię eius tres.Creticum Feniculi ſimilitudine:minoribus & candidioribus foliis, caule ſemipedali:capitulis rotundis, ut Coriandri.Flos candidus.ſemen acre album:hirſutum & odoratum.Radix craſſitudine digitali & longitudine dodrantali.hoc genus in ſaxoſis naſcitur meridianis.Alterum ſylueſtri Apio ſimile eſt, acre, guſtantiq; odoratum & feruens.pręcipua bonitas Cretico. Tertium genus folio Coriandri albiſq; floribus:capiteAnethi & ſemine: Vmbraculum inſidet faſtigio.ſimile Staphylino: quem Paſtinacam erraticam ſiue ruſticam appellant.plenum ſeminis longi, ut cuminum acris.omnium ſemen excalfacit.urinas & menſes potum exercet. ſedat & tormina.inueteratas tuſſes mitigat.ad phalangiorum ictus in uino dant ut bibatur. Tumores illitum diſcutit.Ex aliis uſus modo ſeminis.Ex Cretico etiam radicis & magis ad ſerpentes cum uino eſt.

DELPHINIVM DXI

d Elphinion, alii Diachyton.alii Diachyſin:alii Paralyſin, alii Cammaron, alii Hyacinthon, alii Delphiniada.Sunt qui Nerion, & Nereiadion, & Soſandron appellent.Item qui Cronion, Romani Buccinum maiorem.rami ab una radice cubitorum binum, aliquando etiam maiores exiliunt, circa eos folia ſunt puſilla, diuiſa, tenuia, oblonga Delphinis effigie:unde & nomen.flos Violæ matronalis in purpuram uergens.ſemen in ualuulis Milio ſimile:quod in uino ſumptum ſcorpionum uulneribus ut nihil aliud medetur:probabili argumento, quoniam ſcorpiones appoſito eo torpeſcunt:amiſſa mobilitate: ſtupenteſq;, atq; inefficaces ictibus redduntur.Eodem ſubducto uires ad maleficium priſtinas reſumunt.Naſcitur aſperis locis:& totius diei ſolem accipientibus.

DELPHINIVM ALIVD DXII

h Abetur & alterum Delphinium: quod quidam Hyacinthum, Romani Buccinum uocant:prioris ſimilitudine:ſed foliis & ramulis multo gracilius.poteſt ad quę alterum itidem genus: non tanto tamen effectu.

PYRETHRON DXIII

p Yrethron, alii Dorycnion, alii Pyrinon, alii Pyroton, alii Pyrothron, alii Arnos ſyrites, Prophetę Pyritē, Romāi Saliuarē uocāt.caulē habet & folia Gallicæ paſtinacę ſylueſtris aut Feniculi.capite Anethi Orbiculato.radicē pollicis craſſitudine:oblōgā:guſtus ardentiſſimi & ſaliuā ciētis, ideo

ad dentium dolores decoquitur in aceto, ut colluatur: & ad pituitã oris siccandã tenetur in ore, commanducaturq;. sudores uero inunctis ex oleo commouet: & uetustis horroribus prodest. per frictiones membrorum resolutionesq; mire sanat.

LIBANOTIS DXIIII

Libanotis duo genera habet summa. Fœcundum & sterile. Fœcundum
l in duas quoq; differentias conciditur. alterum est, quod ab aliis Zea. ab aliis Campsanemos dicitur: cuius semen Canchrys uocatur, feniculi folio crassiore, orbiculato in terram iacente odorato, caule cubitali, quãdoq; etiã maiore: Stolonibus multis: quorum a capitibus umbellæ gestantur seminis plenæ candidi & Spondylio similis rotundi: angulosi gustu acuto: resinacei, accendentis os, cum manditur. radix alba magnitudinis iustæ Tus redolens. alterum simile superiori per omnia: sed lato semine atq; nigro Spondylium imitante odoratoq;, nec feruenti. radice foris obnigra: intus si frangantur, exalbida. quod uero sterile appellatur, cætera quidem prioribus simile est: uerum neq; caulem: neq; florem: neq; omnino semẽ fundit in saxosis & asperis nascens. omnium folia trita imposita Hemorrhoidas comprimunt. Inflammationes Sedis & Condyloma ta strumasq; placant. collectiones difficile suppurantes excoquunt. Radix arida cum melle purgat ulcera: torminibus medetur: & serpentium ictibus bibenda cum uino. tempestiua & feminis purgandis & urinis ciendis. Tumores lita uetere discutit: succus & radicis & fruticis oculorum aciem cum melle inunctus exacuit. Semen ad eadem traditur. Itemq; ad Comitiales: & uetera pectoris uitia: & Regium Morbum in uino cum Pipere: aut cum sudor quærendus: illitum cum oleo: Item ruptis: conuulsis: podagris illinitur tritum cum erina farina & aceto. purgat & uitiligines aceto mixtum asperrimo. in potiones uero has utendum semine alterius generis, non eo quod e rore Cãchryn ferente nascatur: quippe acrimonia in eo anceps, gutturiq; inutilis. Theophrastus auctor est, cũ Erice libanotidem nasci foliis Lactucæ syluestris eius: quę sit amara: breui radice. hanc si bibatur, purgare utralibet parte. cæterum folia huius candidiora esse, asperioraq; q̃ lactucæ. porro Canchrys: quæ de rore supradicto gignitur: excalfaciendi uim habet: & resiccandi quoq; uehemẽter. Ideo smegmatis additur cõtra fluctiones oculorũ cõpositis: in qua curatione triduo geritur illitũ capiti. ab eo tẽpore decutitur.

LIBANOTIS CORONARIA DXV

Libanotis ea: quam Romani appellant Rosmarinũ: & qua nectentes co-
l ronas utuntur in exilibus uirgis: folium habet tenue, crebrum, oblongũ & gracile intus candicans extra uiride, graui odore. calfacit, & auriginẽ sanat decoctũ in aqua & ante gestatiões inambulationesq; sumptũ, ita ut post eas obiter lauẽt: merũq; hauriãt: qui sumpsere. adhibetur hoc acopis & oleo musteo.

SPONDYLION DXVI

Spondylion alii Aragen. alii Phalangion. alii Asterion. alii Nesyrin, alii
s Spondylida: & choridanum & oenanthen. Romani herba Rutinalis. Ægyptii Apsapher. Prophetæ Osirin. Foliis quadantenus Platani. cætero ad similitudinem Panacis. caulibus magnitudine cubiti, uel etiam amplioribus atq; Feniculaceis. Semen in cacuminibus Silis effigie: sed duplex & latius

& candidius:paleosiusq; graueolens.Flore candido aut pallido:Radice alba.rha phano simili. Nascitur palustribus & uligine cõmadentibus locis.purgat pituitosa per uentrem.Bibitur & in iocinorum causis:morbo Arquato:comitialibus, orthopnoicis:uuluarum strãgulatione.correptos importuna ui somni: subindeq; cassabundos marcore uellicat suffitu.infunditur cum oleo capitibus phreneticorum & letargicorum.Item capitis doloribus longis.Illinitur cum Ruta serpẽtibus ulcerum.Datur & radix contra regium morbum & in iocinoris uitio.Derasa & in fistulas coniecta callos earum derodit.succus recentis e flore auribus ulceratis & purulentis immittitur.Expressus hic ut cæteri & curatus reconditur.

FERVLA DXVII

n Arthecis, Italia Ferulã uocat:usus in medulla e uiridi ea cœliacis & screantibus sanguinem .in uino ad uiperas bibitur.ualet & ad sanguinem sistendum naribus indita.semen torminibus medetur.Ex oleo autem perunctis sudores mouet.Caules ipsi capitis dolorem edentibus faciunt. Inueterantur & sale pro cibis. Caulem Ferula sæpe tricubitum fundit.Folia sunt Feniculi: crassiora multo, atq; maiora. Ex eo fit & Sagapenum uocatum delibrato excauatoq; secundum radicem.

PEVCEDANVM DXVIII

p Eucedanum, alii Agrion, alii Agriophyllon.Prophetæ Agathos Demon hoc est bonus Genius, alii Pinastellum.Romani Satariam. caulis est ei tenuis:macilẽtus:similis Feniculo.densitate iuxta terram comosa. flos luteus.Radice nigra succosa:graui odore:crassa: Gignitur in mõtibus opacis.Inciduntur radices tenerę pro succo cultellis:ut quod effluit, cõtinuo in umbra ponatur.Nam sole uires amitteret.in colligendo capitis dolor & uertigo sentitur: Nisi nares prius & caput rosaceo perungantur.radix succo exempto inutilis redditur. Et alius succus e caulibus modo expressis, modo plaga laxatis excipitur:sicut & radice:quod & in Mandragora fit.uerum quod manat inciso eo minus pollet effectu, q̃ quod expresso colligit.sed & uelocius quoq; difflatur, exanimaturq;. Inuenitur interim & Lachryma Turis modo cõcreta caulibus & radicibus adhærescens.laudatissimus succus ex Sardonia, mox Samothracia, odore graui:colore ruffo:gustu feruenti: cum aceto & rosaceo conuenit ad Letargum, & phrenesin:uertigines oculorum: Morbum comitialem: dolores capitis longos perunctis:Item ad resolutiones neruorum:coxendices, conuulsa :In uniuersum ad omnia uitia neruorum cum oleo acetoq; illitus.In uuluarum strangulatione olfactorium est.In somnum quoq; prociduos expergiscit subditũ naribus, fugantur suffiti nidore serpentes.aurium dolori cum rosaceo instillatur : addendus in Dentium caua si dolent.Prodest ad tussim cum ouo deuoratus.Difficilem anelitum, Tormina, Inflationumq; uitia discutit. Ventrem molliter cit: Lienem consumat.Ægre parientibus singulariter proficit.solet & ad tormenta uesicę aut si tenta sit, bibi.Item ad renes.exaperit uuluas . Eiusdem effectus & radix, nisi qd̃ infirmior:In usu est & decoctum eius.eadem teritur arida ulceribus sordidis.squamas ab ossibus eximit.cicatricẽ ueteribus malis obducit. ceratis & malagmatis excalfaciẽtibus miscetur.Probat̃ recẽs & libera carie. Itẽ solida odorisq; plena.

ſuccus in potiões reſoluit amaris amygdalis:aut ruta:aut pane calido:aut anetho.

MELANTHIVM DXIX

Elanthium.Alii & hoc Mecona agrion melana Romani papauer nigrum.Frutex eſt puſillus. Tenuibus feſtucis.Altitudine digitorum octo uel eo amplius: Foliis paruis Senetioni herbæ ſimilibus, multo tamen exilioribus.Capitulo ſummitatibus:gracili exiguo:forma papaueris:oblongo: interius loculoſa diſtinctione ſeptorum : in quibus ſemen pullum : acre odoratum: quod & Cruſtæ panis inſpergitur. Capitis dolores illitum fronti diſcutit. Ad bilem incipientem ſuffundi cum Irino oleo infunditur naribus tritum. Ad lentigines:lepras tumores ueteres & duritias illinitur ex aceto.Clauos circumſcarificatos ferro extrahit cum uino uetere appoſitum. Dolores uero dentium, cum aceto ex haſtulis tedæ decocto colluimus. Tineas latas umbilico illitum ex aqua depellit. Tuſum & in linteolo illigatum olfactu diſtillationes capitis diſcutit. Ciet menſtrua & urinas & lac Diebus continuis ſumptum.Sedat & difficultates ſpirandi addito uino potum.Bibitur drachma una cõtra Araneos in aqua. Fugantur & incenſo Serpentes.largius deuoratum interficit.

LASERPITIVM DXX

Aſerpicum in Syria & Armenia & Media & Africa naſcitur.Caule ferulaceo : quem Maſpeton uocant: Foliis Apio ſimilibus. Lato Semine Radix excalfactoria eſt:& in cibis ægre concoquitur. Veſicę quoq; noxia.Strumis uero & Tuberculis cum cera aut etiam ſugillatis cum oleo amiciſſima.Coxendicibus cum cera Irina:uel Cypria excreſcentibus circa ſedem in punici mali Tegmine cum aceto decoctum. Venenis quidem potu reſiſtit. Cõmendatur ſapore ad intinctus, iuſſulẽtaq; atq; garum.Capitur ſuccus e Radice: atq; Caule:qui ſcarificatis iis profluit.Probatur colore modice ruffo tranſlucens & redolens Myrrham odoris intenti. Dãnatur colos Porraceus:fero guſtu. Laus eſt & ei:qui protinus liqueſcens in candorem ſe diluit.Ac cyrenaicus quidem uel parum guſtatus difluere totum corpus ſudore facit. Inter omnes olfactu blandiſſimus, ut guſtanti os ne oleat quidem niſi momento.Imbecilliores habent uires:qui ad nos e Media aut e Syria conuehuntur. Odor iis uirus & Putrilaginem reſipit. Adulterantur omnes addito Sagapeno anteq̃ in areſcant. Dolum guſtu:odore:aſpectu coarguẽs: q̃q; ſe non ſoluit gutta aquæ uel ſaliua ut ſincerus.Quidam Caulem fruticis Silphium, Radicem Magydarin:Folia Maſpeton uocauerunt. Efficaciſſimus ſuccus:mox folia: Deinde Caulis: Inflationes is facit & uehemens eſt. Alopecias cum uino pipere aceto illitus curat. Claritatem oculis præbet. Suffuſionem fellis incipientem cum melle oblitus digerit. Cauernis dentium in dolore addendus & in linteolo circundandus parti : quæ doleat cum Turis polline. Colluendum & os cum Hyſopo & fico in poſca decoctis. Prodeſt & ad Canis Rabioſę Morſum impoſitus uulneri. Venena telorum & animalium omnium potus & circumlitus loco reſtinguit. Scorpionum tantum plagis ex oleo, Vlceribus Gangręna periclitantibus poſt ſcalpellum infunditur.Carbunculis cum Ruta & nitro & melle uel per ſe. Clauos & callos ante ſcarificatis ferro marginibus tollit ſubactus cum cerato aut aridæ fici car-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0135-9 DFG

nibus, lichenis recentibus ex aceto. Carnium excrescentes & polypi cũ atramẽto sutorio uel ęrugine aliquot diebus perunẽti forpicula detrahuntur. Prodest & longis asperitatibus faucium. Item raucitatibus repẽtinis. Confestim. n. dilutus aqua sorbitione fauces purgat: uocemq; reddit: uuam cum melle superlitus cohibet. In angina gargarissatur cum aqua mulsa. In uictu sumentibus meliorẽ colorem facit. In tussi cum ouo sorbili laudatur. Pleureticis in sorbitiones inspergit̃; Morbo regio & hydropicis datur cũ fico sicca. Potus in uino cũ pipere atq; tu re algores excalfacit. contractionibus neruorum & opisthotonicis oboli mensura ceræ circũlitus bibitur. Sanguisugas hærentes gulæ gargarissatus cũ aceto pellit. Datur & iis: qui coagulum lactis sorbuerint. Comitialibus cum aceto mulsõ; purgationibus feminarum cum pipere atq; myrrha: cœliacis deuoratus in acino uuæ cum lexiua conuulsionibus subitis atq; ruptis. Resoluitur potionibus cũ amaris amygdalis aut Ruta, aut Pane calido. Foliorum succo eadẽ; sed multo debilius prestantur. Eduntur autem ex aceto mulso ad arterię uitia prę sertim retusiore uoce. uescuntur iis etiam cum lactuca erucæ modo.

MAGYDARIS DXXI

a Lterum genus est: quod Magydaris uocatur. Natum in Lybia. Radice Silphio simili, minus crassum minusq; uehemens: fungosum: sine succo. Natura ei quæ Silphio.

SAGAPENON DXXII

s Agapenum succus est fruticis ferulacei nascẽtis in terra Media. Laudatur translucidum foris. Colore ruffo; & cum frangitur, candido intus. Odore medio inter laserpitii succum & Galbanum, gustu acre. Prodest laterum & pectoris doloribus: ruptis: cõuulsis: tussibus ueteribus: crassis excreationibus pulmonis. Sanat & comitiales: Opisthotonicos: lienes paralyticos: perfrictiones membrorum: Febrium circuitus potione inunctioneq;. Menses quoq; impellit. Partus cum aqua mulsa potum extinguit. Serpentium morsus in uino. Datur & olfactandum ex aceto in strangulatu uuluę. Discutit oculorum cicatrices obtusiones caligines: suffusiones. Resoluitur ut laser. Ruta & aqua & amaris amygdalis aut melle aut pane calido.

EVPHORBIVM DXXIII

e Vphorbion arborum generi ascribitur: ferulaceumq; est proueniens in Africa, monte Tmolo Mauritaniæ: succo madens acerrimo: qui ab loci hominibus propter immodicum eius ardorem non sine metu colligitur. Proinde uentriculis ouium lotis excipulas construunt: in quas per ambitum arboris ligatas succus incisę contis e lõginquo profluat. Statim uero tanq̃ e uase aliquo magna uis eius in uentres subiectos effunditur: sed & in terram quoq; spargi cõtingit: aperientibus contis ut diximus. Liquoris eius duo sunt genera. Translucidum ueluti sarcocolla permixta. Eligendus qui sit perspicuus atq; uehemens. q̃q̃ gustus experimẽtũ difficile, ut qui leui tactu linguæ accensum os diu detineat: & qui admota omnia Euphorbium uideri faciat. Inuentionem eius Iubę Regi Libyę referimus acceptã. Suffusiones discutit succus. Is si bibatur diẽ integrum cõtinet feruorem: qua propter & melle temperatur: & in collyria pro-

portione additur acrimoniæ. In coxendicum dolore potionibus odoratis affundit ur. Squamas ipso, quo imponitur die: corrigit. Præcauendum uero est, qui utũtur eo: circundatum ossibus carnem linamentis & Cera communiant. Quidam prodidere in serpentium ictibus periculum omne abigi: si quis inciso usq; ad ossa uertice succum eum dilutum infundat: deinde uulnus consuat.

GALBANVM DXXIIII

g Albanum succus e ferula est. Nascitur in Syria Metopion uocant aliqui: quod maxime laudant ad similitudinem turis: cartilaginosum & pingue. Item purum, minimeq; lignosum: & in quo non nihil seminis & ferulæ sit admixtum. Præterea graui odore: neq; humidum: neq; retortidum. Mutatur Resina & faba fracta & hammoniaco. Naturam habet excalfactoriã, comburentem, extractoriam, discussoriamq;. Menses & partus pellit appositu uel suffitu. Lentigines cum aceto & nitro illitum eximit. Per se bibitur ad tussim ueterem: anelitum: suspiria: rupta: conuulsa. Aduersatur Toxicis cum Myrrha & uino. Similiter sumptum abortus non exeuntes trahit. Imponitur & lateris Doloribus & Furunculis. Incensum odore comitialibus subuenit, & uulue in strãgulatu & uertiginibus. Serpentes quoq; nidore urentium fugantur: nec lædunt perunctos galbano. Easq; idem succus Sphondylio & Oleo mixto necat uel tactu. Dentium quoq; doloribus circumlitum aut additum in cauernas medetur. Difficilem tamen urinam facere existimatur. In potum pluribus modis resoluitur: amygdalis amaris: aqua: ruta: melle mixto: pane calido: Item q; aliter: Opio: felle liquido: ere combusto. Qui uolunt purgatissimum id habere, in feruentem aquam demittunt: ut liquescente eo puritas subsidat: & innatent sordes quas & sic eximunt in linteolo candido textu solutiore. Galbanum præligatum in pixidem Æneam aut fictilem suspendunt: ita ne fundum uasis pertingat: Mox adopertum in Aquam feruentem demergunt: ita: quod sincerum in eo erit: ceu per collum in pixidem distabescet: contra pars lignosa non transibit, subsistetq; in linteolo.

HAMMONIACVM DXXV

h Ammoniacon. Alii agasyllon. Frutex est e quo succus eiusdem nominis capitur. Alii Hammoniacon Thymiama, siue Criotheon: sunt qui Eliustion malint. Romani guttam appellant. Succus & hic ferulę est in Cyrenaica nascentis. Frutex cum Radice sua totus agasyllis uocatur. Probatur maxime coloratum, non lignosum sine Arenis & ad Turis masculi similitudinem cartilaginosum: purum: prædensum, liberum sordibus & odore Castorei: gustus amarulenti: quod genus dicitur thrausma. Alterum terrosum lapidosum ue phyrama appellant. In africa nascitur proxime hammonis Oraculum ferulaceæ uti diximus arboris lachryma. Panos & duritias extrahit: mollit: excalfacit: discutit. Aluum in potu soluit. Partus expellit. Lienem cum aceto drachma una comminuit. Articulorum & coxendicum dolores emendat. Suspiriosis: Orthopnoicis: comitialibus prodest. Humores in pectore consistentes: si fiat eclegma cum melle, aut si cum succo ptisanæ sorbeatur. Detrahit & cruentas urinas. Tollit & albugines oculorum. Scabritias genarum consumat cum

aceto dilutum impositum duritias lienis: Iocinorisq; sedat. Tofos articulorum: quos græci poros uocant cum melle aut pice illitum diffundit. Lassitudines & Ischiadas perungi cum aceto: & Nitro & oleo cyprio uice acopi utile est.

SARCOCOLLA DXXVI

Arcocolla est arboris Lachryma exeũtis in Perside Turis pollini simi-
s lis: colore subruffo: amara gustanti. Natura eius conglutinare uulnera: Fluctiones oculoꝝ sistere. Miscetur Emplastris. Adulterãt gũmi pmisto.

GLAVCION DXXVII

Laucion succus fit ex herba: quę circa Hierapolin Syrię nascitur: foliis
g fere papaueris cornuti: pinguioribus tamen. humilis herba: fastidiendi odoris: gustus amarioris. Succo multo crocei coloris. huius folia indigenę fictili olla in clibanis calfaciũt egelidis: donec marcescãt. Deide exẽptis ac tusis succũ exprimũt glaucion uocatũ. Vsus ei ad oculos. algẽtis naturæ ĩ sũmo.

GLVTINVM DXXVIII

Lutinũ: quod aliqui Xylocollã. Alii Taurocollã appellant. Optimũ est
g Rhodiacũ: quod fit extergoribus boum. Transluces & candidũ. Niger colos dãnatur. Aceto resoluit ad lichenas & Lepras: quę sũma in cute cernũtur. Dilutũ aqua calida efficaciter prodest ambustis: Nec pustulas fieri patitur. Cum melle atq; oleo subactum uulneribus ferruminis uice cõglutinat.

ICHTHYOCOLLA DXXIX

Chthyocolla uẽter est piscis cetarii. Laudature ponto, cãdicãs modice
i aspera, minime scabiosa: & quę celerrime colliquescat. Vtilẽ eam esse in capitis desideria emplastris eius generis additã constat. Itẽ ad lepras & ad tendẽdã cutẽ in facie.

VISCVM DXXX

Iscum optimũ recens. Intus porraceũ colore: forinsecus suffuluum sine
u scabritia, sine furfuribus ex acino quodã rotundo: quem ferãt quercus folio buxi. Tunditur. Mox lauatur: deinde in aqua decoquit. quidã cõmanducantes acinos id conficiunt. Dant & malus & pirus & aliæ arbores uiscũ. inuenitur id & circa Radices fruticũ quorundã. Vsus ad multa. Discutit: mollit: extrahit: cõcoquit tubercula & Parotidas: omnis generis collectiões absceſſusq; sanat cũ Resina & cera pari portiõe imposita. Epinyctidas itẽ in splenio. Vlcera uetera & cacoethe cũ polline turis mollit. lienẽ mixto calce uiuo decoctũ aut gagate lapide aut Asio, atq; ita impositũ extenuat. Vnguiũ scabritias cũ arsenico aut Sãdaracha illitũ expolit. Additũ calci uiuo & fecibus uini accẽdit eoꝝ uires.

APARINA DXXXI

Parinem alii Omphalocarpon. Alii Philanthropon uocant. Sunt qui
a Ixon idest uiscum appellent. Spectatur pluribus ramis exilibus quadrãgulis asperis: circa eos foliis in orbẽ collatis p interualla Rubię modo. Flos albus: semen durum: candidum: rotundum a medio leuiter concauũ umbilici effigie. Ipsa herba prætereuntium uestibus adhærescit. Vtuntur hac pastores in lacte pro collo excipiendis si qui substiterint: pilis. Succus e Semine caulibus foliis efficax cõtra phalangias potus ex uino & cõtra serpẽtes. Auribus ad dolores infunditur. Ad strumas folia in fece aceti collecta discutiendas teruntur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0138-6
DFG

ALYSSON DXXXII

Lyſſon, Alii aſpidion. Alii Haplophyllon, Alii accyſitõ, Alii adeſeton.
a Cremium eſt unicaule: ſubaſperũ foliis rotundis: iuxta quę fructus figu
ra duplicis peltæ ſemen complexus modice latum. Naſcit̃ in montanis
gracilibus. Decocti ſuccus ſingultus qui ſine febri ſint: diſcutit potu, aut ſi ore
modo cõtineatur: olfacteturue. Lentigines & tedia cutis in facie tritũ eius emen-
dat cũ melle. Cõmorſos a cane rabiem ſentire nõ patitur cõtuſum adalligatũq;.
In domo quoq; ſuſpenſum ſalutare habet̃: amuletũq; cõtra maleficia credit̃ & ho
minũ & quadrupedũ generi. i linteo rubro iumẽtoq; morbos expellit circũdatũ.

ATRACTYLIS DXXXIII

Tractylis alii Amyron. Alii Cnicos ſiue Cnecos agria. alii Aſpidæon.
a Prophetæ aphedros. Ægyptii cheno. Romani pręſepiũ. Alii fuſus agre
ſtis. Alii colũ ruſticam. Aculeatarũ hęc generis eſt ſimilis Cnico longio
ribus multo foliis in cacumine uirgularũ. Cętero fere nuditas aſpera. Vtunt̃ ea
mulieres pro fuſo. Sũmitatibus capitula iminẽt ſpinoſa. flos pallidus certis locis
purpureus: Radice tenui: ſupuacua. huius folia, ſemen, comę: trita cũ pipere atq;
uino cõtra ſcorpionũ uenena præbẽt auxiliũ: ferturq; ab iis pcuſſos: q̃diu teneãt
eam herbã, nõ ſentire cruciatũ. Simul cũ depoſita reciprocare ſenſum doloris.

ASCLEPIAS DXXXIIII

Sclepias alii Ciſſion: alii Ciſſophyllon. Ramos habet longos: folia he
a deræ. Radices numeroſas: tenues: odoratas. Floris uirus graue. Semen
ſecuridacæ. Naſcit̃ in montibus. Radices in uino torminibus & cõtra
ſerpẽtiũ ictus medent̃. Folia mãmaq; uuluarũq; uitiis: etiã ſi cacoethe ſint: illinũt̃

POLYCNEMON DXXXV

Olycnemon. alii clinopodion. alii polygonaton. Alii Dios helacaten
p id eſt Iouis colũ. Alii echeonymon. Romani putealogonthriã. Surculo
ſa Origano ſimilis. Semine pulegii: multis geniculis ſine umbella ſed
dependentibus paruis ueluti acinorũ corymbis odore acri, lucũdo: quæ ſicca &
uirens in aqua uulneribus glutinãdis imponit̃, ut quinto poſt die ſoluat̃. Bibit̃ &
ad ſtranguriam & rupta cũ uino. Vſu compertum eſt ramulis huius contritis in
uino albo datis magnum pręſidium afferri limphationibus.

CLINOPODIVM DXXXVI

Linopodion: quod alii Cleonicion: alii Zopyron alii Ocymoides ap-
c pellant. Surculoſa & hæc pedis altitudine. Naſcit̃ in petroſis. Foliis ſer
pilli. Floribus p interualla Marrubii ſimilitudine: Specie pedũ lecti prębentibus herba ipſa. Itẽ decoctæ ſuccus bibitur ad ſerpẽtiũ ictus: cõuulſa: rupta: ſtrãgurias. Mẽſes trahit & partus. Verucæ cõtinuis diebus bibẽtiũ decidũt. Multis experimẽtis cõfeſſum & ſup hoc frutice eſt. Ramulos eius ad tertias decoctos ex uino albo mederi correptis furore.

LEONTOPETALON DXXXVII

Eontopetalon. alii Leontopodion. alii leuceoron, alii leontion: alii do-
l rida. alii doricterida. Non deſunt q Lichnin agriã: & Thorybetron &
Rhapeion: & Mecona ceratiten id eſt Papauer cornutum & Anemo-

nem & Lacithron & Pardalion uocantes. Italia papauerculũ & ſemen Leoninũ. Caule ſemipedali aut etiã maiore: numeroſo alis: quarũ cacumine in Siliquis ſemina ciceris modo bina ternaq; continentur. Flore puniceo: ſimili anemones. Folio braſſicæ diuiſo papaueris forma. Radix nigra ſimilis Rapæ ſtrumoſa tuberculis quibuſdã ceu nodis articulorũ eminẽtibus. Naſcit̃ in aruis frumẽtario agro. Radix cõtra ſerpẽtes ex uino pota celeriter proficit. Miſcet̃ & Cliſteribus propter Iſchiada.

TEVCRION DXXXVIII

t Eucrion, quod Alii Chamædryn Alii Teucrida. Virgas habet multas herbæ triſſagini ſimilis: Folio tenui ciceris amplitudine. Prouẽtus eius in Cilicia plurimũ ad Gentiadia & ciſſada. Recẽs hęc in poſca uel ſicca deferuefacta bibitur ad lienem efficaciter eum conſumat. In eodẽq; deſiderio cũ fico illinitur & aceto. Serpentium plagis imponitur cũ aceto tantum.

CHAMÆDRYS DXXXIX

c Hamædrys. Alii chamędropen & linodryn. Romani Triſſaginem minorem. Quidam & hãc ex quadam ſimilitudine Teucrion appellauere In petroſis & aſperis naſcentẽ. Statura tota digitorũ quatuor altitudinem nõ excedit. Foliis paruis figura & diuiſura quercus amaris. Flore pene purpureo exili. Carpitur pręgnans ſemine. Recens in aqua decoquit̃ ad cõuulſos, ad Tuſſientes, ad duritias lienis: ad urinę difficultates. Eodẽ modo incipiẽtibus hydropicis efficax. Menſtrua partuſq; ciet. Ad minuendũ ſplenẽ ex aceto ſumitur. Aduerſus ſerpẽtiũ uenena in uino præbet̃: ſed & uulneribus iis utiliter ſupillinit̃. Facimus ex ea & paſtillos terẽtes eã pilulis deuorãdis ad ſupradicta. Sanat & uetera ulcera cũ melle. Trita cũ oleo diſcutit caligines oculoꝝ. Excalfacit punctiões.

LEVCAS DXL

l Eucas montana Latioribus foliis q̃ ſatiua eſt. Itẽ acrior & amarior ſemine: quod & minus gratũ ſapore habet. Efficacior quoq; q̃ ſatiua. Bibitur aduerſus aialiũ ferientiũ uenena in uino potiſſimũ cõtra marina.

LYCHNIS SATIVA DXLI

l Ychnis ſtephanomatice hoc eſt coronaria: quę & Athanatos & acylone & Ballarion & Geranopodion hoc eſt pes gruinus: & Corymbion & Taurion & ſceptron & Malloion uocat̃. Ab ægyptiis ſemeon. A Prophetis hęma apocathemenes. Romani geniculare ſiue ballariã. Florẽ habet uiolæ matronalis magnitudine ſed purpureũ. Nectit̃ ad corollas. Aduerſus ſcorpiones e uino bibit̃ ſemine.

LYCHNIS SYLVESTRIS DXLII

l Ychnis agria hoc eſt ſylueſtris. Alii Tauronoton. Alii atociã: alii hieracopodion hoc eſt pes accipitrinus. Ægyptii Semuer. Prophetæ apocathemenes Tauros. Romani Entubũ agreſtẽ. Alii lapatũ caphatuinum. Satiuæ ab oĩ parte ſimilis eſt. Sumit̃ ſemen huius ad detrahendã bilem p aluũ denariis duobus. Scorpionũ naturę tã cõtraria eſt, ut admota ea torpeſcere imobiles factos exiſtimẽt.

LILIVM DXLIII

c Rinon baſilicon hoc eſt Liliũ regium. Alii Crinanthemon. Alii Callimion. Alii Lirion ſiue Lerion. alii ſuſinon. Prophetę hæma areos id eſt ſanguinẽ martis. oſthanes aurã crocodili. Ægyptus Somphephu. Alii

Tialos.

Tialos, Romani Lilium, & Rosam Iunonis. Syri Sasa, Punici Abiblabon. huius quoq; flos uenit in Coronas ab aliquibus Lirion uocatus. Ex eo fit & oleum: qd' ab aliis Lirinum: ab aliis Susinum appellatur: ad emolliendos neruos priuatimq; uuluarum duritias. Folia imposita serpentium percussibus medentur: adustis uero feruentia si illinantur. Eadem ex aceto inueterata uulneribus. eorum quoq; succus in melle uel aceto decoctus uase æneo medicamentum liquidum fit ad ulcerũ uetustatem, & uulnerum recẽtia. radices tostę cum rosaceo sanat ambusta: uuluas emolliunt. Menstrua feminarum impellunt. ulcera cicatricibus cludunt. Impositæq; cum melle neruis præcisis & luxatis partibus conferunt. uitiligines emaculant. cõtra Lepras & Furfures & manãtia capitis ulcera cõfricantur. In facie cutem emendant: erugantq; corpora. Epiphoris testium cum aceto tritæ uel Hyoscyami foliis, & farina Tritici admouentur. aduersatur & potu ictibus serpentiũ semine: Idemq; illinitur Ignibus sacris & folia. Sunt & Lilia purpurea, ut quidã perhibent. laudatissima oleo faciendo in Syria, & Pissidia Pamphilię.

BALLOTÆ DXLIIII

b Allotę siue Melan Prasion: hoc est Marubium nigrum. alii Prasion alterum. alii Nophnam: alii Notiãoscemin, alii Nosprason, alii Notheras, alii Nocheles, alii Nostellida. Eadem ab aliquibus Nophrys & Gnothuris & Gnotera dicitur. a Romanis uero Marubium, & Apium, & Medata, & Vlceraria, & Cantherinum. Ægyptii Asphos: alii Esce: a Prophetis Hæma Isionis ideſt Sanguis Isionis. Caulibus quadrangulis, nigris fere hirsutis, ab una radice numerosis. Folio Marubii: sed maiore ac pene rotundo: piloso, uinciente per intercapedines caulem Citraginis similitudine graueolente. Ideoq; aliqui & hãc Melissophyllon uocauere. orbiculato florum ambitu: protinus candidos obducentium Scapos. uis eius efficax aduersus Canis morsus ex sale foliis tritis imposita. Item ad Condylomata contentis in cinere feruido, usq; dum flacescant. purgat & sordida ulcerum cum melle.

MELISSOPHYLLON DXLV

m Elissophyllon, alii Mellitteõ, alii Melittænã, alii Meliphyllon, aliiErythram. alii Demeli. Romani Citraginem & Apiastrum, Galli Merioetoemorion. dictum ab Apibus: quod herba illa paurimum gaudeãt. cauliculi huius & folia Ballotæ superius nobis descriptę similia sunt. Maiora hæc dũtaxat tenuioraq;. nec perinde hirsuta: citrumq; olentia. In uino foliis sumptũ medetur contra ictus scorpionum, araneorum, & canum. Eadem & decocto fouẽtes utilitas sequitur, ad insidendum quoq; decoctum feminas purgat. Sic & in dentium dolore colluitur. Dysentericis quoq; sic prodest iniectũ. in strangulatu a Fũgis cum Nitro folia bibuntur. Itemq; in Torminibus. Ex iis & Eclegma Orthopnoicis fit. Strumis cũsale: Item ulceribus: quæ purganda sint: & Articulariis doloribus illinũtur.

PRASION DXLVI

p Rasion alii Eupatorion, alii Philophares, Ægyptii Asteriope, Prophetæ hæma Tauri, hoc est sanguinem Tauri, alii Aphedros, & Gonos Hori. Marubium & Labeoniam Romani. Afri Atierberzia. Frutex est ab radice una ramosus, modice hirsutus, & albicãs uirgulis quadratis folio pollicis

magnitudine quasi rotundo: hirto: rugoso: gustu amaro. Semen floresq; asperi Verticillorum figura hęrentes per interualla caulibus: Nascitur in ruderibus & ædificiis collapsis. huius foliis siccis & semine in aqua decoctis aut expresso recentibus succo Tabiti, suspiriosi, Tussientes iuuantur cum melle: Excreationes pectoris crassæ cum Iri sicca purgantur. Menstrua mulierum cunctantia & secundæ soluuntur. partus difficiles promouentur. Datur & ad serpentiũ morsus & pocula uenenata. Cauendum uero uesicæ renumq; uitiis. Folia cum melle illita ulceribus sordidis probantur. Pterygia Nomasq; inhibent & lateris dolores. ad eadẽ ualet & succus: qui foliis tusis in Sole sit exceptus cõtentusq; diu. claritatẽ quoq; oculorum cum uino & melle inungentibus promittũt. morbum Regiũ per Nares comminuit. Aurium dolores infusus per se aut cum rosacco Discutit.

STACHYS DXLVII

Tachys Frutex Marrubii similitudinem habet: paulo tamẽ lõgioribus
s foliis pluribusq;: Prętera modice hirsutis, durisq; odoris iocundi. uirgulæ in eo ab una radice plures exiliunt candidiores aliquanto q̃ Marrubium. Montes & aspera diligit. acris natura. excalfacit: pellit menstrua & secundas Foliorum decocto in potum dato.

PHYLLITIS DXLVIIIi

Hyllitis alii Phylliden, alii Acaulon, alii Lapathon agrion id est Rumi
p cem sylueſtrem. prouenit foliis Lapathi lõgioribus dumtaxat adultioribusq; modo senis modo septenis. Interius lęuor. auersis annexos: exiles ceu Vermiculos præferens. In opacis Hortisq; nascitur. austeri gustus. Caule: flore: Semine deficitur. Sumũtur folia in uino ad serpẽtiũ morsus. Quadrupedibus quoq; pcussis infusa p os medẽtur. Et erga Dysentericos efficacis effectus in potu solutionesq; uentris.

PHALANGION DXLVIIII

Halangion aliqui Phalangiten: & Leucacanthã. ramuli sunt ei duo, uel
p tres pluresue in diuersa tendentes. Flos candidus Lilio similis: sed prę-cincto incisuris multis. semine crasso: nigro: lato: ad Lenticulæ dimidiæ figuram, multo tenuiore. radicula gracili, herbacei coloris protinus q̃ eruitur postea contrahitur: uidetur in collibus gigni: folio huius uel flore, uel semine auxiliantur in uino contra scorpionum, Phalangiorumq; ictus. Item contra tormina.

TRIFOLIVM DL

Riphyllõ, alii Oxyphyllon, alii Minyãthes, alii Asphalthion, alii Cne
t cion, Romani Trifoliũ acutũ siue Trifoliũ odoratũ. Fruticat uirgis tenuibus nigris & Iunceis: agnascente circa eas propagine: alitoribus cubito. Folia sunt arbori Loto similia in singulis germinibus terna. Odor tenellis qualitatem habet Rutæ: cum uero adoleuere: Bituminis. Flos purpureus. semẽ latum & quadantenus pilosum: & ab altero limite cornutum Antenæ modo. radix longa & gracilis firmaq; conspicitur. Auxiliantur in aqua semen & folia pleureticis. Difficile urinam facientibus: morbo comitiali: Mulieribus locosis: mensibus: qui subsidant: hydropicis incipientibus. Modus tradendi Drachmæ tres seminis: quatuor foliorum: pręualet & cõtra serpentiũ uulnera foliis in aceto mulso deuoratis, uel ut a quibusdã in remediis eius ascribitur, foliis & radice decoctis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0142-7 DFG

fouendo ea. Addunt etiam ſuccum: quo curatus ſit quiſpiam. ſi qui habẽtes ulcus illo ſe foueant. eaſdem uredines facere quaſi a ſerpente percuſſis. Sunt qui ad ſoluendos circuitus Tertianæ tria folia eius, aut Tria grana ſeminis dent bibenda. quemadmodum quatuor ad quartanas.

POLIVM DLI

Olium montanum, alii Teuthrion, alii Phuxaſpidion, alii Achame-
p nis, alii Ebenitis, alii Meloſmon, alii Belion, alii Leontocharon uocant
Polii duo ſunt genera. Mõtano cuius in medicina eſt uſus priuatim Teu thrion uocato: Frutex eſt candidus: tenuis: palmum altus: plenus ſeminis. capitulum paruum in ſummo ſe gerens Corymbi ſpecie, ut capillitium hominis cani ſimilitudine affingat: odore graui: nec tamen prorſus iocundo. cãpeſtre maius nec odore tam contento, minuſq; pollens uirium. decocto eius poto contra ſerpentes remedio eſt. Item hydropicis, morboq; Regio. propinatur idẽ ſpleneticis ex aceto. caput tamẽ tentari eo exiſtimant & ſtomacho inutile. aluum ſoluit & Menſes. ſerpẽtibus fugãdis ſuſternitur uel ſuffitur. aſtringit: & cohibet uulnera illitum.

SCORDION DLI

Cordion, alii Scorbion, alii Pleuritis, alii Dyoſmon, alii Calamintham
6 ſylueſtrem, alii Chamædryn, alii Mithridanios, Prophetæ Hæma podotos, Ægyptii Aphon, Romani Trixago paluſtris. Naſcitur in montoſis & ſecundum paludes. Foliis Trixagini ſimile: ſed maioribus: & per ambitũ: parcius ſerratis odore aliquatenus allium reddente. aſtringentis & amari guſtus. quadrangulis caulibus: flore ſubrubro. herba. ipſa excalfacit. Vrinam admittit: ſi recens in potum teratur. ſicca in uino decoquitur ad ſerpentium morſus & uenena omnia efficax. in roſionibus ſtomachi: Dyſenteria: urinis contumacibus cum aqua mulſa duabus drachmis bibenda. Craſſitudines pectoris purulentas adiuuat contra ueterem tuſſim cum Reſina Melle, Naſturtio in Eclegmate ſumitur ſicca. conſtat & Ilium ſiue Præcordiorum inflammationibus longis collectã cera prodeſſe. Podagras ex aſpero aceto circumlitas aut ex aqua imponẽtium ſedari. menſes admoto exciri. uulnera contrahi, ulcera uetera purgari, & ad cicatricẽ cũ melle perduci. Excreſcẽtia in corpe farina eius aridę cõpeſci. ſuccus quoq; q ex ea fit ad hęc ipſa effic ax eſt ſumptus. Probatiſſima e Põto mittit̃ atq; Creta.

BECHION DLIII

Echion, alii Rhichion, alii Petrinen, alii Pegenon, alii Pithion, alii Pa-
b gonaton, alii Chamæleucen, alii Prochetõ, alii Acrophyllon, alii Chamęgeron, Ægyptii Scarthra, Romani Tuſſilaginẽ, alii Farfariã. ſunt q Populaginem, Beſſi Aſam folia ſunt Hederæ: ſed maiuſcula: quę ſex aut ſeptem ab radice continuo exeunt albida ſuperne. a terra coloris herbacei: anguloſa: palmari caule, qui florem Vere pallidum ſuſtinet. breui deciduum cum ſuo caule: atq; hinc dat a occaſio credentibus ſine caule atq; flore hanc herbã naſci. radix huius tenuis & ſuperuacua. Gignitur ſecus fontes & in aquoſis. Folia appoſita ignẽ ſacrum & inflammationes omnes recurant. arida imponuntur carbonibus: atq; iis nidor hiante ore hauſtus & deuoratus per infurnibulum ueterem tuſſim & orthopnoicos ſanat. Vomicas & Abſceſſus rumpit in pectore, Vtilitates eaſdem

repræsentant radices suffitu.hanc & in aqua mulsa decoctam pellendis Infantibus, qui sint in utero enecti:ministrant.

ARTEMISIA DLIIII

Rtemisia cognomẽto Polyclonos:quę & Chrysanthemos uocatur & a
a Romanis Racium atq; Tertianago & Artemisia. In maritimis nascitur Absinthii modo:fruticosa: maioribus foliis pinguioribusq;. Ipsius duo genera. Habitius foliis, uirgisq; latioribus. alterum uero gracilioribus: flore albo:exiguo:tenui:graueolẽte:qui erumpat æstate. Sunt qui in Mediterraneis nasci herbulam tradant minutis cirris. simplici paruoq; admodum Caule, Flore copioso cerei coloris exili:quam Artemisiam monocaulon hoc est unicaulem cognominant. odoratiorem superiore:utraq; calefacit:extenuat:feruefactæq; insiduntur purgationibus feminarum ciendis: Itemq; ad secundas & partus constrictionibus uuluę aperiendis & in eadem parte inflammationibus mitigandis: calculis frangendis:urinis eiiciendis. Mẽses quidem pube illita fasciculis Artemisiæ cõmouẽtur. succus cũ Myrrha subactus admotu elicit uuluis quęcũq; insessione. coma quoq; ipsius triũ drachmarũ pondere propinatur ad eadem trahenda.

ARTEMISIA DLV

h Abetur & Artemisiæ genus aliud:quę minutis foliis circa riuulos aggeresq;, Itẽ in agris frumẽtariis nascitur. Floribus & foliis odorẽ Sapsuchi referẽtibus. si quis ex ea diligẽter tusa cũ oleo amygdalarũ malagma stomacho imponat:uexationẽ partis eius sanabit. Neruorũ dolores succo huius cũ rosaceo inunctis curantur.

AMBROSIA DLVI

Mbrosiam:quam & Botryn & Botris Artemisiam appellant: Romani
a Cuprum syluaticum:alii Apium Rusticum. Ægyptii Merseo. Frutex est pusillus trium palmorum altitudine ramosus, foliis Rutæ paruis circa imum caulem. In ramulis Semen est uuis dependentibus. Nunq̃ florescens, odore uinoso iocũdo. Radice tenui ac pedali:coronãtur illa Cappadoces. Vsus eius contra Epiphoras illitę. Item ad ea quę repercuti & astringi sit opus.

BOTRYS DLVII

Otrys tota lutei est coloris:fruticosa & fusa multis Stolonibus: semine
b circa totos ramulos nascẽte. folio Intubi erratici:plãta uniuersa odore admodũ iucũdo, ideoq; inseritur uestibus. Inuenitur maxime in conuallibus:& circa Torentium ripas. In uino medetur Orthopnoicis. hoc quoq; Cappadoces Ambrosiam uocant. alii Artemisiam.

GERANION DLVIII

Eranion alii Peloniten, alii Tricham, alii Geranogerontem, Romani
g Echinastrum, Punici Iesce, Foliis Anemones, diuisuris longioribus: Radice quasi rotunda:dulci cum manditur:hæc in Vino Drachma si bibatur inflationes discutit Vuluæ.

ALTERA GERANION DLIX

Lterum genus Geranii:quod a quibusdam Oxyphyllon & Merthryx:
a & Myrris & Cardamomum & Origanum uocatur. Prophetæ Hierobryucas, Romani Pulmoniam & Cicutariam & Gruinam, Punici Iene

cauliculis tenuibus lanuginosis binum palmorũ:foliis Maluę.In cacumine alarum fastigia insidẽt nutãtia capitulis Gruũ cum Rosellis.aut Canũ dentibus similia.huius in Medicina usus nõ est.

GNAPHALION DLX

g Naphalion a quibusdam Ires & Ampetongos & Anaxiton & Anaphalis uocatur.Ægyptii Semeon, Galli Gelasonem, Romani Centuncu-lum, alii Herba Centumcularis, alii Albinum:cuius foliis albis, mollibusq; pro tomento utuntur.Datur in Vino austero ad Dysenteriam.

TYPHA DLXI

t Yphe folio exit Cyperidis caule albido:leui enodi: cui summo in capite obducitur flos densus euadens in lanuginem Pappum uocatam. quem aliqui Anthelẽ appellare solẽt:quasi Pãniculæ florẽ intelligãt.Nascitur in palustribus & circa stagnãtes aquas.flos ambusta cũ suilli adipis loti uetustate curat.

CIRCEA DLXII

c Ircea siue Dircea folia habet Strychno satiuo similia:Sobole multiplici:flore nigro:pusillo:numeroso:paruo semine ut Milii nascente in quibusdam corniculis.radice semipedali, triplici ferme aut quadruplici:alba:odorata:gustus calidi.Nascitur maxime in apricis saxis.In uino dulci hominis septem macerantur radices tusę.p.iiii.per noctem & diem.ita dilutæ bibuntur ad uitia uuluæ purganda per triduum.semine lac elicit sorbitionibus sumpto.

OENANTHE DLXIIII

o Enanthe alii Cerascomen, alii Leucacanthon:folio Pastinacæ.Flore albo, caule crasso palmari. Semen Atriplicis:radice magna.rotundis capitibus numerosa.Nascitur in petris:caules eius & semen & folium cum mulso pota secundas purgant.radix in uino contra stranguriam conuenit.

CONYZA DXIIII

c Onyza maior, alii Cynozematiten, alii Danaiden, alii Tanachion, alii Phycos, alii Ichthyn, alii Dinosmõ, Prophetę Brephocton, alii Anubias, alii Edemias, Ægyptii Ceti, Romani Intubum, alii Militaris herba, alii Delliariõ, alii Febrifugiam, alii Fragmosam, alii Mustariã, alii Pissam.Conyzę duo genera, Vnũ minoris odoratioriſq;.Alterũ maioris tũ frutice uniuersotũ foliis latior & odore grauior.utriq; uero folia Oleæ:sed hirsuta & pinguia.altitudo maiusculæ cubitorũ binũ.pedalis minori, flos quoq; minus splendet eius colore luteo ac subruffo:qui amittitur lanugine: radicibus superuacuis. Frutex totus sustratu & suffitu serpẽtes fugat.culices abigit.pulices necat.Folia & ad ictus efficaciter illinũtur.Item ad Panos & uulnera:flores & folia mẽsibus hærentibus & ad partus eiiciendos bibuntur.Itemq; ad stranguriam:tormina:morbum arquatum.cum aceto comitialibus dantur:decocto eorum in matrice uitia insidentium curantur.succo admoto contingunt abortus.herba ex oleo perungit algores.

CONYZA MINOR DLXV

q Vę uero tenuis uocatur:illita capitis doloribus medetur.hęc ab aliquibus parua Conyza & panios & Libãotis appellat, a Prophetis Cronios

CONYZÆ TERTIVM GENVS DLXVI

e St & tertiũ genus Conyzę:cui crassior atq; mollior est caulis.Folia ue-

ro mediæ inter maiorẽ dictã minorẽq; amplitudinis.cęterũ minime pinguia:odoris multo ét fœdioris ma giſq; faſtidiẽdi:opera quoq; inertior:locis humentibus proueniens:

HEMEROCALLES DLXVII

Emerocalles,alii Hemerocatalecton,alii Crinon agriõ,hoc eſt Liliũ ſyl
h uestre,alii Crinanthemõ,alii Prophyranthes,alii Bolbos hęmaticos id
eſt Bulbus ſanguinarius,alii Anticãtharõ,Ægyptii Iocroe,Romani Bulbmu,aliq Lilium agreſte,alii Liliũ marinũ.Punici Aboeblabon:folio & caule ſimilibus Lilio eſt:herbacei coloris ut porrum . flores habet in ſingulis ſcapis ternos quaternoſq; erũpẽtes ſtriatos ut Lilii:q cũ dehiſcere occœperũt in colorẽ admodũ pallidũ mutãtur.radicẽ bulboſam & grãdẽ : quæ cũ melle impoſita uelluſculo peſſus fit ad aquã & ſanguinẽ inutilem pellendũ:Folia inflãmationibus mammarũ a partu:& oculorum epiphoris illinuntur.radix & folia imponũtur ambuſtis.

LEVCOION DLXVIII

Eucoiõ,alii Baſileõ:Romãi Opulalabã:alii Violã albã:alii Auguſtiã:alii
l Violã matronalẽ:alii Paſſarinã,alii Pulifurã.uulgaris notitiæ eſt.Differẽtia eius in flore:qm̃ cãdidũ:luteũ ceruleũ & purpureũ fundit.In medicinæ uſu luteã pręferunt.huius aridos flores offeruefactos ad inflãmationes Locorũ & mẽſes trahẽdos utiliter mulieres inſidunt. In cera collectos ad rimas ſedis imponimus.cũ melle oris ulceribus.ſemine in uino duabus drachmis poto aut cũ melle foris adhibito:mẽſtrua:ſecũdæ:partus ciẽtur:radices eius cũ aceto illitæ ſedãt lienes.Item podagrã.

CRATÆGONOS DLXVIIII

Ratæogonõ,alii Cratæonõ,Foliũ habet Melãpyro ſiſe, multis calamis
c ex una radice micãtib9 multorũq; geniculorũ.ſemine Milii.Naſcitur in
opacis frutetis parte plurima:uehemẽter aſpero guſtu.Apud nonnullos ſcriptũ inuenio:ſi Mulier poſt purgationes ſemẽ hoc imbibat:ieiuna ter die obolis tribus in cyathis aquę duobus añ cõceptũ diebus quadraginta: Idẽq; uir eius faciat a quo fine congrediantur,uirili ſexus partum futurum.

PHYLLON DLXX

Hyllõ,alii Elęophyllõ,aliq & Bryoniã uocãt: herba in ſaxoſis mõtibus
p Femina Thelygonõ dicta:Bryo ſimilis eſt.foliis colore magis herbaceo
q̃ Oliuę.p̃terea caule tenui atq; breui:radice gracili:flore albo.ſemĩe rotũdo maiore q̃ Papaueris:mas Arrenogonõ uocat.cętera obtinet priori ſimilia: ſemine differũt: qm̃ maſculũ ſimile habet flori in Oliuã incipiẽti tranſire.dependetq; in racẽis.dicũt qdã ſi bibãtur genera ea,ſui utrũq; ſexus facere partus. Inter quos & Cratias eſt.quod quidem nobis hiſtoria tenus referendum fuit.

ORCHIS DLXXI

Rchis alii Cynſorchon,foliis in terra ſtratis circiter caulem atq; imum
o eius Oleæ molli ſimilibus: Sed conſtrictioribus, atq; procerioribus.
Caulis ſemipede longitudinis: cuius in capite purpureus flos. Radice anguſta:bulboſa,oblonga,ut Oliuæ gemina:ſuperiore:quæ durior calloſior eſt: Inferiore:quæ mollior & rugoſa.Editur radix & Bulbus cocta.Ex iis radicibus ſi maiorem edant uiri mares generari dicuntur:ſi minorem feminę.alterum ſexum. additur in Theſſalia mollione in caprino lacte a mulieribus pota libidinem exci-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0146-0 DFG

tari. Duriore inhiberi & discuti. aduersatur alter alteri & uterilibet superbibatur alterius uim restinguit. In lapidosis & sabulonibus nascitur.

ORCHIS SERAPIAS DLXXII

Lter quoq; habetur Orchis siue Serapias (sic enim eã Andreas medicus
a a multis utilitatibus Radicis nominauit) Foliis Porri oblongis: latiori
bus: pinguibus & circa stolones suos inflexis. Caule palmeo: flore quasi purpureo. Radice testiculis simili. Tumores hæc dissipat illita. Vlcerũ sordes expurgat: serpẽtia inhibet. Fistulas cõfutat. Inflãmationibus resistit imposita. Nomas sicca cõpescit. Putrescẽtibus & in ore ulceribus medet. Aluũ ex uino pota cõstituit. Tradũt subsidere huius cibo uenerẽ abũdareue: & cetera cõtingere: quæ in supiore mox descripta.

SATYRION DLXXIII

Atyrion alii Triphyllon hoc est Trifolium uocãt: quoniã foliis tribus
s exit: cõuexis ad terram rumici, lilioue proximis: sed rubris: minoribus:
Caule nudo: cubitali. Flos lilii candidus. Radix bulbosa mali modo extuberans: cortice ruffo: intus oui modo albũ includitur: sapore dulci: gustus iocũdi. In uino nigro austero ad opisthotonũ bibitur. Eadem ante congressum præcipitur sumenda: Neruos enim intẽdit: concitatricẽq; uim habet ad Venerem

ALTERVM SATYRIVM DLXXIIII

St & aliud genus: quod Satyrion erythroneon siue Satyrion erythrai-
e con appellant. alii Melion aquaticũ. alii Ectaticon, alii Satyriscon. Ro
mani Molorticulũ ueneris. Semine maiusculo & firmiore q̃ uiticis: Pręterea nitido ac leui. libidinẽ stimulari eo perinde ut Scinco tradũt. radix cortice subgracili ac ruffo. Intus albugo gustanti Iocũda & sapore subdulcis. In mõtosis apricis. Venerẽ etiã si oino manu teneat, radix accedenit: adeo si bibatur in uino.

ORMINON DLXXV

Rminon satiuũ Romani geminalẽ Daci ormeã. herba est similis Mar-
o rubio foliis. Caule quadrangulo sesquidodrantali altitudine: circa quẽ
Cornicula prominent Siliquarum effigie radicem uersus nutantia. In iis duorũ generũ semen. Syluestri rotũdius: colore fusco. Alterũ nigrius & oblongum. hoc epoto ad uenerẽ stimulandã utendũ: & Illito ad oculorũ argemas albugines cũ melle purgandas. Tumores ex aqua impositũ discutit. Ex corpore aculeos illitũ extrahit. herba quoq; imposita efficax in eadẽ est. Syluestri uehementior natura: ideoq; in oleum additur, præsertimq; musteum.

AEDYSARON DLXXVI

Edysaron: quod ab unguentariis pelecinos uocat. Frutex est folia obti-
a nens ciceris pusilla: folliculos cornicularũ modo aduncos: Semen cõ-
plexos ruffum securiculę ancipitis figura: de quo argumẽto Nomen inuenit, amarũ. Stomacho utile. Additur in antidotis. Cũ melle appositũ ante cõsuetudinẽ prohibere partus existimatur. Inter Ordeum triticũq; nascitur.

ONOSMA DLXXVII

Nosma: sunt q Osmada & philonitin & Ononin uocẽt: Folia gerit an-
o chusę oblõga: mollia: fere quatuor digitos pcera: digitũ lata: in terrãq;
iacẽtia. anchusę ut dixi simillima, sine caule: sine flore: sine semine. Sub-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0147-6 DFG

ditur radix pusilla quadātenus longa:infirma:tenuis:modice rubescēs in asperis locis.Folia huius in uino sumpta partus euocāt.Pręgnās,si supragradiat' eā,abortus facere dicit'.

NYMPHEA DLXXVIII

n Ymphea in Paludibus & aquis stagnātibus aspicitur Foliis Fabę Ægyptię:sed minoribus:longioribus:Paulū supereminētibus extra aquā & aliis sub aqua multis ex eadem radice.Flore albo Lilii similitudine. Cui croceus tuber in medio est:& cū defloruerit:rotundo:ut malū per orbem : aut caput Papaueris:nigro:Semen in eo pullum:crebrū:latū: & glutinosum gustanti: Caulē habet leuem,nec crassum:sed atrū & similē fabę:quā prędiximus.Radicē quoq; nigrā & asperā:clauę similē:quę reciditur autūno.Sicca hęc aluinis & dysentericis traditur:lieniq; minuendo.Ad stomachi & uesicæ dolores illinitur.Vitiligines tollit ex aqua.Alopecias dēsat cū pice.Insomnia ueneris discutit pota. in totūq; adimit uenerē genitalibus remissis: si quis semp in paucos Dies uescat' illa.Idem effectus bibentium semen. Nympheam existimant uocatam : quia nascatur in aquosis.Plurima in Helide Anygro amne,Haliarto Boetię.

NYMPHEA ALIA DLXXIX

e St & alia Nymphea:quam quidā nymphona cognominā t. Similis supradictæ:sed radice alba & aspera.Flore luteo:nitido,ad rosę similitudinē.Radix & semē in uino nigro bibunt' ad affluentiā feminarū.Nascit' in Thessalia Peneo amne.

ANDROSACES DLXXX

a Ndrosaces.alii Picrada.alii Leucen. alii Thalassian. Nascit' in maritimis Syrię alba herba tenuibus cirris amara,sine foliis.Folliculos in capitibus cōtinens & in iis semen. Drachmis duabus in uino hydropicis data copiosam urinam cit.Idē effectus & semini est:& herbæ decocto.Illinitur & podagris.

ASPLENON DLXXXI

a Splenon alii Scolopendrion.alii Splenion.alii hemionion. alii Pterygem.alii Lonchitin.alii aturion.alii Phrygian.alii Phrygitin.alii Philtrodotin.Prophetæ Sanguinē mustellę.Hoc est hęma gales.Foliis Scolopendræ animali similibus multis ab radice una. Gignitur in petris & parietibus siliceis & opacis,neq; Caulē,neq; florē,neq; semen habens.Folia Polypodii modo incisa.hæc a terra:suflaua.hirsuta:superne coloris herbacei.huius Foliorū Iure in aceto decoctæ per.xl.Dies poto lienē absumi contingit: Cui & illinūtur trita cum uino.Eadē autē strangurię conferunt.Singultus & morbum Regium sedant:uesicę calculos frangunt.Per se uiro aut cum liene muli adalligata sterilitatem facere creditur.Fodiendamq; aiunt noctu:quę sine luna sit.

HÆMIONITIS DLXXXII

h Æmionitin aliqui splenion uocant.Foliis Dracūculi: & lunatum. Radice multiplici & exili:nunq̄ florētem. Neq; semē neq; Caulem gignit Nascentem in petris austero sapore.lienem pota ex aceto inanit.

ANTHYLLIS DLXXXIII

a Nthyllis.alii anthos pedinon hoc est florem campestrē. alii anthemin. alii Hieranthemin. Alii leucanthemin.Alii Soranthin.Alii anthylon. Romāi Solastrū.Duorū generū foliis & ramis lēti simillima palmi alti-

tudine:ramis rectis:foliis mollibus:Radice tenui, oblonga salsuginosis apricis nascente:subsalsa gustanti.Altera est anthyllis ibigæ uocatę similis ramos & folia:sed asperior, hirtior, breuior, flore purpureo odoris admodum grauis. radice intubi Erratici.Bibitur hęc in urinę difficultatibus:renumq; doloribus quatuor drachmis.Pituitas uuluis ex Rosaceo & Lacte imposita emollit.Medet' etiã uulneribus altera:quæ chamępityos hoc est Ibigę similitudinem habet. Præter alia in comitiali quoq; morbo cum melle & aceto salutariter sumitur.

ANTHEMIS DLXXXIIII

a Nthemis aliqui Leucanthemon.Alii Eranthemon uocant:quoniã uere floreat:alii Chamęmilon:quoniã odorem mali habeat.Nõnulli Melanthemon, alii Chrysocomen, alii Calian.Romani malium.Punici astirtiphpho.Aliqui & Chrysanthemon.Genera eius tria.Flore tantum distant.Ramis palmum non excedentibus fruticosis & frequentes alas spargentibus paruis exilibusq;:Præterea Capitulis rotundis Flores intus aureos continentibus, foris candidos aut melinos aut purpureos in orbem foliis minutis ut rutæ. In macro solo aut iuxta semitas colligitur uere.Inest autẽ radici, floribus, foliis calfaciendi extenuandiq; uis.Menstrua potu & insidendo expellũt.Itẽ partus & urinã, calculosq;.Inflationes & Torsiones intestinorũ ileos uocatas.Regios morbos. Iocinorũ uitia.decoctorũ succus uesicę cũ uaporãda sit:excalfactus imponitur. Ex omnibus his generibus ad calculos efficacissima est:quæ florem purpureum habet:cuius & foliorum & fruticis amplitudo maiuscula est: hanc uulgo priuatim Eranthemon cognominãt.At quæ Leucanthemos dicit' urinas uehemẽtius cit. Mox chrysanthemos.Curant & Ægylopias litu.Cõmanducatæ ulcerũ eruptiones in ore manantes sanãt.Quidã cũ oleo tritis ad perunctiones utunt' in febribus:quę cõmeant.Reponũtur & Flores & folia omniũ separatim contusa: & in pastillos digesta.Siccatur & radix & usu poscente interim partes duas herbę:floris unã aut radicis.Interim contra floris duas:herbæ unã dari conuenit:alternis geminatis potionibus in singulos dies in mulso temperato.

PARTHENION DLXXXV

p Arthenion, Alii Amaracon, alii anthemin & Leucãthemon & Chamęmilon & Chrysocalin & Malabathron & anthos pedinõ id est florẽ cãpestrem.Romani Solisequiũ:siue Millefoliũ.Æthrusci cautam. Punici Thamacth.Foliis Coriandri tenuibus. Flores candidi ꝑ margines:medio lutei: odore subuiroso:sapore amaro.Siccatũ cũ melle aceto & sale potũ epithymi modo pituitam bilẽq; detrahit ꝑ inferna:suspiriosis quoq; ac melancholicis datur. Herba ipsa floribus dẽptis contra calculos & anelitus utilis est.Decoctũ eius ad insidendũ in duritia uuluarũ & inflãmationibus.Illinit' & sacro Igni & collectionibus cũ flore.

BVPHTHALMON DLXXXVI

b Vphthalmon, Alii Cachlan.Alii Balsaminen Prophetæ Æluros, Alii Gonos hermu:Alii Mnesitheon.Romani Lappa boaria.Punici narat. Cauliculos hẽt teneros ac subtenues:foliis feniculi:florib⁹ luteis maioribus q̃ anthemidis:q similes sunt oculis:unde nomẽ.in cãpis & circa oppida nascit',huius flore trito cũ cera duritias diffũdimus:& tumores,Arquatis q subin-

de id bibant a balneis: colorem bonum reddi ad certum tempus prædicant.

PÆONIA DLXXXVII

Æonia arren, hoc est mascula siue glycyside. Alii Pētorobon, Alii Oro
p bolion, Alii Orobax. Alii Æmagogon, Alii Paesęden. Alii Monoge-
neon. Alii Meneon. Alii Pæonion. Alii Pantheceratos. Alii Idæos da-
ctylos. Alii Aglaophotin. Alii Theodonion. Alii Selenion. Prophetę selenogo-
non. Alii Phthisin. Romani Castam. Caulem habet duum palmorum comitan-
tibus Aliis compluribus. Folia masculæ Iuglandi similia. Feminæ Smyrnii. In
cacumine siliquas gręcis nucibus similes fert. Apertis his semina inueniuntur
granis rubentibus, numerosis exiguis similitudine acinorum mali punici. Aliis
nigris in medio ac purpureis quinq; uel sex. radices maribus crassitudine digiti.
altitudine palmea: candidę astringentesq; gustu linguam. Feminis bulbi radici-
bus: ceu balani circiter octo uel septē asphodeli modo coaceruantur. Radix pęo
nię arida mulieribus datur, quæ a partu non purgantur. Ad menstrua magnitu-
do amygdalæ sumitur. In uino pota doloribus subuenit uentris. Sanat morbum
regium: renes, uesicam. Decocta in uino aluum coercet fluentem. Rubra seminis
grana rubentes menses sistunt. Decem aut duodecim pota in uino austero nigro.
Stomachicis uero & Rosionibus esse ea prodest. Auxiliantur & pueris comman
ducata & pota contra calculos incipiente stranguria. Ex iis quę sunt nigra, Fau-
norum in quiete ludibriis atq; suppressionibus medētur & strangulationibus fe-
minarum, doloribus matricis quindecim grana in melicrato, aut uino bibuntur.
Verticibus prępruptisq; montium altissimis uellitur.

LITHOSPERMA DLXXXVIII

Ithosperma, uel Ægonychon, uel leontion, uel lithos leontice hoc est la
l pis leoninus, uel Gorgonion, uel Tātalitis, uel Diospyron. Romani uo
cant columbam. Daci Gonoletam. Sunt qui disporon & Heracleam
quę appellatio ei a præcipuis uiribus seminis contigit: quo argumēto & duritia
ei Lapidis tributa Lithospermon uocantibus. Folia oleę uidebantur: ni longio-
ra: latiora, mollioraq; haberentur iuxta radicem humi iacentia. Ramulis rectis
tenuibus crassitudine iunci acuti ualidis, surculosis: quibus in sūmis biforcipes
exeunt cauliculi foliis uestientibus magnis: penes quæ lapideū semen rotūdū exi-
guum erui magnitudine. Nascitur macro solo eminētibus locis. Iis lapillis in ui
no albo potis calculos frangendi & urinas eiiciendi adiuncta uis est.

PHALARIS DLXXXIX

Halaris Thyrsulos fundit a radicibus tenuibus & superuacuis frequē-
p tes bipalmesq; similes calamis Zeæ, graciliores tamē atq; dulces. Folia
quoq; similitudinē eius obtinēt. Semen amplitudine Milii oblongius.
Natura succo herbā tusa & expressa collecto uesicæ doloribus prodesse in uino,
uel aqua. Seminis quoq; opera eadem: si cochlearis mensura per aquā bibatur.

ERYTHRODANVM DXC

Rythrodanum & Erythrodanos Rhiza & Teuthrion & dracanos &
c Cinnabaris. Romani rubiam passiuā. Æthrusci lappam minorē. Ægy-
ptii Sophobi. Altera sponte prouenit. Altera seritur ut thauanæ in gal-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0150-1 DFG

lia & Rauenæ in Italia. In caria certe inter oleas seritur tanq̃ in segetibus idq; propter emolumentũ, quod ex ea Re quęstuosissimum redditur. Quadranguli ei Caules: longi: spinosi similes Aparinę maiusculi omnino, firmiusculiq; foliis circa articulos per interualla ceu stellis quibusdam in orbem. Semine rotundo per initia uirente processu rubro: & ubi plane maturuit: nigro. Radice tenui: longa: rubente: quæ in medicina uim urinam mouendi habet: Ideoq; morbum regium ex aqua mulsa ischiadicosq; & Paralyticos sanat. Lotiũ molitur copiosum: atq; crassum: est quando & cruentum, ita ut bibentes lauent quot diebus: & discrimina exinanitionũ considerent. Cõtra serpentes rami cũ foliis imponũtur. Semen cum aceto mulso potũ lienem attenuat. Radix menses, partus, secundasq; pellit. Vitiligines albas ex aceto illita emaculat.

LONCHITIS DXCI

Onchitis & cestron & medusa. Romani Veneriam & Lamiolam uocãt.
1 habet folia ad porri similitudinem latiuscula & modice Rubentia: ad Radicem plurima in terram conuexa: paucis aliis uincientibus Caulem. In eo flores ceu pileola: personis maxime comicis similia paruam exerentibus linguam: si quidem mimulis iis hiantibus albugo quædam inferiore labro prominens speciem ligulæ præsentat. Semen cum primum exit, Triangulum & simile cuspidi est: unde appellatio. Radices pastinacæ gallicę. Nascitur asperis & sitientibus locis. Radix in uino sumpta urinas exercet.

LONCHITIS ALTERA DXCII

Onchitis alia: sunt qui Lonchitin trachean, hoc est asperam nominẽt.
1 Romani longinam & colubrinam: foliis Scolopendrii scabrioribus, amplioribus, diuisuris quoq; maioribus. Vulneraria herba inflammationesq; abigens. Lien cum aceto pota ea consumitur.

ALTHEA DXCIII

Lthean Aliqui & Althiscon & Ebiscon appellant. Genus est sylucstris
a Maluę: Foliis rotundis cyclamini modo, lanuginosis. Flore rosco. Caule cubitorũ binũ. Radice uiscosa interius candida. Tributũ ei nomẽ ab excellentia & multitudine remediorũ. Radicis succus decoctæ in aqua mulsa aut uino, Itemq; tusæ per se uulneratis medet. Parotidas: suppurationes: mãmarũq; impetus sistit. Sedes fractas, inflationes & Tenturas neruorum, discutit enim & excoquit aut rumpit & ad cicatricem mox perducit. Decocta quo dictum est modo, cum axungia uel anserino pingui subigitur aut cum Resina etiam Terebinthina. Inflãmationibus locorũ & præfocationibus admouenda. Decoctũ quoq; ipsius eadem prętstat ad purgationes a puerperio trahendas efficax. Decoctũ uero radicis in uino difficile meientibus bibendũ. Item calculosis, coxendicũ uitiis: Dysentericis. Semen recens & Aridum tritũ ex acetoq; affricatũ in sole uitiliginem obliterant. Cũ oleo perunctis ab animalibus uenenatis feriri nõ patit. Facit & ad dysenteriã, sanguinis reiectionẽ: uentris solutiones decoctum seminis potũ. huic & aduersus apium & animaliũ paruorũ aculeos sumpto in posca, aut uino efficax uis. Folia quoq; cũ olei exiguo imponũtur plagis. Itẽ ambustis. Tanta plane radici uis inest, ut aquę trita infusa coagulari sub diuo eam dicatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0151-7 DFG

ALCEA DXCIIII

Lcea ſylueſtri & ipſa Maluæ contributa eſt. Folia uerbenacæ modo ſe-
a cta. Caules terni aut quaterni cortice canabino. Flores parui ſimiles ro
ſę. Radices albę obliquę quinq; uel ſex: cubitales. Vſus radicis ex uino
uel ex aqua Dyſentericis atq; ruptis.

CANNABIS SYLVATICA DXCV

Annabis aliqui & hydraſtinã. Romani terminalem. Naſcitur in ſyluis
c uirgulas Altheę fundens, nigriores aſperioreſq; ac minores: cubiti al-
titudine: foliis edomitę, ſcabrioribus magiſq; nigrantibus. Flores mo-
dice rubentes: & ſimiles Lychnidi. Semen & Radix altheæ. Decocta radice col-
lectiones & tumores: quos diſcutere oportet: illinimus. Dura ſiue Tophacea dif-
fundit. Vellitur & hæc faciendis funibus cortice.

CANNABIS SATIVA DXCVI

Annabis ſatiua. Sunt qui cannabion: & Schoenoſtrophon & Aſterion
c uocent. Romani cannabem. planta eſt admodum utilis uitę mortaliũ:
Nectendis præcipiua firmitate funibus. Foliis Fraxini ſimilibus odoris
mali: caulibus paruis, inanibus. Semine rotundo: quod largius ſumptũ afflu-en-
tiam geniturę conſumit. Succus ex eo doloribus aurium inſtillatur.

ANAGYRIS DXCVII

Nagyris & anagyron & acopon & agnacopon dicitur. Folia uirgaſq;
a uiticis habet: Fruticoſaq; eſt arboris modo perq̃ graui odore. Flos ole-
ris. Semen in corniculis gignit oblongis: ſimile renibus: uarium ſubro
tundum & ſolidum: quod dureſcit fere uua matureſcente. Folia trita collectioni-
bus reprimendis imponito. Eadẽ drachmę pondere ſuſpiriosis, aut ſi ſecundæ a
partu uel menſes morentur. Aut ſi pecus emortuũ hęreat dato bibantur in paſſo.
Ad capitis dolores in uino: difficulterq; parientibus ad alligentur ita ut a partu
ſtatim auferantur, porriciantur q; illico. Radicem diſcutiendis & concoquẽdis:
quę libeat adiungito. Semen cõmanducatum uomitiones celeriter faciet.

CEPÆA DXCVIII

Epęa portulacę ſimilis eſt: folio nigriore: radice tenui. Folia in uino ad
c ſtranguriam, & ueſicę ſcabiem bibuntur: ſed cum decocto radicum aſpa
ragi eius: quem Myacanthon hoc eſt corrudam uocamus, plurimum
conferunt.

ALISMA DXCIX

Liſma ſiue alcea: quod & Damaſonion & acyron & Lyron uocatur. Fo
a lia ei Plantaginis nisi anguſtiora eſſent conuexaq; in terram: Caule te-
nui ſimplici excedente cubitum longitudinis capite thyrſi: Flore albo
exili, & aliquatenus pallido. Radicibus ut ueratri nigri tenuibus odoratis acri-
bus modice pinguibus Naſci amat in aquoſis. Vſus in radice ad eos: qui mari-
num Leporem biberunt drachmæ unius duarumue Pondere in uino pota. Item
ad eos: quos Rubeta momorderit: aut qui Opium hauſerint. Torminoſis dy-
ſentericiſq; tam per ſe q̃ cum dauco pari menſura præſidium eſt. Conuenit & ad
conuulſa & ad aquę morbos. ſuperficies eius comprimit uentrem: menſes com-
mouet: Tumores: quibus illinitur, placat.

onobrychis:

ONOBRYCHIS DC

Nobrychis:alii Onobrochelos:alii Eſchaſmenen:alii Hypericon: alii
o Corion:alii Chamepityn:Romani Opatam: aliqui Brichilatã & Lop
tam & Iuncinalem:Daci Aniarſexe:folia habet Lentis longiora paulo:
caulẽ ſemipede altitudinis:floré rubẽtẽ, radices exiguas.Naſcit dilutis inculti-
q; locis herba ipſa illinit panis & diſcutit eos trita.In uino ſtrangurias finit.cum
oleo ſudores mouet peruncti.

HYPERICON DCI

Ypericon.quam alii Corion, alii Androſæmon appellãt: Sunt qui Cha
h mępityn ab odore ſeminis reſinaceo dixerunt:folio Rutę figura ſurcu-
laceo:frutice ſemipedali:ſubrubro.Flos Violæ matronalis:ſiliquas ge-
rit hirſutas in longitudinem rotundas, magnitudine Ordei:& ſemen in iis nigrũ
Reſinamq; obolens.Naſcitur macro ſolo:ſed culto:Natura urinam ciẽdi & mẽ-
ſes appoſitu.Quartanas Tertianaſq; in uino excutiendi.ſemine diebus continuis
xl.poto coxẽdicũ dolores abſoluit.folia uero cũ ſemine aduſtionibus imponunt

ASCYRON DCII

Scyrõ:alii Aſcyroides:alii Androſęmõ:ſpeties & hęc Hyperici eſt am-
a plitudine differẽs maiorib9 ramis ſurculoſioribuſq; & oio rubẽtibus fo
lio tenui:floribus luteis.ſemine Hyperici reſinoſo & cũ atteritur:digi-
tos cruẽtãte:quam ob cauſã Androſęmõ hanc quoq; aliq uocauere. Vſus ſeminis
ad Iſchiadicos duabus drachmis in aquę mulſę heminis duabus.biliosa enim re-
creãda copioſe detrahit.quamobrẽ cõtinuãdus eſt donec uitiũ ſubſidat omne. Il-
linitur & ambuſtis.

ANDROSÆMON DCIII

Ndroſemõ:alii Dionyſiada.ſiue ut alii appellauere Aſcyrõ: Sed ab hoc
a & ab Hyperico differentẽ.frutex eſt prętenuibus feſtucis.ſurculoſos ru-
benteſq; ramos continens.foliis effigie quidem Rutę: ſed amplitudinis
triplæ, aut etiamnum quadruplę: & cum teruntur ſucco ſanguineo manantibus.
circa multi ſtolones exeunt cacuminibus expanſi:quorum per orbẽ capitula ui-
ſuntur exigua colore luteo.ſemen in caliculis nigri Papaueris uelut depictum.co
mę tritæ odor reſinoſus.teritur ſemen in potum ad Bilem eiiciendam, exonerandamq; aluum drachmis duabus.Prodeſt & Iſchiadicis maxime:a purgatione au-
tem ipſa bibere aquã oportet. herba & ambuſtis opponitur & uulneribus cohibẽ
do ſanguini.

CORIS DCIIII

Oris:quam & Hypericon qdam uocarunt. Frutex eſt folio Ericæ:Sed
c minore, pinguioreq;, ac rubente palmum altus, ſapore grato, acri, odo-
rato.Semen urinam, menſeſq; cit.morſibus Araneorum medetur.ad co-
xendicum dolores & Opiſthotonum potatur in uino .ad horrores uero cũ Pipe-
re.alioqn Ophiſthotonicos releuat uel perunctos ex oleo.Radix in uino perco-
cta:ſi bibatur:prodeſſe defectis exiſtimatur.ut qui Morbo illo tentatur:ſubin-
de cũ ſorbet diligẽter operiat ſe.deſudaturus eſt enim toto corpe: q̃ res mẽbra re-
ſoluta mobilitati reſtituet.

CHAMÆPITYS DCV

Hamæpitys:alii Pityoriſon, alii Orozelon, alii Holocyron:alii Bryo-
c niam ſylueſtrem.Atheniẽſes Ioniam:alii Dionyſiam.Euboici Sideritin
Prophetę ſanguinẽ Palladis hoc eſt Hęma Athenas.Romani Cypreſſũ

Daci Dochela.herba est per humum serpens Incuruæ similis: Foliis Sedi minoris tenuioribus multo hirsutis circa ramos frequentibus, odore Pinus. Flore tenui albo uel luteo.radice Cichorii.Folia in uino septenis diebus pota morbos regios finiunt.Quadragenis Ischiadas in aqua mulsa. Datur & in Iocinoris uitio & urinæ difficultatibus.peculiariter renibus utilis & torminibus.Heracleę in Pōto aduersus Aconitum pro antidoto utuntur.Item & decoctæ succo.ad supradicta quoq; illinitur cum polenta quæ decocto herbæ maduerit.Fiunt ex ea cum ficu Pilulę aluum emollientes:quæ cum melle ac æris squama & Resina ad eam trahēdā bibūtur, sic & apposita cū melle uteros purgat eiiciendo, si quid intus infestat.māmarū duritias digerit.glutinādis uulneribus adhibet.ulcera q̄ serpūt lita ex melle curat.

CHAMÆPITYS ALTERA DCVI

a Ltera huic congnominis cubitalibus ramis Ancoræ modo incuruis, minutis crinibus coma supradictę.flos candidus. nigricans semen olet Pinum ut superior.

CHAMÆPITYS TERTIA DCVII

t Ertia Masculus dicitur, paruula, leuior, Foliis exilibus candidis pilosis. Coliculo crasso & albo:Flosculis Melinis:Semine pusillo secus alas:eodem odore:quo cæteræ.Item speties. Vsus in iis duabus ad quæcunq; in primo genere docuimus:citeriore tantum ui.

TERTII DIOSCORIDIS LIBRI FINIS

PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBEI DE MATERIA MEDICINÆ LIBER QVARTVS INCIPIT INTERPRETE HERMOLAO BARBARO

u Oluminibus ante hoc tribus amantissime Aree: Odoramenta: Olea: Vnguenta:Arbores:Animalia:Fruges:Olera:Herbas:Succos:Radices & Semina persecuti sumus.Quartum reliqua Plantarum & Stirpium genera demonstrabit.

CESTRON VEL BETONICA DCVII

c Estron cognominant Psychotrophon:quoniā Alsiosis locis herba gaudeat.Romani Betonicam.aliqui Rusmarinam appellauerunt. Exit caule tenui cubitum uel eo amplius procero:Quadrangulo:foliis longis & mollibus:Frondis quernæ modo per ambitum serratis:odore iocundo:maiusculis ad radicē:summis in caulibus semen spicatum quasi Thymbrę:folia huius collecta plurimos ad usus siccātur.radices subsistūt exiles ut Veratri: quæ si ex aqua mulsa bibantur, uomitionem pituitosam mouebunt.ad rupta conuulsa, strangulatus uuluarum & uitia Foliorum drachmam in aqua mulsa pręberi cōuenit:ternas ad serpentium morsus in uino heminis duabus.herba & ad ictus illinitur aduersus uenena drachmam in uino temperamus: quam si quis pręsumpserit, tutus a poculo uenenato promittitur.prodest & ad urinas ciendas & ad uentrem molli

trahendum. Comitialibus & insanientibus datur in uino & ad iocinorum molestias. ad Lienem cum Aceto mulso singulis denariis. Eadē cōcoctiones adiuuat: Si quis eam Fabæ magnitudine a cœna cum Melle cocto deuoret: Sic & acida ructanti Stomacho idonea est. Nam stomachicis efficaciter commanducatur ipsa, nec ut deuoretur Corpus: uerum ut expuatur succo modo expresso. Ita ut in singulos haustus temperatum Vinum supergustetur. In reiectionibus Sanguinis Trioboli datur mēsura in Tepidi mixti cyatho. Coxēdicum uitiis cum aqua Item Renum & Vesicę doloribus: Hydropicis ad binos Denarios cum Aqua & Melle si febriant: sin aliter cum mulso. Aurosis quoq; Fel detrahit. Purgationes hærentes Drachma in Vino depellit. Aluum quaternę in aqua mulsa cyathis decem inaniunt. Phtysicis purulenta egerentibus ex melle auxiliatur. In hos effectus folia cum inaruerint: componenda fictilibus iubentur.

BRITANICA DCIX

b Britanica siue Betonica folio cernitur rumicis sylueſtris: Sed nigriore pilosioreq; gustus astringentis: Caule haud magno. Radice breui & tenui: Succus exprimitur foliis & ī Sole aut Igne uersatur. Natura spissandi priuatim ad Nomas Oris, Tōsillarūq; utilis. Demū ad oia q̄ dēsari opus sit.

BETONICA ITERVM DCX

b Betonica nascitur in Fenariis campis: Excelsa & nitida & edomita loca diligēs. Genimina & Animos & Corpora hominū tuetur a Maleficiis & Piaculis omnibus ac periculis. Contra peregrinationes nocturnas itinera insidiosa: difficiles Somnos in totumq; Medicinam per omnem ante cunctas celebratissima est. radix ei tota rubet, odorataq; habetur. Folium colore porraceo. stamine: quo diuiditur medium: purpureo ac rubente & in surculis suis triquetrum. Cacuminibus flores in purpuram inclinati. Vsus ad infrascripta. recēs detrita uulneribus capitis imponitur ad dolorem leuandum. Consolidat ea & ossa fracta cum aqua. Dolores Capitis fouet; quos & Temporibus cum Bitumine perunctis aut radicis ustę Fumo suffitis excutiet.

LYSIMACHION DCXI

l Ysimachion, alii Lytion. Cauliculos spargit cubitalibus maiores: fruticosos, tenues: quorum ab geniculis folia exiliunt Salicis gracilia, gustum spissantia. Flore rubro, uel aureo. Gignitur in palustribus & aquosis. Foliorum succo uis astringendi: propterea sanguinem reiectantibus & Dysentericis potu infusioneq; laudatur. sistit & profluuia feminarū appositu. herba ipsa naribus sanguine erūpēte farcitur. prodest & uulneribus cohibens sanguinē manātē. cremata acerrimus uapor attollit: qui & serpētes abigit, & muscas enecat.

POLYGONON MAS DCXII

p Polygonon Masculam: aliqui Polygonaton & Cynochalen & Heracleon & Asphalton & Chiliophyllon hoc est Millefoliam & Clema & Polycarpon & Carcinethron & Myrtopetalon & Cnopodion & Zarithean & Pedalinon & Teurhalida uocant. Ægyptii Thephin siue Stemphin. Prophetę Gonos Herois, alii Onyx Myos hoc est Murinum unguem, Romani Seminalē, alii Sorpinacam, Punici Chulmulum herbam ramis exilibus teneris co-

piosis atq; geniculatis:qui a terra non tolluntur:graminis modo ſerpentibus.fo liis Rutę ſed longioribus & mollioribus turgentem ſemine ſub omnibus foliis: De quo aliqui maſculum intelligunt.Flore albo aut rubente.Vis ei ſpiſſare,refri gerare ſuccum bibentes.Idem excreationes cruentas & proluuiem alui ſupprimit cholericis & ſtranguriæ cruciatibus conuenit Vriná efficaciter trahens.contra ſerpentes in uino auxilium præſtat.ad febrium redditus ſumitur ante acceſſiones hora.Inhibet & ſua quoq; mulieribus profluuia uel appoſitus.Inſtillatur & auri bus ad Dolores : & quibus effluat pus. Eſt eius egregius effectus in uino decocti melle addito ad ulcera genitalium.ſtomacho in feruoribus folia imponuntur.eie ctionibus ſanguinis:Ignibus ſacris:uitiis ſerpentibus illinuntur.Sic & ad inflam mationes:Tumores & recentia uulnerum.

POLYGONON FEMINA DCXIII

p Olygonon femina:quam Romani eodem nomine Seminalem uocant. Paruus frutex uno caule ſimilis Arundini teneræ. Denſis geniculis & in ſe farctis ut Tibię.ipſos articulos in orbe conueſtiunt apices frondibus Piceæ ſimiles,radicis ſuperuacuæ.Naſcitur in aquoſis.Huic quoq; ſpiſſandi & re frigerandi natura inefficacior ad eadem omnia q̃ ſuperior.

POLYGONATON DCXIIII

p Olygonaton in montibus naſcens maiorem cubiti altitudine fruticem habet.Foliis Laurus dumtaxat latioribus leuioribuſq:ſapore mali Co tonei aut Punici.Ferit enim cum aſtrictione protinus guſtatũ. per ſingu las uero foliorum eruptiones ſpectantur flores candidi,copioſi exeuntes:Nume ro maiore q̃ qui a radice proueniunt.radicem candidam & oblongam,præmol lemq;:geniculis frequentem:graueolentemq; craſſitudine digitali. hæc uulneri bus confert & maculas in facie concorporat.

CLEMATIS DAPHNOIDE DCXV

c Lematis,alii Philetarion,alii Daphnoides,alii Myrſinoides,alii Poly gonoides.Naſcitur pinguibus locis prælõgis ſarmentis & craſſitudi nis Iunceę.Folio Lauri figura & colore:longo:ſed minore multo.Foliis huius & caulibus ſumptis in uino Dyſenterici & qui aluo cita ſunt:curantur. uul uarum uexationes cum roſaceo aut Cyprino in lana collectis & appoſitis finiun tur.Ipſa commanducata doloribus Dentium prodeſt.aduerſus Serpentes,ac pri uatim ut quidã exiſtimant:aſpides ex aceto pota efficax eſt. Gignitur in terrenis.

CLEMATIS DCXVI

e Et & alia Clematis:quam aliqui Epigetin uocant. Ægyptii Phylacuon Romani Ambuxum.ramis exit rubentibus Viticoſis. Folium habet ex ulcerans & uehementer acre guſtanti.ambit hæc clauiculis ſuis arbores conuoluendo ſe proximis Hederę modo Ciliciæ.ſemen huius tritum cũ aqua uel Hydromelite ad Bilem bibitur & pituitam exigendas per aluum.Folia illinun tur ad Lepras arcendas.Durata ſale cum lepidio Eſtur uſu.

POLÆMONION DCXII

p Olęmonion,alii Philetærion appellant.Cappadoces autem a multitu dine utilitatum Chiliodynamen : ramis exilibus & patulis.Folio Rutæ

paulo ampliore longioreq; ad ſimilitudinem dicti nobis modo Polygoni:aut Nepetæ.Cacuminibus Corymbi dependēt.radice cubitali ſubalbida ſimili radiculæ hoc eſt ſtruthio.Naſcitur in montuoſis & macris.contra ſerpentes in potum radix prodeſt.ad Dyſenteriam:urinę difficultates Iſchiadas ex aqua bibentibus medetur.ad Splenicos ex aceto drachma.In ſcorpionum quoq; ictibus ſaltem adalligata ſuccurrit:& habentes eam omnino tangi negantur:aut ſi feriantur: dolorem ſentire non patitur.manſa dentium ſubleuat dolores.

SYMPHYTON DCXVIII

Ymphyton petreum cognominatum Naſcens in ſaxis Ramos habet
s Origani tenues a cacuminibus:Thymi capitula:ſurculoſum & odoratū:guſtu dulce:ſaliuā ciēs:longa radice rutila digitū craſſa.cū Mellicrato decoctum in potu purgandis pulmonibus ualet.reiicientibus ſanguinem:renum doloribus datur ex aqua.In Dyſenteriam & Profluuium rubens in Vino decoquitur.In Acero mulſo ad Rupta:Conuulſa:commanducatum ſitim ſedat.carnes cum coquuntur,additum conglutinat.

SYMPHYTON ALTERVM DCXIX

Liud Symphyton:quod quidam Pycten,Romani Soldaginem uocant
a Caule naſcitur cubitorum binum & maiore ferulaceo:anguloſo,inani, ut Sonchos & craſſo:qui per breuia interualla circundatur foliis lanuginoſis,anguſtis,oblongis exemplo herbæ:quæ Boum linguæ ſimilis eſt.ab angulis prominent Veruculæ alarumq; in ſingulis folia quædam tenuia cohærescunt ceu annexa.Flores ab iis lutei ſuſtinentur ſimiles Rutæ.Semen Verbaſci. Caulis uero uniuerſus & Folia quandam Lanuginem modice aſperam nutriunt: quæ ipſo attractu prurigines mouet.radicibus extra nigris:Intus candidis : glutinoſis.In quibus Medica uis conſiſtit. Tritę ſanguinē excreantibus dantur & ruptis uulneribus recēs illatis imponitur:cōglutinat:coaleſcūt & carnes ſi in coquēdis addatur.Partibus inflāmatis potiſſimum ſedi cum ſenetione illitum prodeſt.

HOLOSTEON DCXX

Oloſteon herba eſt puſilla digitis tribus aut quatuor ſupereminens ex
h tra terram.Foliis ramiſq; Coronopodis aut graminis:aſtringens guſtu Radice admodum tenui uſq; in capillamenti ſpetiem:candida:longitudine ſemipedis.Naſcitur in collibus.Et carnes hac cum coquuntur addita cohęreſcunt.Extat & uſus eius ad rupta in Vino potę.

STOEBE DCXXI

Toebe,alii Stobion,Romani Stipam:uulgo ſcitur.Folia huius & ſemē
s aſtringunt.eoq; Dyſentericis decoctum eius iniicitur.Prodeſt & Auribus purulētis infundi:Oculis uero ictu cruentatis utiliter imponuntur. Folia ſanguinis erumptionem cohibet.

CLYMENON DCXXII

Lymenon,alii Calycanthemon,alii Periclymenō,alii Heliophyes, alii
c Epatitin,alii Milacē,alii Anatolicon,alii Dyticō,alii Merſinē ſeu Merginē,Romani Voluerum maius,Ægyptii Oxyui.ſunt qui & Clymeniō & Agonon uocent.Caulem habet quadratum ſimilem Fabę.Folium Plantagini.

Folliculos inter se implexos uelut in Iride, Polyporum ue Cirris: optimus e mōtanis. uniuersus exprimit propter succū. In quo usus ad sanguinē eiectātes: aluinos: profluuia rubicūda. spissat. n. & refrigerat. sanguinē quoq; fluētē e naribus: supprimit, Folia eius & folliculi recētibus uulneribus terūtur: ptinaci effectu donec ad cicatricē pducāt.

PERICLYMENOS DCXXII

p Ericlymenos, alii Æginen, alii Clymenon, alii Carpathō, alii Splenicō, alii Epatin, alii Helxinem maiorē, alii Clematitin, alii Myrsinē, alii Calycāthemō, Prophetę Piliō aphroditis quasi pileū Veneris, ægyptii Tucō, Romani Volucrū maius, Punici Lauath. simpliciter fruticat: ex interuallo p ambitū folia cōtinens pusilla subcādida ad similitudinē Hederę: secus quę ramuli adgermināt semē cacuminibus Hederaceū pferētes. albus ei flos similis fabæ sub rotūdus ceu folio impositus: semē prędurū & uelli difficile. radix crassa, orbiculata: Nascitur in aruis ac sepibus cōuoluens se adminiculis fruticū quibuscūq;. Semē eius maturū collectū & in umbra siccatū datur in uino mēsura drachmæ: quadragenis diebus Lienē absumit. lassitudines discutit. Orthopnoicis prodest: singultusq; inhibet. urinā a sexto die cruētā ciet: partū quoq; adiuuat. Eosdē usus habent & folia: quæ si quis diebus tribus de. xl. biberit etiam sterilitatem afferre prędicantur. abigunt eadem peruunctis ex oleo algores febrium reduces.

TRIBVLVM DCXXIII

t Ribolos, alii Bucephalos, alii Tauroceros, Romani Tribulū aquaticū Terestri folia Portulacę tenuiora: & rami iacētes in terra exigui. iuxta quos spinæ difficiles pdurę: secūdū Fluuios & i ruderib9 ꝓuenit. Alterū genus aquaticū nō nisi amnibus nascēs: coma dūtaxat aquis extāte: aculei Vado cōdūtur. Folio ad effigiē Vlmi: pediculo lōgo: caule cacuminibus crassiore q̄ partibus in humore cōtētis: adsunt ei & capillamēta quędā spicacea. semē durū quale habet & alterū genus. uterq; refrigerātis & astringētis naturę est. cōtra inflammationes omnes illinitur. ulcera erūpētia in ore cōpescit cū melle. Item tōsillas: putria quoq; in ea parte gingiuasq; sanat. Succus ex iis colligitur ad oculorū medicinas. semē recēs potū calculos iuuat. e terestri drachma bibitur & linitur ictibus serpētiū. sumptus in uino aduersus uenena prędiū est. Decoctū eorū in terra sparsum pulices necat. Thraces qui ad Strimonē habitāt: foliis Tribuli uirētibus pro pabulario utūtur: & equos sagināt. Ipsi nucleū eius pdulcē & altilē panificii loco in cibos excipiūt.

SARXIPHAGON DCXXIIII

s Arxiphagon, alii Saxiphrangon, alii Empetron, Romani Saxifragam uocant. Frutex est surculosus in saxo & asperis nascens similis

In uino cocta ꝓdest habētibus febres & ad strāgurias & singultus: calculos uesicę frāgēdos urinas trahēdas

CIMONION DCXXV

c Imonion, alii Neuroides, alii Lynchitis, alii Napi Oniu, Marsi Mendruta, Syri Meuda. nōnulli Lycosemphalō, alii Eleborosemata, Quidā Scillon, Prophetæ Cor Lupi hoc est Lycu Cardia, Romani Veratrū nigrū, alii Tintinabulū terræ, Galli Iurbarū, Daci Dacina, similis Betæ: uerū tenuioribus & minoribus foliis. decē interim pluribus: caule tēui erecto: altitudine liliorū: pleno seminis rubri: qd̄ gustu linguā astringit. tritū hoc acetabuli mēsura in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0158-8 DFG

uino Dysentericis & cœliacis ꝓdest.rubētes feminis mēses coercet. In pratis palustribus prouenit.

LAGOPVS DCXXVI

l Agopus, alii Lagou Cyminon hoc est leporis cuminum. Contrahit uentrem in uino, aut in febri ex aqua. Eadem inguini adalligatur contra tumores. Nascitur in segetibus.

MEDION DCXXVII

m Edion, alii Medicen, alii Triphyllon, alii Clemation, alii Osmos, alii Trigonos, alii Cybellion, alii Polyphyllon. Romani Trifolium odoratum. Ægyptii Epaphu. Nascitur in saxis opacis; Folia habens Iridis. Caulem tricubitum: & in eo florem grandem purpureū, rotundū: Semine minuto ad imaginem Cnici. Radice semipedali: crassitudine baculi: austera gustanti: quę cū Inaruerit contrita, & in melle decocta purgationes feminarum rubentes sistit: eclegmate per aliquot dies sumpto. Semen contra in uino menses elicit.

EPIMEDION DCXXVIII

e Pimedion, Alii Erineos, alii Thryas, alii Polyrizon. Romani Vindictam. Caulis est non magnus hederæ foliis denis, duodenisue: nunq̄ sementescens aut florescens. Radicibus nigris tenuibus graui odore: gustu fatuo. Nascitur in humidis. folia in oleo trita illinūtur cohibendis uirginum māmis. Radix & folia feminis ut abortiuū cauēda: quoniā resoluta in potū uini si post prægnationē ad drachmas.v. In quintū diē bibant: cōceptiones eripiunt.

XIPHION DCXXIX

x Iphion, Alii Anactorin, alii Phasganon, alii Machęronion, alii Arion siue Irion. Romani Gladiolū, alii Segetalem. Videtur id nominis Nacta: quoniam gladii speciem foliis præbeat. Similia enim Iridis exeunt: minora dūtaxat angustioraq̄: Præterea exacuta in mucronem ac uenosa. Caule duum cubitorum: flore purpureo inuicem per uersus distante. Semine rotundo. Radice duplicis ordinis: quarum una insidet alteri: ceu bulbis pusillis: inferiore gracili: superna uero habitiore: adultioreq̄. In aruis maxime nascitur. Superior pars eius cū turis pollinе illita uino admixto spicula, & aculeos extrahit. Cū farina uero ærina panos discutit. Ideoq̄ in Emplastra desiderii eius utiliter additur. Menses quoq̄ appositu elicit: qui partē radicis superiorē bibant in uino stimulari ad uenerē dicūtur. Contra inferiorē sumentes ad geniturā steriles & ignaues id genus euadere. Pueris hernia interanei laborātibus superiorē dandā in aqua prę cipiunt.

SPARGANION DCXXX

s Parganion, alii Xiphidion idest Gladiolum uocarunt: & sane gladiolī folia uiderentur: nisi arctiora inclinatioraq̄ obtineret. A capitibus caulium semina in pilulis uisitantur. Radix & semen excipit cōtra serpentes in potū.

XYRIS DCXXXI

x Yris, Alii Irin sylueſtrem, Alii Cacon. Romani Gladiolū dicunt. Quidam Irin agrestem. Daci Aprus. Foliis & hæc Iridi similis est. Verum latioribus; & in cacumine cuspidatis. Caule intra folia cubitali: admodū crasso: triquetras ualuulas ferente: in quibus flores purpurei emicant medio rubentes. Semen in folliculis fabarum effigie conditur; rotūdū: rubrum: acre. Ra-

dix prædensa geniculis:rubicũda:longa : uulneribus in Capite atq; ossibus fractis percommoda.Sagittas & infixa corporibus tela sine cruciatu aliquo eiicit admixta æris floris parte totius modi tertia & Centaurii radicis quinta cum melle.Tumores quoq; inflammationesq; illita ex aceto emendat. Radix defracta in passo bibitur ad rupta:conuulsa: Strangurias: coxendices: aluum solutam. Semen uehementissimum Trahendis urinis Trioboli mensura sumptum in uino. Lienem ex aceto potum consumat.

ANCHVSA DCXXXII

Nchusam, aliqui Catarchusam & Libycen & Archibellion:& Alcibia-
a dion & Onochelos:quasi labrũ asini:& Porphyrida:& Medusam & Sa-
lyca & Nonean. Punici Buinesath: aliqui Calyca & Onoclean appellant.Folia ei Lactucæ similia fastigata in exilitatem : hirsuta : scabra:nigrantia: numerosa circum radicem per terram strata, aculeataq;. Radix crassitudine digitali:colore sanguineo æstate : manus inficiens. Nascitur pinguibus locis. In astringendo radici uis constat.Sanat ambusta in cerato decocta cum oleo: Item ulcera uetera:Ignibus sacris cum polenta imponitur. Lepris & uitiligini illinit ex aceto.Partus appositu extrahit.Decoctũ eius datur bile suffusis & ad renũ dolores lienisq; uitia.Si febris sit in aqua mulsa.Foliũ in uino bibentibus supprimit uentrẽ.Vnguentariis quoq; in Radice usus est addẽtibus in olea pro spissamẽto.

ANCHVSA ONOCHELOS DCXXXIII

St alia herba eiusdem nominis : quam aliqui Alcibiadion uocant. Alii
e Onocheles. Differt a priore folio: quod ei minus amplum. Cętero si-
milis & scabritia foliorum & tenuitate Caulium:quibus in summis flores purpurei subrubentes spectantur. Radices habet rubras prælongas:Messibus tritici sanguineas. In sabulosis nascens. Efficax contra Serpentes maxime uiperas : æque cibo ac potu, ad alligatu quoq;. Constatq; commanducata ea si inspuatur:mori serpentem.

ANCHVSA INNOMINATA DCXXXIIII

St & alia huic similis Fructu rubro:minor:quẽ dentibus molitũ si quis
e inspuat in os serpentis:momento eam interficit.Pellit & animalia inte-
stinorum rotunda cũ Hysopo radix & Nasturtio acetabuli pondere.

ANCHVSA LYCOPSIS DCXXXV

Ycopsis quidam & huic nomen anchusæ dederunt.Longioribus q̃ La-
l ctuca est foliis:crassioribus:asperis : circa radicem a capite eius prola-
psis.Caule longo : erecto : hirsuto : adnatis multis Cubitalibus similiterq; scabris.Flore in iis paruo purpureo.Radice rubra: spissante os. Nascitur in Campestribus.Illita ex oleo radix uulneribus medetur. Cũ polenta uero ignibus sacris imponitur.Sudores trita cum oleo perungentium mouet.

ECHION DCXXXVI

Chion, Alii Aridan, Alii Alcibiadion.Romani Alcibiacum.Folia ha-
e bet prælonga:scabra:subalbida. Colore in rubrum ad anchusæ simi-
litudinem inclinato. Minora uero atq; pinguia sentibus densis & candidis, obsidentibus.Cauliculo tenui: copioso.Minutis utrinq; foliis se panden-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0160-6 DFG

tibus nigricantibus: assidue breuioribus in cacumen pro suo cuiusq; numero. Inter folia purpurat flos: & in eo semen occulitur uiperę capitulo simile. Radix exilior digito subnigra: quæ non ictis modo a serpente auxiliatur pota in uino: sed præsumentes quoq; percuti non patitur. In eodem usu folia semenq; habentur. Eadem & Lumborum doloribus subuenit. Lac in uino uel Sorbitione sumpta Nutricibus ciet.

OCIMOIDES DCXXXVII

Cimoides. Nonnulli & hāc Echion uocant: alii Scorpiuron: alii Sparganon: alii Althæan: alii amaranthida, alii Probatæan, alii Elaphion, alii antimimon, alii Porphyrida, alii augion, alii Nemesion, alii Philetereion, alii Hyaenopsolon, alii Thyrsitin, alii Thermutin, alii Misopathos. Romani Ocimastrum. Folio nascitur ocimi: ramis palmum altis hirsutis: siliquas hyoscyami figura sustinentibus: seminis plenas nigri Melanthio similis: quod in uino haustum contra uiperas & Serpentium cęteras resistit. Traditur cū myrrha uino pipere propter Ischiada. Radice nititur tenui: nullo usu.

ERINOS DCXXXVIII

Rinos alii Ocimoides, alii Hydreron. Romani Ocimum aquaticum. Secus amnes fontesq; nascitur ocimi similitudine: sed foliis minoribus & superne diuisis. Palmo alta est Cauliculis quinis senisq;. Flos candidus. Semen nigrū acerbum. Madet Lacte multo & Caule & folio. Duæ seminis drachmę cum mellis Cyathis quatuor Fluxionibus oculorum medentur illitu: Succus perq̄ utilis aurium dolori cum Sulfure: nitroq; instillatus.

GRAMEN DCXXXIX

Grostis, alii Ægicon, alii amaxitis. Ægyptii anuphi. Romani Gramen alii asifolium, alii Sanguinalem, alii Vniolama. Hispani aparia. Daci Cotiata. Punici Iebal passim cognoscitur geniculatis ramulis serpens. Radicesq; ab iis geniculatas: dulcesq; spargens. Folia eius in tenuitatem cacumi nata & dura & ut harundinis paruę: lata: bubus iumentisq; pabularium. Radix ad uulnera teritur: quæ illitu eius conglutinantur. Decocto radicis in Torminibus & urinę difficultatibus utimur & ad recrementa uesicæ frangenda: quæ demum durantur in calculos.

CALAMAGROSTIS DCXL

Alamagrostis uocatur omnibus modis amplius gramine Iumentis cauendum. Necat enim deuoratum ab iis pręsertim in Babylonis regione id: quod iuxta uias nascitur.

GRAMEN PARNASIVM DCXLI

Ramen uero: quod in Parnaso monte gignitur: Densius fruticat: folio Hederaceo: Flore albo & odorato. Semine paruo nec inutili. Radicibus quinq; uel sex: crassitudine digiti candidus mollibus: admodumq; dulcibus. Horum succo decocto adiicitur uinum ac mel q̄tum satis est: dimidiū Myrrhę Piperis Turisq; tertiæ portiones. Medicamentumq; fit oculis nobile. Componendum id Ænea pyxide. Radicibus decoctum præstat quos ipsa radix effectus, semen eius urinas uehementer impellit. Vomitiones aluumq; sistit.

GRAMEN CILICIVM DCXLII

Enus aliud Graminis in Cilicia naſcitur appellatum indigenis cinna:
g quod uirid e bubus appoſitum amburit eos.

SIDERITIS PRIMA DCXLIII

Ideritis Alii Heraclean: Prophetæ Gonon, Alii hæma Titanu hoc eſt
s ſanguinem Titani. alii Vra Scorpiu hoc eſt Cauda, ſiue lotiũ Scorpio
nis. Pythagoras Parmoron. Andreas Xanthophanen: oſthanes Boe-
phthalmon quaſi bouis oculum. Ægyptii Senodionor. Romani Vertemnum,
ſiue Solaſtrum. Punici Vdodonin. Herba eſt folio q̃ Marrubium longiore ad ſi-
militudinem Saluię, aut quercus: minore tamen & aſpero: Caulibus quadratis:
Altitudine palmi quandoq; maioribus: Modice aſtringentibus linguam: Sapo
re non iniucundo: uerticillis per interualla Marrubii: & in iis Semen nigrum.
Naſcitur in maceriis. Folia uulneribus illinuntur. Glutinant enim ea: & ab im-
petu inflammationum tuentur.

SIDERITIS SECVNDA DCXLIIII

St & alia Sideritis cubitorum binum: ramis exilibus: cui folia pedicu-
e lo annexa longo ſimilia Filici & leuiter ſerrata & a lateribus frequẽtia:
Ex alis autem ſuperioribus exeunt Ramuſculi tenues longi Capitibus
orbiculatis & ſcabris: quę ſemen continent ad imaginem betæ ſed durius & ro-
tundius. Et hanc foliaq; eius utilia eſſe uulneribus conſtat.

SIDERITIS TERTIA DCXLV

Abetur & tertia Sideritis. Et hanc quoq; Crateias heraclean uocabat:
h in parietibus uinetiſq; naſcentem. Foliis ab una radice ſimilibus Cori-
andro. Coliculos ueſtientibus palmares: teneros: Lęues: ſubcandidos
atq; ſubrubicundos: Flore paruo: puniceo: amaro: gummoſo. Vulneribus cruen
tis etiãnum ac recentibus efficaciter imponitur pro ferrumine.

QVARTA SIDERITIS ACHILLEOS DCXLVI

Chillios. Alii Myriomorphon. Alii Chiliophyllon. alii Stratioticon.
a Alii ſideritin. alii Heracliõ. Romani ſupercilium Veneris. alii acorum
ſyluaticũ: aliqui militarẽ & millefoliũ: Punici aſtarchilloth. Sunt igit̃:
qui achilliõ quoq; ſideritin appellent. Scapos altitudine dodrãtali uel eo maio-
res habentẽ: & ad effigiem fuſi: circa quos folia puſilla, tenuia inciſuris præcin-
cta denſis ex obliquo: ſimilia Coriãdro. ſubſalſa: lentoſa: odore copioſo: nec mo-
leſto: Cęterum Medicato: Vmbellę orbiculatę: Flos uarius: modo. n. albus, mo-
do purpureus: modo aureus geritur. Exit ſolo reſtibili. Huius comę uulneribus
cruentis & eruptionibus pituitæ cohibendis intritæ ſuperlinunt̃. Ipſum quoq;
ſanguinẽ, undecũq; fluat, coercẽt etiã manãtẽ e uuluis admotę. Feminarũ quoq;
profluuiis ad inſidendũ herba decoquit̃: in dyſenteria itẽ decoctæ bibit̃ ſuccus.

RVBVS DCXLVII

Atos alii Cynoſbatos: alii ſelinorition: alii aſyntrophon. Prophetæ
b Hæma Titanu, hoc eſt ſanguinem Titani: uel hęma Ibeos, hoc eſt ſan-
guinem Ibis. Romani ſenticem uocant. Aliqui & rubum & morum ua-
ticanam. Daci Mantia: Ægyptii Aemoos: Alii Ametros. Rubo igitur: quem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0162-8 DFG

omnes nouere: ſiccandi: ſpiſſandi: capillum inficiendi uis adeſt. Decocto ramorum aluus cita contrahitur: Abundantiæ Feminarum ſiſtuntur: Ictibus præſteris occurritur. Gingiuæ ſtabiliuntur: Oris quidem ulceribus etiam folia commanducata proſunt: Manantibus uero in capite: oculis procidentibus: Condylomatis, Hæmorrhoidis illinuntur. Stomachis laborantibus & Cardiacis trita impoſitaq; ſubueniunt. Efficacior ad omnia ſupradicta ſuccus expreſſus Caulibus atq; foliis collectus & uerſatus in ſole. Ipſius autem ſeminis ſuccus ſi e maturo fiat, contra mala Oris ſingulari præſidio eſt. Mediocriter maturum edentibus cohibet uentrem. Idem præſtat flos ſi e uino ſumatur.

RVBVS IDÆA DCXLVIII

b Atos Idæa hoc eſt Rubus Idæus appellatus eſt, quoniam in Ida plurimus naſcitur. Eſt autē tenerior multo q̄ Rubus, minoribuſq; ſpinis, Sępe nullis. Eadem præſtat: quę ſupradictus Peculiariter flos eius cum melle diſtritus. Epiphoris oculorum illinitur & ignibus ſacris: contra ſtomachi quoq; uitia bibitur ex aqua.

HELXINE DCXLIX

h Elxine Aliqui Elitin & Cannucherſæan & Amelxinen & Sucotachon & Pychnacon: & Meſampelon & Cittāpelon & Ciſſamethon: & Anatetamenen. Romani Volucrum lapparum. Ægyptii Apap: alii Parthenion: alii Sideritin. Alii Heraclian. Alii Aſyrian: alii Hygienē agrian: alii Clybadion: alii Polyonymon uocant. Naſcitur in parietinis Sepibus: uineis: Cauliculos habens leuiter rubentes. Folia herbę mercurialis hirſuta: Semine obducto, Caulibus: aſperitate etiam ueſtium Tenaci. Vim habent folia ſpiſſandi: refrigerandi. Quamobrem Ignes ſacros: aduſtiones: condylomata: Panos incipientes: tumores collectioneſq; omnes illitis ſanant. Succus cum Pſimmithio Ignem ſacrum & mala: quę ſerpunt inungit. Imponitur & podagris Cera Cypria uel Hyrcino ſeuo collectus. Emendat & ueterem tuſſim Cyathi hauſtu. Inflammationibus tonſillarum gargariſſatus & illitus confert. Aurium cum roſaceo infuſus exterminat. Eſt & Helxine foliis hederę dūtaxat minoribus. Ramulis longis: quibus amminicula quęcūq; complectitur.

ELATINA DCL

e Latine folia habet Helxines: puſilla: rotunda piloſa, tenuibus & Semipedalibus ramulis: quinis ſeniſq; a radice ſtatim foliofis aſtricta guſtu: Naſcitur in ſegetibus & utiq; ſolo culto. Inflammationibus & fluctionibus oculorum efficax foliis cum polenta impoſitis. Eadem cocta ſorbitionis uſu a dyſenteria eliberat.

EVPATORIVM DCLI

e Vpatorion. Alii Epatorion. Alii Epatitin. Romani uolucrum maius. Surculoſa eſt herba ſimplicis Scapi: tenuis: lignoſi: ſubrecti: nigrantis: hirſuti: cubitalis aliquando & amplioris: folio per interualla inciſo & magna ex parte quinquepartito: Interim plurifariam quinquefolii aut Cannabis ſimilitudine. Nigro & ipſo extremitatibus ſerratis. Semen leuiter plumoſum e medio Caule circa proſilit inclinatum in terram, ut cum in-

aruerit:uestibus quoq; in ambulantium adhęrescat.Huius folia cum Suillo pingui trita & imposita ulceribus cicatrici repugnantibus medentur. Semen & Herba in Vino pota, dysentericos item affectos Iocinora, & Saerpente percussos restituit.Hanc aliqui falso Artemisiam esse putauerunt. Sui enim generis artemisiam indicauimus.

PENTHAPHYLLON DCLII

p Entaphyllon alii Pentapeges, alii Pentamonon, alii Pentapentes, alii Pseudoselinon:alii Callipetalon, alii Xyloloton, alii aspalton, alii Pentacoenon, alii Thymiatitin.Ægyptii Orphitebiocen : alii Æthotron: Prophetæ Ibeos onyx, hoc est unguem ibis, alii Pteron ibeos hoc est pennã ibis, alii Hermodactylon.Romani Quinquefolium.Galli pompedulon. Daci Propedula.Ramulos habet festucæ tenuitate : palmum non excedentes : & in iis semen.Folia mentę similia in singulis pediculis quina nec plura, nisi perq̃ raro:per ambitudinem Crenata serræ modo.Florem in candido pallidum, aurosumq; humidis locis, & iuxta aquæ ductus nascitur.Radice subrubra:oblonga:paulo crassiore q̃ ueratri nigri:Multo usu.Succus ad tertias discoctę si ore contineatur dolorem dentium finit. Idem ad putrescentia in ore colluitur. Ad scabritiem arterię gargarissatur.Ad aluum liquidam, & dysenterias, & articularios, & coxendicum morbos bibitur. Vlceribus tritum & illitum ex aceto serpere ea non patit. Discutit strumas:duritias: tumores : collectiones & abscessus : Præterea ignem sacrum & pterygia digitorum:condylomata & psoras. Succus e Radice tenera exceptus aduersatur Iocinorum uitiis & pulmonum.Item uenenis. Ad circuitus febrium tollendos bibitur ex aqua mulsa aut uino temperato:cum Piperis exiguo.Foliis in quartana e quatuor ramulis: in tertiana e tribus : in quotidiana ex uno. Tricena uero folia Tricenis diebus pota comitialibus medentur. Foliorum Succus per dies aliquot tribus cyathis sumptus morbum Regium celeriter sanat. Vulnera & Fistulas cum sale, melleq; sublitis curat. Hernias interanei cohibet:Eruptionesq; sanguinis sistit Potu iuxta & litu. Adhibetur & lustrationis gratia expiandis, purificandisq; domibus contra mala medicamenta & carmina.

PHOENIX HERBA DCLIII

p Hoenix.Alii Rhun: Alii anchinopa : & Phoenicopteron : Alii Rhun Stachyos.Hoc est profluuium spicæ : alii Osthaten. Romani Lolium murinum.Ægyptii Athuu. Folium ei Hordeaceum breuius & angustius.Spica lolio similis.Rami senum digitorum circundantes radicem. Spicæ septenæ octonęue. Nascitur in arationibus & in tegulis recens oblitis. In uino austero solutiones uentris:Sanguinem Erumpentem ex uteris : largiores urinas coercet. Traditur a quibusdam cohiberi ea in uellere puniceo inclusa adalligataq; sanguinem uulnerum.

IDÆA RADIX DCLIIII

i Dæa radix folia emittit, quæ Oxymyrsine. Adhęrent iis Clauiculæ uelut pampini: e quibus flos.Naturam habet radix uehementer spissandi conueniens ad ea, quę astringi opus sit: aluum mensesq; & omnem sanguinis abundantiam repercutit.

Radix

RADIX RHODIA DCLV

r Adix Rhodia:quam & Rhodida appellant.Nascitur in Macedonia nõ absimilis Costo:minoris modo ponderis : cute inequali: odorem Rosæ cum teritur reddens.ad Capitis dolores cum Nardo tenui faciens impo sita & Fronti Temporibusq; infusa.

HIPPVRIS DCLVI

h Ippuris,alii Trimachion,alii Anabasin,alii Cheredranon, alii Ephy-dron,alii Iteandendron,alii Gin,alii Schimnostrophon,Ægyptii Phor fre,Prophetæ Cronu trophe,hoc est alimentũ siue pabulũ Saturni, Ro mani Equinalem,alii Salicem equinalem:prouenit humidis locis, secundũq; fos sas.cauliculos habens inanes & leuiter rubentes.Preterea scabriusculos ualidos, geniculis frequẽtibus atq; farctis in sese.Folio circa Iunceo denso:prætenui as-surgit in altitudinẽ scãdendoq; proximos caudices depẽdet comis circũfusa mul tis & nigris ut est equorũ cauda.radice dura lignosa.uis herbę spissandi corpora. Ideoq; succus sanguinẽ e naribus fluentẽ inclusus sistit.Dysentericis in uino po-tus medetur . urinam cit.uulneribus folia imponũtur cruẽtis.radix & superficies tussim & Orthopnoeam sanant.Itemq; rupta Intestinis dissectis & uesicæ præ-cisionibus:Enterocelęq; cohibendæ:folia bibi ex aqua precipiuntur.

HIPPVRIS ALTERA DCLVII

h Ippuris,& alia est:quam Equition,alii Chędram,alii Gynon, Romani Salicẽ equinam uocant.caule recto equali excedente cubitũ pene uacuo breuioribus per interualla & cãdidioribus comis,mollioribusq;. ad uul nera glutinãda eiusdẽ effectus impositã propter sanguinem sistendum.

COCCOS SIVE GRANVM TINCTORIVM DCLVIII

c Occos Baphice hoc est Coccum siue granũ tinctoriũ surculoso Nasci-tur Frutice:cui grana Lenticulę adherẽt.legũtur hæc ad usus componũ turq;.optimum e Galatia & Armenia:sequens ex Asia Ciliciaq;.pessimũ ex Hispania . uis astrigẽdi.uulneribus etiam neruorum trita ex aceto superlinun-tur.In Cilicia e Roboribus prouenit limaci paruo simile:quod loci eius Mulie-res exceptum ore Coccon id est granum specialiter appellant.

TRAGION DCLIX

t Ragion fruticem sola Creta insula gignit:Folio:ramis & semine lentis co similem.Sed minore omnium amplitudine:succum ferentem qui Gũ mi modo coeat.Folia & semen & lachryma impositione cum Vino spi-cula & hærentia e corporibus omnia extrahunt.potu uero strangurias finiunt.ue sicę calculos frãgũt:menstrua deuocant:In quæ pondus drachmę requiritur.Ca preę syluestres percussę pastu herbæ huius eiicere perhibentur sagittas.

TRAGION ALTERA DCLX

e St & alia herba cognominis supradictæ:quam aliqui Tragoceros,ali-qui Scorpion,alii Garganon uocant:Romani Cornulacam,aliqui Bi tuensam.Daci Salia,Ægyptii Sober,Punici Acheosim.Foliis Scolo-pendrii.Radice tenui candida:Simili Armoraciæ:quæ cruda & cocta Dysenteri-cis manditur.Autumno folia prodeunt:Hircinum Virus olentia:Indeq; appella-

tio:Naſcitur montuoſis præcipitiis.

TRAGOS HERBA DCLXI

Ragos, alii Scorpion, alii Traganon uocant. Maxime in maritimis
t gignitur.Frutex puſillus in terra oblongus. Semipedealtus : paulo-
ue grandior ſine foliis, Ramos habens in quibus uelut Racemi ſunt pu
ſilli Grano Tritici, Acuto Capite: copioſoq; Guſtum uehementer ſpiſſante.Hu
ius cacumina ideſt Acini decem poti ex Vino Cœliacis Menſiumq; abundantiæ
auxiliantur .Quidam tundunt eos : Paſtilliſq; factis in uaſa componunt atq; ita:
cum opus eſt, utuntur.

OXYSCHOENOS ET IVNCI PALV-
STRIS GENERA. DCLXII

Xyſchoenos, alii Oxypternos:alii Ophryſheliu hoc eſt cilium ſiue ſu-
o percilium Solis, Romani Iuncum marinum, alii Iuncum Manualem,
Punici Chudua.Duo eius ſumma Genera:Alterum leue, quod Schoe-
nos lia.Alterum acuto cacumine:quod Oxyſchoenos uocatur.rurſuſq; hoc po-
ſterius in duas ſpecies conciditur. Vnam ſterilis.Alteram ſemen nigrum & orbi-
culatum ferentis:Cuius Calami craſſiores, carnoſioreſq; ſunt.Inuenitur & Ter-
tium genus utroq; aſperius & calloſius appellatum Holoſchoenos:ſemine ſimi-
li:hoc & ſuperioris toſtum & in aqua potum ſiſtit aluos & menſes Feminarum ru
bentes.urinam ciet, capitiſq; dolores molitur.Folia eorum tenera:quæ proxima
ſunt radici commanducata illinuntur aduerſus araneorum morſus.

EVRIPICE DCLXIII

Liud etiamnum Genus eſt Iunci:quod Euripicen uocant:cuius ſemine
a ſomni alliciuntur.ſed modus in eo ſeruandus:ne ſopor fiat.

LICHEN IN PETRIS DCLXIIII

Ichen is:qui naſcitur ſuper ſaxa Muſcus Bryon ab aliquibus appella-
l tum:rorulentis modo petris adhærescens: Inhibet abundantiam ſan-
guinis:Inflammationeſq; illitum.Curat & Impetigines. Morbum quo
q; regium cum Melle ſanat:Ore illito & Lingua:Emendat & fluctiones.

PARONYCHIA DCLXV

Aronychiam, alii Achedoton, alii Neurada & Phrynion, romani Boui
p nalē dicunt.Frutex in petris puſillus ſimilis Peplo:ſed breuior:q̄q̄ folio
maiore. Teritur uniuerſa herba & ad Paronychia & duritias illinitur.

CHRYSOCOME DCLXVI

Hryſocome, alii Chryſitin & Chryſanthemon:& Amaranton & Dios
c Pogona, romani Iouis barbā.Punici Dubath:alii Burchumath:palmi
altitudine inſurgit:comantibus Corymbis figura Hyſopi, radice Vera
tri nigri piloſa: Tenui:Guſtu non iucundo:uerum dulci ex auſtero : Cyperi ma-
gnitudine.In opacis petroſiſq; naſcens.radix excalfacit & aſtringit. Datur po-
tui ad Iocinorum uitia. Item Pulmonum . Decocta uero in aqua mulſa: Vuluas
purgat Sumentium

CHRYSOGONON DCLXVII

c Hryſogonon, alii Chryſoſpermon, alii Daſpin, alii Linon, alii Origa-

non, alii Accophthalmon, romani Aurariam. Folium habet Quernum denso frutice. Florem Coronarii Verbasci. radice Rapi uehemēter rubente intus, foris nigra: quæ cū aceto subacta & imposita muris aranei morsibus medetur.

HELICHRYSON DCLXVIII

Elichryson & Chrysanthemon dicitur. Quidam & Amarāton uocant:
h quo & Deos coronant. Cauliculum habet Tenuem, Virentem, Erectum & Durum. Folia uero angusta ex interuallis Abrotono similia. Comas in orbem Lucis aureę Vmbracula in rotam uelut aridis Corymbis dependentibus idest qui nunquam marcescunt. radicem exilem. Nascitur gracili solo Conuallibus. Difficiles Vrinas ciet Coma in Vino sumpta. sic & contra Serpentium ictus & coxendicum uitia bibitur. Item ad rupta. Menses eadem Trahit. sanguinem in uesica & uentre concretum digerit & consumit in mulso. Profluuia mulierum pondere obolorum trium in uino sumentibus ieiunis arcet. Inserta eadem uestibus ab animalium noxiis tuetur eas.

CHRYSANTHEMON DCLXIX

Hrysanthemon siue Chalcas, siue Chalcitis: alii Chalcanthon & Chal-
c canthemon & Buphthalmon quasi Bouis oculum, romani Acantham, Æthrusci Garuleum, Punici Curzetam. Herba est teneritudinis fruticosæ: leuibus cauliculis: Folio in capillamenti tenuitatem consecto: Floribus luteis: multum splendentibus. Oculi modo in orbem circumactis inde inuento Buphthalmi nomine. Nascitur circa Oppida. caules eius excipiuntur in cibos ut Cymæ. Flores triti cum Cera discutere Steatomata Dicuntur. Arquatis certe Hilaritatem faciunt Coloris utiq; ad Tempus: Si a Balnearum egressu in quibus fricari se diu fecerit: bibantur.

AGERATON DCLXX

Geraton surculoso frutice adolescit in Dodrantes duos: humilis alio-
a quin herba & omnino simplex haud dissimilis Origano: Vmbellas gerens: In quibus Flos colore aureo Ampullaceus, minorq; Helichryso. Tulit autem id nominis: ex eo qd Flores suos diu conseruat incolumes: Decocto eius uis ardens. ipsa herba urinas uel suffitu elicit: uuluarū quoq; duritias mollit.

PERISTEREON RECTVS DCLXXI

Eristereon Orthos idest rectus, alii Trigonon, alii Bunion, alii Hiera-
p botanen, alii Philtrodoten. Ægyptii Pempsempte. Prophetæ Herasdacryon. hoc est Lacrymam Iunonis, alii Hæma Gales: hoc est sanguinem Mustellæ: alii Hæma Hermu hoc est Sanguinem Mercurii: cristam Gallinaceam romani. sunt qui Feriam & Trixalidem & Exuperam & Herbam Sanguinalem uocarint. Nascitur in Aquosis. Nomen impositum a Columbis qui in eauersari plurimum gaudeant. Herba est altitudinis palmi: Aliquando etiam maris. Folia incisa: Subalbida: Erumpentia e caule: qui ei unus parte plurima est: Quemadmodum & radix una. Huius foliis cum Cera rosacea uel Suillo Adipe recenti appositis dolores Vuluæ tolluntur. Ignes Sacri cum aceto illitis placātur. Putrescentia cohibentur uulnera: Solidescunt & adcicatricem uetera quoq; perducuntur cum Melle.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0167-8 DFG

PERISTEREON SVPINVS DCLXXII

Eristereon Hyptios hoc est Supinus, alii Hierabotanen, alii Herigeni-
p on, alii Chamęlycon, alii Sideritin, alii Curitin, alii Persephonem, alii
Dios Elacaten est Iouis colum: alii Dichromon, alii Calesin, alii Cy-
parisson, alii Demetriadem: Ægyptii Pemphthentham. Pythagoras Erysiscep-
tron, Romani Cincinalem. rami eius cubitales maioresq; angulosi: circa quos fo
lia sunt minora q̃ Quercus angustioraq;. Diuisuris per oram similibus. Colore
subglauco. Radice longiuscula tenui. Flore purpureo exili. Folia & radix in uino
bibi, & lini serpentium ictibus iubentur. Morbum Regium folio Drachma cum
Turis polline obolis Tribus ex uini ueteris Hemina quadragenis diebus impu-
gnat ieiunis dato. Tumores ueteres collectionesq; Folia illitis mitigãt. Sordi-
da ulcerum purgant. Tota herba in uino decocta crustas Tonsillarum & Nomas
Oris gargarissatu emendat. sparso aqua Triclinio: qua maduerit. Lætiores fie-
ri conuictus dicuntur. Hæc & Febribus medetur: Sed in Tertianis a Tertio geni
culo incisa: Quartanis a quarto cum foliis datur. Auctoritas ei nominis addita
Hieran Botanen, hoc est sacratam Herbam uocãtibus ab effectu Lustrationum:
quæ adalligata ea suspensa ue domibus contingunt.

ASTRAGALVS DCLXXIII

Stragalus, alii Chamęsycen, alii Onycha, alii Gatalen, Romani Pi-
a num Trubium & Ficum terræ, Nonariam, Talum glandulam: Fruticu-
lus humilis. Ramo & folio Ciceris. Flore paruo, purpureo, Radice ro-
tunda Raphani modo prælonga: Nigris aliis agnascentibus præduris, & impli-
catis ut Cornua: gustu spissante. Gignitur in perflabilibus apricis Niualibus: ad
Memphin Arcadię plurima. Radix in uino pota fluctiones alui compescit.
Vrinam mouet. Arida ulceribus uetustis illinitur. Sanguinem cohibet. Tun-
ditur propter Duritiem.

HYACINTHVS DCLXXIIII

Yacinthus, alii Eloniaden, alii Porphyranthes, Romani Bacum, seu
h Vacum, alii Vacinium. Folium habet Bulbi. Caulem palmi læuem, te-
nuioréq; digito minimo coloris herbacei: Comam iacentem incuruam
plenam floris purpurei. Radice Bulbacea: quę in uino albo uenalitiis illita man-
gonizat eos: ne Pubertas erumpat. Aluum contrahit eadem: & urinam impel-
lit: Araneorum morsibus resistit. Semini spissantior natura. contra Serpentes
Morbumq; regium in Vino datur.

PAPAVER RHOEAS DCLXXV

Econ Rhoeas, alii Oxytonon, Romani Papauer album, Ægyptii Nau
n ti: Nomen accepit a flore: qui protinus ei deciduus est. In aruis cum Or
deo maxime nascitur Vere: cum & decerpitur. Folium ei Origano simi-
le aut Erucæ, aut Intubo erratico, aut Thymo incisum: Sed longius: & scabrius.
Caule Iunceo: aspero: cubitali: recto: Flore rubro: sæpe candido simili Anemo-
nę. Caput oblongum minus q̃ Anemones. Semen ruffum. radix longa subcandi-
da parui digiti crassitudine: amara. huius capita. v. uel. vi. in uino cyathis tribus
decocta, ut in duos uel in unum subsidant, Bibuntur contra uigilias: semen Ace-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0168-4 DFG

tabuli menſura cum Melicrato modice aluum emollit. ad quem uſum placentis Libiſq; interponitur. Folio & calicibus illinendo inflammationes ſananturIpſa quoq; aqua:in qua commaduerint uel decocta fuerint fouere ora. utuntur ad Somnum.

PAPAVER SATIVVM DCLXXVI

t Econ Hemeros, alii Chamęſcycē, alii Mecon rhœada, alii Oxytonon, Romani Papauer ſatiuum, Ægyptii Nanti. Huius ſemen inſpergitur panibus Sanitatis uſu. Editurq; cum Melle pro Seſama Thylacitin appellant. Capite oblongo: Semine candido. Alterum genus ſylueſtre calicem ſuſtinet inſidentem nigro ſemine: quod Pithitin cognominant: Aliqui etiam Rhoeada: quia Succus ex eo inciſo defluat. Eſt & Tertium genus ſylueſtrius Medicatius & procerius cæteris: Calicibus longis Refrigerandi omnibus Vis. Proinde Folia eorum & Calices decoquuntur in aqua: ut foueantur ora ſomni cauſa. Decoctum quoq; ipſum aduerſus peruigilia bibendum. Calicibus contritis & illitis cum Polenta utuntur ad Ignes ſacros atq; collectiones. Tundere autem oportet recentes. Mox in Paſtillos triti ſiccantur, & reponuntur. ipſis uero Calicibus ſeorſum in aqua decoctis ad dimidias, Iterumq; cum Melle decoctis quoaddum ſpiſſeſcat, Eclegma fit ſoporiferum. Tuſſibus & fluctionibus Faucium: & Cœliacis affectibus: quod Medicamentum efficacius redditur additis Acaciæ & Hyppociſtidos Succis. Semen uero Papaueris nigri teritur potu ad Aluum citam. Et profluuia Mulierum Contra Vigilias ex aqua Temporibus Frontiq; illitum prodeſt. Succus maiore ui Refrigerat: Craſſat, adſiccat. Is modice hauſtus: quantum eſt Eruum: poteſtate Somnifica diſtrahit dolores. Concoctionem adiuuat & aluinos. Largior enoxat. Lethargum enim facit & Iugulat quoq;. Idem cum Roſaceo ad dolores Capitis infunditur. Cum Amygdalino uero & Croco & Myrrha inſtillatur Aurium Doloribus. Ad Epiphoras Oculorum cum Vitello Oui toſto Crocum addentes utuntur. Ad Ignes ſacros & Vulnera cum aceto. Ad Podagras cum Lacte Mulierum & Croco. Additus uero in ſedem pro Balano ſomnum conciliat. Optimus intelligitur Denſus & Grauis & qui ſaporem odore mox pariat: Guſtu amarus & facile aqua liqueſcens. Inter ſigna eſt & læuor & candor. Scabritia damnatur & coloſtratio: & qui ſubinde cum percollatur: dureſcit ut Cera. Experimentum & illud ſinceri habetur ut in Sole poſitus diluat ſeſe: utq; in Lucernis accenſo pura luceat Flamma: & uti extinctus quoq; pręterea deoleat. Adulterant Glaucio & Gummi & Succo Lactucæ ſylueſtris: Qui fucatus eſt Glaucio: cum diſſoluitur Croci habet colorem: quem uitiauit Lactuca exiliter & euanidū ſpirat: maiorem aſperitatem habet. cui Dolus a Gummi contigit: languidus Tranſlucenſq; eſt. Nonnulli uero tam imprudentis naturæ ſunt: ut Seuum quoq; permiſceant. Torretur uero medicinis Oculorum in nouo fictili, donec emolleſcat & rubrior fiat. Eraſiſtratus Diagoram improbaſſe uſum eius in aurium dolore, Oculorumq; uitiis prodit. Quoniam Viſui noceret: Soporemq;

uel mortiferum faceret. Addidit Andreas nisi esset adulteratus: fore ut inuncti eo excęcarentur. Mnesidemus olfactu tenus concessit ad somnum odore illo quærendum: Cętero uel noxium reiecit. Quibus sententiis reclamat Experientia Multis euentis Vtilitatem eius rei testantibus. Proinde absurdum ne fuerit modum subscribere, quo succum excipiant.

OPIVM ET MECONIVM DCLXXVII

S Duplex est. Quidam Folia & Calices tundunt & exprimunt prelo,
i mox in Mortarium terentes digerunt in orbiculos: hoc genus Succi Meconicum uocatur: Ignauius eo: quod Opium dicimus: hoc autem quibus cura colligere est: simul ac Rores exaruerunt: circumscribere cultello caput ipsum debent libramento ne intus penetret plaga. Cętera ex obliquo calices summa cute oportet incidere decussando: Ita ut Lachrymam erumpentem subiectus unguis in Mytulum corriuet. Ita digressi alioquin haud multo post redeant: coalitum densatumq; inuenturi quod fluxit e uulnere: ac postero die similiter faciant. Tritum hoc in mortario ueteri, & in pastillos diuisum reconditur. Cum scapus inciditur: retro abscedere conueniet: ne Vestes operantium manans inde lac abstergant.

PAPAVER CERATIS DCLXXVIII

Econ ceratitis, alii Paralion, alii Agriā Meconem, alii Thalasion. Ro-
m mani Fabiolum marinum. Punici Sisimassesa. Folia habet Tenuia, Hirsuta: Verbasco similia: Serrato ambitu Papaueris modo sylueſtris: cui nec caulem quoq; obtinet dissimilem. Flore pallido. Calice pusillo, Inflexoq; ut cornicula, effigie Fenogręci: a quo & nomen habuit. Semen exile, nigrum: quale Papaueris. Radice per summa cespitum sublimi: crassa: Nascitur in afflatu maris: solo gracili. Radix ad dimidias cocta datur ad Lumborum uitia, & Iocinoris: Item ad eos: qui urinas crassas araneosas & asperas faciunt. Semen acetabuli mensura cum Aqua mulsa commode Aluum purgat. Vlcera emarginant Folia & flores ex Oleo impositi. Iumentorum sanant Argemas & Nubeculas Non differendo eorum errore: qui Glaucion nasci putauerunt ex hoc Papauere foliorum similitudine Decepti. Ceraticum Papauer: qui Bibant Edantue in eadem omnia recidunt: cum noxias, tum remedia in quæ sumentes Opium. Fructus ęstate colligitur siccus. decoctum radicis in Vino Dysentericos liberat.

PAPAVER APHRODES DCLXXIX

St & Papauer quod Aphrodes cognominant. Vocatur ab aliis Hera-
e clion: Caulem habens palmi altitudine: Foliis uehementer exiguis & Struthio similibus. Fructu iuxta ea cādido. Tota herba colore albo spectatur, & Spumea. Radix quoq; alba in summa Terræ cute. Huius semen non prius q̄ perfecte adoleuerit Æstatibus, inarescensq; deciderit: colligunt. hoc Acetabuli mensura cum aqua mulsa uomitionibus purgat. Quod genus priuatim ualet ad Morbos Comitiales.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0170-2 DFG

HYPECOON DCLXXX

Ypecoon, Alii Hypopheon in ſegetibus, aruiſq; naſcitur. Foliis rutæ:
h ramis exiguis. Natura eius eadem: quę papaueris Lacti.

HYOSCYAMOS DCLXXXI

Yoſcyamos, Alii Dioſcyamos, hoc eſt Iouis fabam, alii Pythonion,
h Alii adamantem, alii adaminon, alii Hypnoticon, alii Emmanes, alii Atomon, alii Dinthiambrion. Pythagoras Propheten. Oſthanes Xelechion. Zoroaſtris Typhonion. Romani Herbam inſanam. Aliqui apollinarem. Prophetæ Rhaponticum. Ægyptii Saphtho. Æthruſci fabuloniam. Galli Bellinuntiam. Daci dieliam. Frutex eſt Caulibus craſſis. Foliis latis, oblongis, conſciſſis: nigris, hirſutis. Secundum uero Caulem ordine prodeunt flores ſpecie Cytinorum granati: Clypeolis muniti plenis ſemine quemadmodum papauera. Tria eius genera. Vnum floribus pene purpureis folio ſmilacis: nigro ſemine. Cytinis duriuſculis & ſpinoſis. Alterum floribus mali effigie: foliis & folliculis ſimplicioribus. Semine Irionis ſubflauo. Vtrumq; inſaniam pariens, capitiſq; uertigines, ac ſoporem: proinde abdicantur uſu. Recepere tertium medici placidiſſimum: pinguius cæteris, molle lanuginoſum. Floris & ſeminis candidi naſcens in maritimis & ruderibus. Quod ſi occaſio huius non ſit: utendum erit flauo: Nigrum cauetur ut deterrimum. Excipitur ſuccus ex ſemine tenero: Item ex Caulibus foliiſq; tundendo & in ſolem ſiccando. Vſus anniculo a carptu. Præterea putrilaginem, teredineſq; ſentit. Exprimitur & ſeparatim ſemen cum obaruerit aqua calida affuſa. Quo in genere ſuccus expreſſi pręfertur ſapori: qui ex inciſo colligitur: Innocentiorq; ad ſomnum eliciendum. Herba quoq; ipſa uirens tunditur & in farina Trimeſtri diuiditur in paſtillos. Sic uſu ſeruatur. Prior ſuccus & qui ſeorſum ex ſemine capitur; Miſcetur in Collyria: quę dolorem ſomni ſucceſſione amoliuntur. Adhibetur & fluctionibus oculorum calidis iiſdemq; acribus reclinandis. Aurium dolori: uitiis Vuluę inflammationibus Oculorum & Pedum & Cęteri Corporis cum farina uel polenta. Idem uſus ex ſemine: pręterq; in tuſſibus diſtillationibus, & pituitis Oculorum & doloribus: profluuiis mulierum & Cęteris Eruptionibus ſanguinis: menſura Oboli cum ſemine Papaueris ſumptum in aqua mulſa. Podagris uero: tumoribus teſtium: Mammis a partu turgentibus cum Vino tritum illinitur: omninoq; in Cataplaſmata: quę uocantur Anodyna: utiliſſime conditur: ſimiliter & foliorum paſtilli: quos diximus ualent: idq; tam cum polenta q̃ per ſe illiti ad deſideria. Folium recens cætero uſu anteponitur quibuſcumq; doloribus illitum. Idem ſi ter quaterue hauriatur ex Vino algores febrium recurat. Coctum uero in olus & catilli heminarii menſura deuoratum mentem quadantenus corrumpit. Idem præſtare affirmãt ſi quis eo ulcus habens in longauone ſe perluat. Radix cum aceto decocta in dentium dolore colluitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0171-8 DFG

PSYLLIVM DCLXXXII

Syllium, Alii Cataphysin, Alii Cynocephalion, Alii Crysallion, Alii
p Cynomyian, Alii Psyllerin, Alii Sicelioticon. Siculi Cynoides: siue Chrystallium. Romani Silbacium: aliqui Herbam pulicarem. Punici Vargugum appellant: folio Coronopodis piloso Proceriusculo. Ramulis palmi altitudine Feni modo sarmentosum. Coma eius a medio incipit Caule. Capitula bina uel terna Cacuminibus compressa. Semine autem Pulicis Nigro: prædurocq; In aruis terrenisq; inuenitur. Vis ei ad molliendum: spissandum: refrigerandumq; ingens. Illinitur ad morbos articulorum: parotidas: uomicas: tumores conuulsa capitis dolores cum Rosaceo uel aceto uel aqua. Herniæ puerorum ac prominentibus umbilicis imponitur ex aceto. Terere uero acetabuli mensura oportet mersum prius sextario aquæ (Densabit enim, & contrahet) Tum crassitudinem illinere: cuicumq; opus sit. Insignis enim refrigeratio consequetur: quando & in feruentem aquam demissum ardorem protinus remittit. Prodest & Sacris ignibus. In quam domum uiridis inferatur herba: Pulices arceri perhibentur. Eadem Tunditur ad sordida ulcerum purganda & quæ uocantur Cacoethe cum Axungia. Succo ex Melle aduersus aurium Fluctiones uermesq; utimur.

STRYCHNON SATIVVM DCLXXXIII

Trychnos Melas: quod & Hortensium & Vrbanum appellant. Ro-
s mani Strumum, Alii Cucubalum. Ægyptii Allelo. Galli Scubulum. Punici Astrismunim. Ex generibus Strychni Esculentum quod est Haud magno exit frutice. Sed alis frequentibus: nigro folio: maiore q̃ Ocimi latioreq; : Acinis rotundis: Herbaceis: qui cum ematuruerint: Nigricant aut ruffescunt. Herba ipsa innocens gustu: refrigerat: Ignem sacrum & mala: quæ serpunt: cum polenta emendat illitis foliis. Teruntur hæc ad ęgylopiam imponenda per se. Item ad Capitis dolores & ardoribus Stomachi. Parotidas trita cum sale discutiunt: Succus ipse contra Ignes sacros Herpetasq; cum Psimmithio & Argenti spuma & rosaceo efficax. Cum pane ad Ægylopas, cum rosaceo infusus distillationes Infantium curat. Collyriis contra fluctiones acutas uice Oui aut aquæ miscetur. Aurium doloribus instillatur. Abundantiam feminarum in uellere subditus coercet. Succus in fimo auium cortis rubro pinsitus & in pano appositus medicamentum in Ægylopia necessarium est.

STRYCHNOS ALICACABOS DCLXXXIIII

St & alius Strychnos: quem priuatim alicacabum uocant. Foliis supra
e dicto similibus tantum latioribus. Caules habens: cum increuere: pronos & inclinatos in terram. Semen in folliculis rotundis ad speciem uesicarum: orbiculatum: rubens & læue. Acinorum uuę figura: quo & coronarii utuntur in sertulas addentes. Vsus ad omnia: quæ superius strychnon excepto esu: Morbum regium discutit per urinam. Vtrumq; genus exprimitur & in umbra siccatum reponitur ad eosdem effectus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0172-4 DFG

STRYCNON HYPNOTICON DCLXXXV

Abetur & Strychnon:quod Hypnoticon ab effectu ſomni cognomi-
h nant:hoc eſt Soporiferum, Aliqui & Alicacabum, Alii Derceon, Alii
Strychnon manicon, hoc eſt Strychnon inſanum, alii Dorycnion, alii
Callaidem. Romani Apollinariam minorem, alii Herbam Vlticanã, alii Op-
ſaginem. Daci Cycolida. Punici Cacabum. Frutex eſt ramoſus, caudicoſuſq;.
Difficile frangitur:Foliis pinguibus multis ſimilitudine Mali cotonei. Rubro
flore ampliuſculoq;. Semen in folliculis Croceum. Radice Corticis leuiter ru-
bentis & grandi. Naſcens in petris:nec longe ab afflatu maris. Cortex radicis
potus in uino Drachma Somnificam uim obtinet: ut Papaueris lac: ſed Blan-
dius ac mitius. Semine lotium uehementer impellitur. Dantur Hydropicis duo-
decim Corymbi. Si quid adiicitur:alienationem mentis faciunt. Occurritur pe
riculo aqua Copioſa mulſa in potu. Cortex medicamentis: quæ dolorem quiete
inducta ſuſpendunt:adiungitur:& paſtillis decoctus in uino tenetur ore dolori-
bus Dentium. Radicis ſucco cum melle uiſum retuſum obungimus.

STRYCHNON MANICON DCLXXXVI

Vartum genus Strychni Peculiariter Manicon uocatum hoc eſt in-
q ſanum. Aliqui Perſion, Alii Thryon & Anhydron & Pentadryon &
Enoron & Orthogyion malunt uocare. Folium habet Erucę ad ſimi-
litudinem Spinæ:quę & Paederos appellatur. Caules a Radicibus ſpetioſos ac
proceros decem numero, aut duodecim. Altitudine Vlnarum quatuor: quibus
Capitula effigie Oliuarum inſident: ſed hirſuta ut Pilulæ platani: maiora tan-
tum latioraq;. Florem nigrum a quo ſemen in uuis rotundum nigrumq;. Naſci-
tur Corymbis hederæ acinis decem aut duodecim mollibus ut uitium. Radice
craſſa, caua:candida:ſeſquipedali:Montibus uento perflatis. littoralibuſq; pro-
uenit. Radicis Drachma in uino non iniocundas imagines obuerſari bibenti-
bus facit. Duplicatus hic modus exceſſum mentis in Triduum attinebit. Qua-
druplicatus mortem quoq; repręſentabit. In remedium aqua mulſa largiſſi-
me bibenda erit, uomitioneq; rurſus eiicienda.

DORYCNION DCLXXXVII

Orycnion Crateias Alicacabum aut Calian uocauit: ſimilem Oleę:
d quæ Tum primum feſtuca ſit recenſq; nata hoc eſt: quæ modo ſurrexit
in Vimen:ramos habentem cubitalibus minores in ſaxis non longe a
mari prouenientem. Foliis colos oliuæ minoribus, anguſtioribuſq;, ac q̃ ſcaber-
rimis. Candidus flos. Cacuminibus folliculi Ciceris denſi:granis intus rotun-
dis quinis & ſenis erui magnitudine. Leuibus: robuſtis: uerſicoloribus. Ra-
dici craſſitudo: quę digiti: longitudo quæ cubiti. Somnifera & huic natura,
largioriq; etiam mortifera. Quidam affirmauere Semen huius & amato-
riis conuenire.

MANDRAGORAS DCLXXXVIII

Andragoram & Circęon & Xeranthen: & Antimnion & Antimimon
m & Bombolychon;& Moenon uocamus. Ægyptij Apemum. Pythago-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0173-0 DFG

tas Anthropomorphon. Aliqui & Aloeten & Thridaciam & cãmaron. Zoroa-
ſtris Diamonon: uel archinen. Prophetę hemionas. Alij Gonogeonas. Romani
malus canina. Alii mala Terreſtria. Circęam uocari arbitrantur a Circe: quoniã
Radix eius amatoriis faciat. Duo eius genera: nigricans qui & femina Thrida-
cias appellatum: anguſtioribus & minoribus foliis q̃ Lactucæ. Odor eis uiro-
ſus & grauis. Funduntur in terram: iuxta quæ gerit mala Vitellis Oui ſimilia:
Pallida, odorata, & in iis Semen pirorum. Radicibus magnis binis terniſq; im-
plicatis: extra nigris: intus albis: craſſi corticis. Caulem non habet. Album (hoc
marem exiſtimant) Morion uocant. In gentibus foliis: latis: albentibus: læui-
bus. Mala huius duplo maiora q̃ feminæ Croci colore. Odorata non ſine qua-
dam offenſione. Paſtoribus: qui ea mandant: grauedinem Capitis afferunt.
Radix ſupradictæ ſimilis amplior & candidior. Et hic ſine Caulibus erumpit.
Cortex Radicis recens tuſus & prelo ſubiectus exprimitur: inſolatus ita ſuccus
denſatur: & cuſtoditur in fictili. Succus fit & e malis ratione ſimili: uerum dilu-
tus hic eſt. Delibratur radix: & ad uſus Cortex filo ſuſpenditur. Quidam radi-
ces in uino ad tertias decoquunt & ſuccum percollatis reponunt utilem ad uigi-
lias futurum & contra dolores. Potio cyathi unius ſat fuerit. Dabitur & ante ſe-
ctiones inuſtioneſq; Ne ſentiantur: bibendus. Qui uero e deciſis manat ſuccus:
pro eleboro eſt obolis duobus: In aqua mulſa ad bilem nigram Vomitionibus
extrahendam. Potu quidem Largiore, etiam mors contrahitur. Addimus & in
medicamenta oculorum & in ea: quibus dolores ſomno ludificantur. Item in peſ
ſos: qui molliendis feminarum genitalibus conduntur. Per ſe uero appoſitus lo-
cis Semiobolo menſes trahit: atq; partus. Sedi quoq; pro balano ſubditus ſom-
num aduocat. Ipſum ebur: radice cum eo ad ſex horas decocta remolleſcit: len-
tumq; ad obſequia cuiuſcumq; redditur imaginis. Folia eius recentia inflamma
tionibus oculorum & ulcerum imponuntur cum polenta. Duritias omnes: apo-
ſtemata: uomicas: ſtrumas illitu diſcutiunt. Diebus uero quinq; aut ſex modice
affricatis carnibus ſtigmata delent citra ulcus. Ad eaſdem curationes ſeruantur
in muriis. Radix trita cum aceto Ignibus ſacris medetur. Cum melle uero aut
oleo contra Serpentes Strumas & Tubercula diffundit cum aqua: dolores arti-
culorum cum polenta. Vinum quoq; temperatur Cortice Radicis crudo. Tri-
bus. P. In uini dulcis cadum coniectis. huius cyathos tris bibentes: qui urendi
ſecandiue ſunt: ſenſu doloris carebunt: inducto ſopore. Mala ipſa & ſuccus ex
iis etiam olfactu: adeo magis eſu uertiginem cient. Qui paulo copioſius deuo-
rant: obmuteſcunt. Nuclei e malis uuluas expurgant in potu. Cum ſulfure ui-
no appoſiti profluuium rubens coercent. Succus & e Radice quærendus aper-
ta punctis circumſcarificataq; : ut quod in cauernas defluit, tollatur. Va-
lentior hic ad omnia: q̃ qui Tuſis exprimitur. Nec ubiq; tamen hic redditur:
quod uſu compertum eſt.

MANDRAGORAS DCXCIX

Lius quoq; Traditur Mandragoras: quem Morion cognominant In
a opacis & circum ſpecus naſcentem. Folia huius albi Mandragoræ: ſed
minora palmiq; amplitudine Candida & radici ſuæ circundata. Hęc

enera albaq; est:paulo maior semipede pollicari crassitudine. Huius drachma in potu aut cum polenta in panis offa, uel obsonio data infatuare dicitur. Dormituros enim protinus homines illo eodem habitu:quo hauserunt: ereptis omnibus sensibus in ternas quaternasq; a quo potionati sunt: horas. Vtuntur & hoc Medici:cum urere aut secare quem uolunt. Affirmant & pro antidoto esse Radicem in potu sumptam cum strychno insano.

ACONITVM PARDALIANCHES DCXC

Conitum, Alii Pardalianches, Alii Cammaron, Alii Thelyphonon,
a Alii Myoctonon, siue Cynoctonon atq; Therophonon. Folia habet tria uel quatuor Cyclamini aut Cucumeris specie:minora tamen leuiterq; hirsuta. Caulem palmi altitudine. Radicem incuruam: Scorpionum similem Caudæ alabastri modo explendescentem. Ferunt huius ad motu Torpescere Scorpiones. Auxiliari eis Eleborum tactu recreante, stuporemq; resoluente. Oculorum quoq; medicamentis & quæ uocant:Anodyna:misceri aconitum salubriter solet. Necantur eo Pantheræ:mures & lupi: omnesq; ferę fricatis quas deuorent carnibus.

ACONITVM CYNOCTONON DCXCI

St & Aconitum:quod aliqui Priuatim Cynoctonon. Romani colo-
e mestrum appellauerunt.

ACONITVM LYCOCTONON DCXCII

Abetur & quod a quibusdam Lycoctonon uocatur: ab aliis Cyamos
h Leucos hoc est Faba candida. Huius Tria sunt genera. Vno uenatores Ferarum utuntur:duobus Reliquis Medici:quod ex iis Tertium est: Ponticum dicitur. Plurimum in Italia Iustinis in Montibus Nascens præstantius supradicto. Folia ei sunt platani diuisuris maioribus: longiora multo nigrioraq;. Caulem habet pediculo filicis similem:Nudum cubiti amplitudine ultraue. Semen in Siliquis aliquatenus longis. Radices nigras Cirris marinæ Squillæ similes. Eas barbari ad capturas Luporum crudis Carnibus interponunt:ut commanducatis iis pereant continuo.

CICVTA DCXCIII

Onion hoc est Cicuta:Caulis ei geniculatus ut feniculo, magnusq; est.
c Folia ferulę angustiora graueolentia: cacumine ramoso & sustinente umbracula:Flore subcandido. Semen albidius aniso. Radice concaua: nec profunda inter enecantia est frigoris ui. Remedium ut bibatur uinum meracum. Succus excipitur Cacuminibus ante q̃ semina obarescant: aut Coma: e qua etiam tusa expressus concrescit in sole. Vsus siccato ad multa ualitudinis: Sed pręcipuo effectu collyriis:quę ad dolores sedandos per somnum quęruntur. Impositus mala:quæ serpunt:& Ignes sacros extinguit. Herba ipsa & Coma per se illita testibus contra Libidines nocturnas auxilio est. Genitalibus Torporem inducit fricatis. Lac puerperarum mammis imposita extinguit. Mammas quidem uirginibus Feminis illitas prohibet crescere. Pueris testes ali non patiatur. Maxima uis in Creta nascenti:deinde Megaricę: & Atticæ: item Chiæ Cilicumq; terris.

SMILAX SIVE TAXVS DCXCIIII

Milax, alii Thymalon. Romani Taxum. Arbor est folio & magnitu-
s dine abietis. In Italia & Narbonensi Prouincia Hispanię latere. Baccas
Italici Gallinacei si edant: nigrescunt: homines uero solutione alui pe-
riclitãtur. Narbonensi uis tanta: ut si qui sedeant sub ea somnũue capiant: lędan-
tur: Sępe uero & moriantur. De hac superuacuum fuerat scribere: preterq̃ ca-
uendi deprehendendiq; gratia.

APOCYNON DCXCV

Pocynon, Alii Cynanchon, alii Pardalianches, alii Cynomoron, alii
a Cynoctonion, alii Phaleos, alii Cynanchen, alii Oligoron, alii Hippo
manes, alii Onistin, alii Ophioscorodon, alii Cynaricen, alii Elapho-
scorodon. Prophetæ Paralysin. Romani Brassicam rusticam. Aliqui Brassicam
caninam. Frutex est longis uinculis maleolentibus: lentis: folio Hederæ: mol-
liore tamen, Pinnatioreq; graui odore aliquatenus glutinoso & Succo maden-
te luteo. Valuulæ Siliquis fabarum persimiles. Longitudine digiti: folliculo-
sæ: in quibus Semen durum exiguum nigricans: Canes: Lupos: Vulpes & ua-
rias necat cum Seuo Panibus datum in cibo: coxendicibus illico deficientibus:
resolutisq;.

NERION DCXCVI

Erion, Alii Rhododaphnen, Alii Rhododendron, Alii Spongon, Alii
n Hæmostarin. Romani Rorandrum. Lucania Icmanen. Ægyptii Scim
phen. Punici Rhododaphnen. Frutex uulgaris notitiæ folium ei Amy-
gdalę longius, scabrius. Flos Rosę similitudine. Fructum habet ceu Cornicu-
la dehiscentem: intus laneam naturam, & Pappis acanthinis similem. Radice fa
stigata: longa: lignosa: salsa gustanti. Nascitur in maritimis secundumq; am-
nes. Folia eius & flores Perniciem omnibus Iumentis afferunt. Homini uero con
tra Serpentium uenena remedio est: In uino pota magisq; ruta addita. Pecus qui
dem infirmius, ut Oues & Capre, si aquam biberint: in qua maduerint folia: mo
riuntur.

FVNGI DCXCVII

Vngorum discrimen duplex: aut enim esu teneri sunt: aut pernitiales: ii
f multis modis uirus contrahunt: modo clauis iuxta defixis, modo pani
marcore: modo afflatu Serpentium. Proxime cauernas earum nascen-
tes: modo arborum pituita: quę nocentes fructus sponte naturæ ferunt. Omni-
bus his spuma & colluuies quędam insidet: lenta & lubrica: Iidemq; a carptu ce-
leriter computrescunt. Non sunt hæc utilibus: proindeq; admittuntur in iura ci
bis iocundi. Sic quoq; largiores periculum important: difficiles peragi: strain-
gulantesq;: aut cholera contrahentes. Remedio sunt nitrum aut lexiuia cum ace
to salso, aut decocto Thymbræ aut Origano: Fimumue gallinacei ex aceto in
potu: uel melle copioso in eclegmate. Omnino carnes alunt. Natura incoctibi-
li: fereq; integri cum excrementis redduntur.

COLCHICON DCXCVIII

Olchicon, Alii Ephemeron, Alii Bolbon. Romani Bulbum agrestem.
c Exitu autumni florem fundit subcandidum similem Croceo. Posterius
folia pinguiora q̃ bulbi. Caule alto semipedem. Rufso semine. Radice

corticis

corticis ruffescentis in nigro:quæ desquamata exalbet.teneraq; ac succosa inuenitur atq; dulcis.medio Bulbo dehiscit rimula:unde flos erumpit magno eius in Mesenia & apud Colchos prouentu. Venenum hoc Fungorum modo iugulat edentes.alioquin non demonstrandum:nisi ut caueretur Bulbi similitudine inuitante.Mirum est enim quantum alliciat species ignaros. Auxiliantur iis quæcunq; debellant & Fungos:peculiariter Bubulum lac.ut quotiens habeatur hoc nullum præterea quærendum præsidium sit.

EPHEMERON DCXCIX

Phemeron Quidam Irin sylueſtrem appellauere.Folia habet Lilii tenu
e iora. caule quoq; parem. Florem ceruleum amarum.Semen uero mol-
le.Radicem unam digitali crassitudine:longam:saporis astricti: odoris iocundi.Nascitur in lucis opacis.Radix in dentium dolore colluitur.Folia in uino decocta tumoribus & tuberculis illinuntur:& si nōdū saniauerint,discutiūt.

LENS PALVSTRIS DCC

Ens palustris:alii Lens sylueſtris, alii Epipteron, Romani Bipteralem,
l aliqui Iceosmadulum.Inuenitur in aqua non fluente. Muscus assimilis
Lēti refrigeratorię naturę:propterea ignibus sacris inflammationibus & podagris illinitur & per se & cū poléta.glutinat & interanea puerorū infantiū procidentia.

AIZOVM MAIVS DCCI

Izoon maius:aliqui Aithales:aliqui Ambrosiam,aliqui Chrysosper-
a mon:alii Zoophthalmon:alii Buphthalmon hoc est Bouis oculum:alii
Stergethron:alii Aeonion,alii Zoophyton,alii Aichryson: alii Melichryson,alii Holochryson & Chrysanthemon uocant, alii Protogonon & Boron & Notion,Prophetæ Paronychiam & Chrysitin, Romani Ceria cuspiam siue Iouis oculum & Leapetes & Sedum,Ægyptii Pamphanes.Ideo sic appellant quoniam sempiternum sit fronde. Maiori caules cubiti altitudinē excedūt crassitudine pollicari:pingues fruticosiq; præcingentibus incisuris ut in herba lactaria:cui cognomentum est Characias:Folia pinguia latitudine pollicis in cacumine linguę similia quorum quæ infra sunt in terram habentur conuexa: quæ uero a capite stantia & prædensa uelut oculum cingentia. Nascitur in montanis & in fictilibus uasculis:a quibusdam uero & in tectis domorum seritur.Natura ei refrigerare,astringere.Ignibus sacris: ulceribus quæ serpunt:Nouis inflammationibus oculorum,podagris:ambustis mederi per se illitis foliis & cum polenta:succus cum rosaceo infunditur ad capitis dolores Datur & contra ictus arancorum & aluum citam & Dysenterias potui. Tineas latas pellit in uino.abundantiā Feminarum admotu sistit.oculis lippientibus a cruore succus utiliter inungitur.

AIZOVM MINVS DCCII

Izoon minus,alii Petrophyes,alii Brotion,alii Theobrotion,alii Chi-
a merinon:alii Craunian,Romani Vitalem,alii Carduum semper uiuam Ægyptii Etiecelta:In muris & petris & sepibus oppidorumq; fossis. Situ umbroso:coliculis pluribus ab una radice:folio denso,minuto,pingui,longo, mucronatoq;:In medio caulis palmo altus umbellam & florem herbaceum tenuemq; sustinens,Huius foliis eadem natura:quę Sedo maiori.

AIZOVM LEPTOPHYLLON DCCIII

St & Aizoon:cui Leptophyllon cognomẽtum dant, alii Minusculum,
e alii Petrophyes, alii Aizoon sylueſtre, Romani Semperuiuũ. Tertii ge-
neris:quod aliqui Andrachnen agriam, hoc eſt Portulacam ſylueſtrem
uocant.aliqui Telephion, Romani Ilecebrã :pinguioribus foliis ſimilibus Por-
tulacæ hirſutis. Naſcitur in petris. Excalfactoria & acri natura exulceranteq;.
Cum axungia ſtrumas impoſitum diſcutit.

COTYLEDON PRIMA DCCIIII

Otyledon, alii Scytalion, alii Cymbalion, alii Cepos aphrodites hoc
c eſt hortulus Veneris, alii Ges omphalos hoc eſt Terræ umbilicum, alii
Stoechis, alii Stergethron, Romani umbilicum Veneris.Folium ha-
bet coxendicis figura orbiculatum imperſpicueq; concauum. Cauliculo breui:
qui e Media proſilit & in eo ſemen. Radice Oliuæ modo rotunda.huius foliorũ
ſuccus in uino genitalibus incluſis circumlitus infuſuſq; prodeſt Inflammationi
bus, Ignibus ſacris:pernionibus:ſtrumis.Imponitur & ſtomachi feruoribus.Fo-
lia cum radice commanducata diminuunt calculos:cient urinas.In mulſo datur
Hydropicis .Adhibetur & Amatoriis.

COTYLEDON ALTERA DCCV

St & aliud genus eiuſdem Cymbalion cognomine.Sordidis foliis latio
e ribus ſpecie ligularum denſioribus circa radicem . ita ut ambitu effigiẽ
imitentur oculi: Quẽadmodũ & in Sedo maiore guſtus aſperi: caulicu-
lo tenui:& in eo flos & ſemẽ hyperici:radix grãdiuſcula.uſus eius ad cadẽ:q̃ ſedi.

VRTICA DCCVI

Calyphe, alii Cniden, alii Adieen, Romani Vrticam, Ægyptii Selep-
a ſion, Daci Dmy.Alterum genus Cnephen uocamus, Romani Vrticam
mollem.Binæ igitur differentiæ ſunt.Altera ſylueſtrior & aſperior, lati-
or, nigrior foliis, ſemine Lini Sed minore.Altera tenui ſemine minor.utriuſq; fo
lia Canis morſibus ſale addito aduerſantur.Efficacia & ad Gangrænas:& quę uo
cantur Cacoethæ:& Carcinomata & ſordida ulcera. Item luxata. Sanant & pa-
nos parotidas: Tubercula:ſuppurationes.Illinuntur & Lieni cum cerato .proflu
uia narium cum ſucco ſiſtunt trita impoſita.Mulierum menſes admotis cum myr
rha purgantur.recentibus illitis procidentes uuluæ reſiliunt.Semen potum cum
paſſo, ueneris cupiditatẽ monet. ſtrangulantes uuluas exaperit.orthopnoicis cũ
melle prodeſt in Linctũ: & lateri medetur eodem Eclegmate, & uitia pulmonũ &
Thoracem purgat.Miſcetur & exedentibus.Difficilem uentrem folia cum con-
culis decocta molliunt.Inflationibus reſiſtunt:urinam mouent. Iiſdem coctis in
ptiſana pectoris excreatiões adiuuat.Feminis decoctũ foliorũ bibẽtibus mẽſtrua
repreſentat, ſi myrrha modice adiiciatur.ſuccus uuam gargariſſatus reprimit.

GALIOPSIS DCCVII

Aliopſis, alii Galeobdolon, alii Galephos, Ægyptii Aethopi, Romani
g Vrticam labonem. Caulis & folia Vrticæ leuiora & quę pergrauem
odorem trita reddant.Flore purpureo tenui. Naſcitur circa ſepes & ſe-
mitas & ruderibus paſſim.Foliis, ſucco, caulibus, ſemine duritias diſcutit .carci-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0178-9
DFG

nomata:strumas, parotidas, panos cum aceto bis die tepidis illita. Ex usu est & decoctę succo foueri ea. Nomas quoq; & gangrenas & putrescentia sanat cum sale.

GALLION DCCVIII

Allion, alii Gallerion, alii Galation, Dictum a lacte: cui addita pro coa-
g gulo est. Folium habet & ramulum stantem utrinq; simillimum Apari-
nę. Florem in capite luteum: densum, exilē, copiosum, odore grato: qui ambustis illitus medetur: & profluuia sanguinis cohibet. Idem cum cera rosacea in sole habetur donec albescat. Ita inunctus lassitudines recreat. Radix inter stimulantia Venerem est. Nascitur in palustribus.

HERIGERON DCCIX

Rigeron, alii Erechtiten, Romani Herbulum, alii Senecionem. Herba
e est cauliculo cubitali subrubicundo. Foliis pusillis & crebris per extremitates incisis ceu Eruca: sed minoribus multo. Flos luteus: qui breui diuiditur abiens in lanugines Pappos uocatas: & ideo nomen Herbę datum. quia Flores capillitii modo uere canescerent. Radix inutilis. Nascitur & in septis & circa oppida. Foliis & floribus natura refrigerandi. Quare cum exiguo uini: siue per se inflammationibus testium atq; sedis illinitur. Omnia uulnera etiam neruorum cum Manna Turis persanat. lanugo eius per se tantundem prestat ex aceto inducta. Eadem recens temperata in potum strangulat. caulis totus in aqua decoquitur ad stomachi dolores: bibendus cum musto.

THALIETRON DCCX

Haliethron Folia Coriandri habet pinguiscula: Cauliculum Rutæ cras-
t situdine: in quo summo folia. Hęc antiquis ulceribus trita, Impositaq; ad cicatricem perducunt. Nascitur præcipue in campestribus.

BRYON THALASSION DCCXI

Ryon Thalassion, alii Balarin. alii uero Iranen, Romani Gnomeusi-
b lum. Nascitur in lapidibus testisq; terra cōprehensis: lactucę foliis, gracile citra caulem. pręcipua ei spissandi uis inest: Inflammationesq; cohibendi & podagras: præsertim quas astringere opus sit.

PHYCOS THALASSION DCCXII

Hycos Thalassion: plura eius genera. latiore folio quadantenus longo
p & rubente. Alterum candido. In Creta insula iuxta terram florentissimum incorruptumq;. refrigerandi uim habent. perunctionibus podagrarū & inflammationibus utilem priusq̄ exarefiant. Quod ex iis rubens est theriacen esse Nicander tradit. Hoc nonnulli uidentur confudisse cum herba ea quauutuntur Mulieres errore perspicuo: quoniam radicula sit ea sui Generis Alioquin huic cognominis.

POTAMOGETON DCCXIII

Otamogeton, Alii Stachyiten, Romani Fontalem, Ægyptii
p Entenches: Similis Betæ foliis Hirsutior tantum & minutior paulo exerens caput extra aquam. Refrigerandi & spissandi natura efficax Cruribus uitiosis & malis pascentibus & uetustis Vlceribus. Nomen a solo ubi amat nasci aquoso uidelicet: ac palustri.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0179-7 DFG

STRATIOTES AQVATICVS DCCXIIII

Stratiotes in aquis Nascens: quam & Potamion Stratioten hoc est Fluuiatilem Militariam uocamus. Ægyptii Tibus, Prophetę Sanguinem Fellis hoc est Hæma Æluru. Nominatus ita est qd aquis supernatet. Radice nulla similis Aizoo: ni maiora haberet Folia. refrigerat sanguinem qui defluat a Renibus: sistit uulnera: ab inflammationibus placat, Sacros Ignes, collectionesq; illitus ex aceto.

STRATIOTES TERRESTRIS DCCXV

Stratiotes qui Chiliophyllos hoc est Millefolium uocatur. Frutex est pusillus palmum altus uel eo maiusculus. Foliis Pinnę auium pullis similibus & cum erumpunt admodum breuibus & incisis: planeq; Cumini sylueſtris folia crederentur exilitate, asperitateq;: nisi breuiora etiamnum contractioraq; haberentur. Vmbella quoq; huius est densior atq; adultior q̃ illius. Minutis hæc cirris: qui in cacuminibus sunt: Anethi modo insidet. Flore albo, xeiguo. Nascitur in agris solo macriusculo & circa semitas maxime. Celebratur ad sanguinem: qui erumpat arcendum & ad Vlcera perinde uetera & Recentia. Item ad Fistulas.

VERBASCVM DCCXVI

Hlomos, alii Phlonon, Romani Verbascum, alii Feminalem. Genera habet summa duo. Alterum Folio candido: alterum Nigro. Candidum rursus in marem & feminam scindimus. Feminæ Folia Brassicæ: multo hirsutiora, latiora & candida. Caulis eius cubitalis & amplior, Candidus ac leuiter pilosus. Flore albo aut subpallido. Semen nigrum. radix longa acerba: crassitudine digitali. Nascitur in campestribus. Mari Folia candidant: sed longiuscula sunt & angustiora q̃ Feminę. Caulis quoq; tenuior. Verbascum nigrum paria omnia supradicto habet. Foliis modo latioribus minusq; candidis. Habetur & Verbascum sylueſtre altum uirgis arboreis: Folio Saluię: orbibus uirgas cingentibus: ut Marrubium: Floris lutei Fulgore auri.

PHLOMIDES DCCXVII

Vnt & Phlomides duę Hirsutę: Humiles: Foliis rotundis: & Tertia quę Lychnitis uocatur: ab aliis autem Thryalis. Foliis ternis, aut quaternis aut etiam plusculis crassis: pinguibus, plumosis ad lumina lucernarum utilibus. Priora duo: quæ in altera mentione Descripsimus: Astringendi uim in Radice habent: Vnde in Aluo cita magnitudine Astragali Datur bibenda ex Vino. Decoctum eiusdem ad rupta, Incussa, conuulsa, ueteres Tusses. In Dentium dolore colluitur. Ea uero: quæ Flores aureos fert, Capillum tingit & quocunq; loco abiecta Blattas in se Contrahit. Folia si decoquantur in aqua Tumores & Epiphoras oculorum sanant impositu. Sideratis Vlceribus cum Melle aut Vino medentur. Cum aceto uulneribus. Item contra Serpentes, aiunt in Foliis eius quod Feminam uocauimus: aridas ficus omnino non putrescere. Quemadmodum & ambusta: quæ illinantur curari.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0180-8 DFG

ÆTHIOPIS DCCXVIII

Thiopidis radix folia habet Verbasco similia in modũ Hirsuta & mul-
æ ta circuitu ab Radice. Caulem quadrangulum, Scabrum, Adultum
& similem Arctio, aut Citragini alarum cauis multis. Semen Erui amplitudine in singulis uasculis geminum. Radices ab eodem cespite numerosas, longas, crassas, glutinosasq; gustu. Siccæ Nigrescunt, Duranturq; ut Cornua possint uideri. Nascitur in Mesenia & In Ida monte Troadis plurima. Radix huius decocta potu datur Ischiadicis Pleureticis, Excreantibus sanguinem: Faucibus scabris sumitur In Eclegma cum Melle.

ARCTION DCCXIX

Rction aliqui potius Arcturum uocant. similis est Verbasco Foliis: ni-
a si qd hirsutiora, rotundioraq; sunt. radice tenera dulci: Albaq;. Caule
molli: longo. semine Cumini paruo. Huius radix & semen decoquuntur in Vino ad Dentium dolorem ita ut contineatur ore decoctum. Eodem ambusta & Perniones fouentur. Bibitur & propter Ischiada & Vrinæ difficultatem in Vino.

ARCION DCCXX

Rcion, alii Prosopida, siue Prosopeon uocant. Folia habet Cucurbitis
a Maiora, Duriora, Nigrioraq; & Hirsuta. Caulem subcandidum sæpe
nullum. Radice grandi alba intus: foris nigra: quæ in Vino drachma cum Nucleis Pineis contra excreationes cruentas purulentasq; auxilio est. articulorum doloribus qui ex euersionibus atq; collisionibus contrahuntur tritam imponunt. Folia quoq; ulceribus diutinis efficaciter linuntur.

PETASITES DCCXXI

Etasites pediculus est cubito amplior, pollice crassior. In eo Folium pi
p leaceum: Grande: Annexum ut Fungus. Hoc ad ulcera Cacoethe Phagedænasq; teritur.

EPIPACTIS DCCXXII

Pipactis ab aliis Eleborine, ab aliis Borion uocatur. Frutex est pusillus
e & minimis foliis: quæ potata cõtra uenena prosunt: Itẽ iocinorũ uitiis.

CAPNOS DCCXXIII

Apnos siue Corydalion: alii Corion: alii Coriõ agrion: hoc est Corian-
c drum sylueſtre, alii Capnos ordeacea. Sunt qui Capniten & Marmariten & Capnogorgion & Chelidonion Micron & Peristeron & Cantharin & Chalchori appellent. Romani Apium & Fumariam. Ægyptii Cnyx, alii Tucin. Herba est fruticosa Coriandro similis prætenera: Folio albiore Cineracei coloris undiq; numeroso: Flore purpureo: Succus acri natura claritatem facit inunctis oculis: delacrymationemq; ceu Fumus unde nomen accepit. Eadem Euulsas palpebras renasci prohibet Gummi addito illita. comeditur Vrinis ciendis Herba Biliosasq; eas pellit.

LOTVS SATIVA DCCXXIIII

Otos satiua: quam alii Triphyllon, alii Tripodion & Tribolion uo-
l cant. Nascitur in uiridariis expssa hęc & admixta cũ melle argemata: nubeculas: albugies & q̃cũq; obscuritatẽ afferre luminib⁹ possũt discutiet.

LOTVS SYLVESTRIS DCCXXV

Otos ſylueſtris, alii Triphyllon, alii Libyon, Romani Trifolium mi-
l nus. Naſcitur Libyę prouentu magno. caule cubitorum binum aut eti-
am altiore: alas habente multas: foliis Loti trifoliæ: quæ gignitur in Fe
nilibus pratis. Semine Fenogręci minutiore multo Medicati guſtus. Natu-
ra excalfactoria leniterq; aſtrictoria. Efficax cum Melle ad'uitia cutis & macu-
las eluendas in Facie. Ad Dolores ueſicę bibitur trita per ſe aut cum ſemine Mal-
uę in uino: uel paſſo.

CITISVM DCCXXVI

Ytiſus, alii Telinen, alii Lotum magnam, alii Triphyllon, Roma-
c ni Trifolium maius. Frutex eſt incanus totus ut Rhamnos cubitalibus
Ramis ſæpe maioribus: circa quos Folia Fenogræci aut Loti tri-
foliæ: ſed minora dorſo in mediis tumente. Odor Erucæ ſi digitis terantur.
Commanducatis uero Guſtus Ciceris recentis. Vſus in foliis Refrigera-
re: incipientes collectiones cum Pane tritis diſcutere. Vrinas decoctum biben-
tibus mouere. Quidam hoc obiter inter ordines alueorum ſeri fertile habent.
Vt quo Apes contrahi & allici putent.

LOTVS ÆGYPTIA DCCXXVII

Otus Ægyptia: quę in campis flumine inundatis prouenit: ſimilis Fa-
l bę caulis: Flore paruo & candido: ſimili Ordeo: qui Sole oriente pate-
fieri traditur: ad occaſum uero ſideris comprimi. Ipſum quoq; calicem
condi Veſpera: Totumq; abire in lacum narrant: Deinde ad exortum Solis emer
gere denuo extra aquam. is Papaueris capiti ſimilis fertur ſed grandiſſimo. In-
tus Grana ceu Milii: ex quibus ſiccatis fiunt in Ægypto panes. Radicem Lotos
hęc habet Malo cotoneo ſimilem uenientem in cibos decoctam & crudam: effe-
ctu coctæ: qui Luteorum Oui.

MYRIOPHYLLON DCCXXVIII

Yriophyllō, alii Melophyllon, alii Stratioticē, alii Achilleō, Romani
m Millefoliū, alii ſuperciliū Veneris, Galli Bellicocandiū. caulis eſt tener
ſingulariſq; ac radice una: foliis feniculi lęuibus plurimis, unde & nomē
accepit. pręterea ſubrubicundus & denſus perinde uti de induſtria punicatus ex-
polituſq; arte. Naſcitur in paluſtribus. uſu præcipuo ad uulnerum recentia: ſiqui-
dem illitum ex Aceto recens & ſiccum tuetur ea ne inflammentur. Bibitur cum
aqua & ſale pręcipitatis ex alto.

MYRRIS DCCXXIX

Yrris, alii Myrram, alii Cunilam. ſimillima eſt Cicutæ. caulibus & Fo-
m liis. Radicem habet modice oblongam, teneram, rotundam, odoratam
cibo non inſuauem: Phalangiorum percuſſus in uino debellat. cit men-
ſtrua & ſecundas. ſubuenit & phthiſicis in ſorbitione. Eandem ſi quis quoti-
die bis ter ue bibat in peſtilentia: morbo illo cariturum promittunt.

MYACAROS DCCXXX

Yagros, alii Melampyron, Herba eſt ſurculoſa tripedanea, Foliis ru-
m biæ pallidis: Semen colli figura Oleoſum. toſtum hoc tundunt. & ob-
lito Virgulis ad lumina lucernarum utuntur. Pinguitudine illita ſemi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0182-0 DFG

nis contra ſcabritias corporis medentur.colleuat enim eas & deterit.

ONAGRA DCCXXXI

Nagra ſiue Onuris:ſiue Onothera:Fruticat modo arboris. Magnitu-
o do quoq; iuſta ei. Amygdalaceo folio, latiore ad ſimilitudinem Lilii.
Flore roſeo ingenti.Radice alba longa & cum ſiccata eſt, uinum olente
Naſcitur in montanis. Aſperſu radicis poto feritas omnium animalium miti-
gatur.Eadem illita ulceribus feris placationem affert.

CIRSION DCCXXXII

Irſion, alii Bugloſſon mega.Romani ſpinam mollem. Cauliculus eſt te
c ner duum Cubitorum Triangulo ſimilis: Ab Imo foliis roſæ puſillis:
ſpinoſos habentibus angulos per interſtitia:ſed molles innoxioſq; mor
ſu.Folia bouis linguę ſimilia modice hirſuta:minora: ſubcandida: extremitati-
bus ſpinoſa.Cacumen in Caule orbiculatum piloſum & in eo Capitula in ſum-
mo purpurea:quæ in lanugines caneſcunt.Huius radicem ad alligatam loco do
lores uaricum ſanare Andreas Tradit.

ASTER ATTICVS DCCXXXIII

Ster atticus, Alii Aſteriſcon ſiue Aſterion uocarũt.Sunt qui Bubonion
a & Hyophthalmon.Italia Inguinalem.Daci rhathibida.Cauliculus li-
gnoſus.Florem purpureum aut luteum ſuſtinens cacumine uelut An-
themis.Capitula uero per ambitum diuiſa foliis puſillis Stellę modo Radiata.
Ipſum caulem folia oblonga & hirſuta circundant. Stomacho ardenti & Epi-
phoris oculorum, Inguinibus, ſedi procidue illitus confert.Pars in flore purpu-
rea: ſi bibatur ex aqua, prodeſt dolori coxendicum & Infantibus caſſabundis.
Sed ad inguinum medicinam recens imponitur. Siccus uero ſiniſtra manu de-
cerpitur ab eo: qui dolet ad alligatuſq; inguini partium earum dolores auertit.
Naſcitur inter petras ſolo aſpero.Huius ſtellę noctibus collucent: ut qui naturã
ſtirpis ignorant:uiſum aliquod uidere ſe putent.Inuenitur a paſtoribus pecudũ.
Crateias herbarius contundebat recentẽ cũ adipis ſenio & rabioſę canis morſi-
bus imponebat:& bronchocelis hoc eſt gutturis ulceribus.Incenſa fugabat ſer-
pentes.

ISOPYRON DCCXXXIIII

Sopyron uocant, Aliqui Phaſiolon: quoniam folium Cacuminibus
i in Phaſioli Pampinos torquetur. Capitula ſunt in ſummo Caule te-
nuia Plena ſeminis Melanthii: ad guſtum folio Aniſi. ſemen ex aqua
mulſa bibitur contra tuſſim & Vitia Pectoris.Excreationeſq; ſanguinis & ioci-
nora.

VIOLA PVRPVREA DCCXXXV

On Porphyreon, alii Daſypodion, alii Priapeion, alii Ion agrion: hoc
i eſt Violam ſylueſtrem, alii Cybelion.Romani ſetealem:Aliqui Mura-
riam & Violam purpuream. Folio minore tenuiore q̃ hedera eſt. Ni-
griore item neq; diſſimili. Cauliculus a radice medius proſilit & in eo floſculus
odoris pręcipui, colore purpureo.In opacis & macris locis gignitur:refrigerat
huius folia ſtomacho ardenti per ſe & cum polenta imponuntur & oculorũ Epi
phoris & ſedi:quę procidat.Id quod ex flore purpureum eſt: in aqua potum an-
ginis & comitialibus pueris mederi affirmant.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0183-6 DFG

CACALIA DCCXXXVI

Acaliam ſiue Leonticem Foliis candidis:grandibus.Caule in medio eo
c rum albo erecto:Flore querno oleaginoue.in montibus genitã Radicẽ
dant in uino madefactam ut Tragacanthum,eclegma tuſſibus & fauci
bus ſcabris utile.Quod & prẹſtat commanducata per ſe.Grana quoq;:quẹ flore
impulſo naſcũtur trita in ceram rigores neruorum perunctis molliũt. Rugas a
facie defendunt. PSEVDOBVNION DCCXXXVII

Seudobunion fruticat palmi altitudine:foliis napi acribus : itemq; ra-
p mulis.Contra tormina:ſtranguriam:laterum dolores bibuntur: Rami
eiuſ quaterni ex aqua Strumas cum ſale:ac Vino diſcutiunt tepidis.

CHAMÆCISSOS DCCXXXVIII

Hamæciſſos,alii chamæleuce:alii Ciſſos acarpos, hoc eſt hederam ſte-
c rilem,alii Ges ſtephanos hoc eſt Corollam terræ,alii Selenitin. Roma
ni hederam pluriaticam. Similitudinem hederẹ habet longioribus &
tenuioribus foliis:dodrantalibus ramulis foliofis ab radice quinis ſeniſq;.Flores
albẹ uiolæ exiſtimari poſſent,niſi minores eſſent:admodũq; amari guſtus.Radi-
ce candida:tenui ſuperuacua.Exire amat in cultis : cuius bibunt Iſchiadici folia
tribus obolis in aqua cyathis tribus:quadragenis aut quinquagenis Diebus.Ad
morbum quoq; regium in ſenos ſeptenoſue dies ſimilis potio repetenda eſt.

CHAMÆPEVCE DCCXXXIX

Hamæpeuce trita in aquam doloribus Lumborum potu propitia eſt.
c Herba eſt coloris per totum herbacei folio puſillo inflexo : inflexis &
ramis:flore roſeo.

BVGLOSSON DCCXL

Vgloſſum Prophetẹ Gonos æluru : hoc eſt genitura fellis : Oſthanes
b Tzanuchi.Ægyptii Antueorinbeſor. Romani Linguam bouis : aliqui
Libanin.Punici anſanaph. Naſcitur in planis & Sabuloſis. Carpitur
menſe Iulio. Tradunt utilem eſſe aduerſus horrores & quæ thyrſos tres emittat:
eius radicem cum ſeminibus decoctam ad tertias tertianis prodeſſe : quẹ qua-
tuor:quartanis:utiq; ſi decoctio fiat in uino. Eandem conferre abſceſſibus cor-
poris prẹdicant. Figura herbẹ uerbaſci. Foliis in terram iacentibus:aſperis:
nigrioribus ac minoribus:boum linguẹ ſimillimis. Hẹc in Vinum deiecta ani-
mi uoluptates auget.Ideo euphroſynon uocatur.

CYNOGLOSSON DCCLXI

Ynogloſſon,Alii Phyton,alii Caballation, alii Splenion, alii Scoly-
c mon.Romani linguam canis,alii Linguam caninam. Plantaginis la-
tifoliæ ſimilis anguſtioribus & minoribus foliis lanuginoſiſq; ſine cau
le.Humi ſtrata ſabulonibus.Folia eius trita cum adipe ſuillo ueteri morſibus ca-
num imponere utile eſt. Alopeciis & ambuſtis illinere.Coquitur ipſa,& in uino
ad emolliendas aluos bibitur.

PHYTEVMA DCCXLII

Hyteuma folium ſimile Struthio habet : ſed minus. Semine Copio-
p ſo perforatoq;.Radix exigua tenuis & ſumma telluris cute : cuius uſum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0184-2 DFG

ad amatoria esse quidam scripsere.

LEONTOPODION DCCXLIII

Eontopodion, Alii Zoonychon, Alii Ætonychon, Alii Cemos, Alii
l Damnamenen, alii Idiophyton, alii Phytobasilion, alii Crossiam, alii
Crossophthoan. Prophetę Sanguinem Crocodili: hoc est Hęma Crocodilion, alii Crocomerion. Ægyptii Daphnoides. Romani Mineruium, alii Neoumatus, alii Palladium, alii Flammulam. Herbula est digitorum binum. Folio paruo angusto digitorum quatuor triumue longitudine hirsuto: lanosioreq; ad radicem & subcandido. In cacumine Caulium capitula tanq̃ incisa. Floribus luteis erumpentibus semen tale: ut oculis deprehendi uix possit propter circundatam lanuginem. Radix subest exigua. Et hanc amatorium esse adalligatam inuenio. Discutit tubera.

HIPOGLOSSON DCCXLIIII

Ipoglosson quidam & hanc antirrhinon uocant. Alii anarrhinon, alii
h lychnidem agriam. Frutex est paruus folia habens figura Myrti sylue-
stris atq; gracilioris. Coma spinosa & in iis ceu ligulas folio paruo exeunte de foliis: capitis dolorem Corona ex comis huius imposita comminuit. Malagmatis miscentur radices: itemq; succus expressæ.

ANTIRRHINON DCCXLV

Ntirrhinon siue anarrhinon, a quibusdã & lychnis agria inuenitur uo-
a cari. Herba est anagallidi foliis & caulibus similis: flore purpureo. ad
effigiem Violæ matronalis minore: propter quod lychnin sylucstrem appellauerunt. Semine uituli naribus simili aspectu. hoc si qui ad alligatum habeant nullo malo medicamento lædi posse dicuntur. Ex eodem peruncto cum oleo Susino aut Cyprino uenustiores commendatioresq; fieri tradunt.

CATANANCE DCCXLVI

Atanance, alii Damnamenen, alii Dionysiadem, alii Thyrsion, alii De
c mos, alii Cemos, alii Crotion. Prophetæ archaras, alii arcopodion.
Romani Herbam Filiculam, alii Datiscam, alii Iouis radium. Daci caropithla. Differentias habet duas: altera folio longo ut Coronopus radice tenui: Iuncea: capitulis senis septenisq;. In quibus semen eruo simile. Flectitur Exarescens in terram & ad speciem unguiũ milui exanimati se contrahit. altera mali exigui magnitudine conspicitur. Radice parua; ceu oliuę. Foliis quoq; olcæ figura & colore, mollibus inclinatis in terram diuisis. Semen in uirgulis foraminulentum minutum Ciceris effigie. Quidam utriusq; naturam conuenire in amatoria: Mulieresq; in thessalia uti eis asserunt.

TRIPOLIVM DCCXLVII

Ripolion, alii Psychen, alii Merin, alii Potamogeton, alii Stachyiten.
t Romani Canũmaris. Nascitur in maritimis: ubi allidit unda: iterumq;
retro cõmeat: neq; in mari, neq; in sicco plane. Folia Isatis habet arentia longioraq;. Caulem palmo altum: In mucroneq; diuidentem se: huius in flore colorem tradunt mutari ter die. Candidum mane: Purpureum meridie: Sanguineum Sole occidente aspici. Radice Alba: Odorata: Calidi gustus: quæ in

Vino pota denariorum duum instar aquas per aluum trahit & urinas. Concidi-
tur in medicamenta: quę uocantur Alexipharmaca.

ADIANTVM DCCXLVIII

Dianton, alii Polytrichon, alii Trichomanes, alii Ebenotrichon, alii
a Argion, alii Corion enygron, hoc est Coriandrum aquaticum. Ægy-
ptii Epier. Romani Cincinnalem, alii Capillum terrę, alii Supercilium
terræ. Daci Phythophthethela. Quidam & Callitrichon. Folia sunt parua ut
Coriandri diuisa cacuminibus. Ramuli e quibus erumpunt prętenues palmum
alti nigro colore nitent. Folia filicis perexigua sine Caule: sine flore: sine semine.
Radice inutili. Decoctum ex herba suspiriosis & anelantibus prodest. Datur &
felle suffusis: lieni: strangurię. Calculos frangit: aluum contrahit: serpentibus re-
sistit. Pota in Vino stomachi fluctionibus medetur. Menses ciet & secundas.
Eiectiones sanguinis cohibet. Illinuntur & morsibus cruda serpentiũ. Alopecias
pilo restituit. Strumas & furfures & manantia capitis Vlcera dissipat cum lexi-
uio. Capillum cum Ladano & Oleo Myrteo & Lilino aut cum Hysopo & Vino
defluentem confirmat, & densat. Decoctum eius cum aqua lexiua, & Vino fur-
fures exterit omnium generum in corpore & capite. Gallinaceos & coturnices
pugnatiores fieri putant in cibos eorum addita. Pecori quoq; utilissimam prę-
dicant in Ouilibus satam. Vmbrosa & palustria parietumq; aspergines per se-
quitur: circa fontes quoq; proueniens.

TRICHOMANES DCCXLIX

Richomanes, Alii Pterion, Alii Hopterin. Romani Capillarem, Alii
t Pinnulam, alii Filiculam. Aliqui adianton & hanc uocarunt. Nascitur
iisdem in locis: Filici similis admodum parua folio a lateribus in uer-
sum & ordinem quemdam condito: tenui & figura lenticulæ contrariis ex aduer
so pediculis. Ramuli uero e quibus emicant folia, explendescunt & graciles sunt
colore subnigro acerbi. Cum priore pari effectu.

XANTHION DCCL

Anthion, alii Phasganon, alii Chascanon, alii Choeradolethron, alii
x anathesion. Aliqui & hanc Aparinen appellauere. Lappam Romani.
Nascitur pinguibus locis & ubi lacus obaruerunt. Caule cubitali: an-
guloso: pingui, Alas plures fundente folio atriplicis incisuras habente: odore
Nasturtii. Semine rotundo: ceu oliua grandior: spinoso: platani pilula. Vestium
tenaci cum tangitur. Semen anteq; penitus adsicceſcat: collectum & Tusum in
fictile capillum flauum reddit: si cum usus exigit: heminæ unius pondere dilutum
in aqua tepida capiti collinatur: utiq; si prępparatum ante nitro sit caput. Aliqui
reponunt in uino tusum. Persanari & tumores contingit illitos hoc semine.

EGILOPS DCCLI

Gilops, Alii Sitospelos, alii siphonem, alii Bromon. Romani auenam.
ę Festuca est folio tritici molliore. Summo in capite semina bina: uel ter-
na: quæ rubent: in quibus aristulę capillamenti modo prętenues uisun-
tur. Hęc morbum eiusdem nominis oculorum sanat. Illita discutit & duritias.
Exprimitur succus ex ea: quę in eosdem effectus farina permixta siccant.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0186-3
DFG

BROMOS DCCLII

Romos herba Siphonion & acrospelos dicitur a quibusdam. Italia no
b minat Auenam. Similis est Ægilopi, Naturamq; habet siccandi. Proin-
de in aqua decoquitur: donec se succus ad tertias contrahat. Hic collo
effusus miscetur melli æquis portionibus. Deinde iterum coquitur: donec crassi-
tudo euadat liquidi mellis. Facit ad Ozęnas: si linteolum ex eo naribus adigatur.
Conferet & per se appositus. Quidam & aloen subigentes admiscent, utuntur q;
ita: quibus fętet anima: decoquitur cum rosa sicca in uino.

GLAVX DCCLIII

Laux folia Cytisi aut lenticulæ habet auersa candidiora: superne uiren-
g tia. Rami a terra quini seniue palmei tenues ab radice. Flores albę Vio-
læ: sed minores & purpurei exeunt. Inuenitur iuxta mare. Coquitur in
sorbitione cum farina Ordeacea Oleo & Sale ad excitandam ubertatem Lactis
quod sit extinctum.

POLYGALON DCCLIIII

Olygalon palmi altitudinem petit: Lenticulæ foliis: gustu subacerbo.
p Et hęc pota lactis abundantiam molitur.

OSYRIS DCCLV

Syris surculus niger Ramulos tenues lentosq; fert. Et iis folia terna &
o quaterna modo quina: interim & sena ceu lini. Nigra initio. Dein colo-
re mutato subrubra. Decoctum huius potum sanat morbum regium.

SMILAX ASPERA DCCLVI

Milax trachea: hoc est aspera. Alii Epapitin. alii Lycanthemon, alii Cy
s nosbaton, alii Aniceton, alii Heliophyton, alii Anatolicon, alii Dyti-
con, alii Eliden. Ægyptii Lyiathe. Romani Merginam. Æthrusci Ra-
diam. Folio Periclymeni. Ramulis multis exilibus paliuri aut Rubi modo acu-
leatis. Repentem per arbores ambiendo eas ab Imis usq; ad summas. Semen in
racemis labruscæ rubro colore cum ematuruit. Gustu leuiter mordaci. Radice
crassa prędura. Locis palustribus & asperis nascitur. Huius semen & folium &
ante & post sumentibus contra uenenata omnia efficax est. Traditur & Succo
Acinorũ infantibus recens natis in stillato: nulla in posterum uenena iis esse no-
citura.

SMILAX LÆVIS DCCLVII

Milax lia, hoc est lęuis. Folio hederaceo molliore leuigatioreq;. Palmi-
s tibus præter spinas: quibus carent: omni alio modo similibus supradi-
ctæ. Conuoluit se arboribus, Quemadmodum & illa. Semen ut lupini
habet nigrum & exiguum: super quod semper circumquaq; flores exiliunt can-
didi: copiosi: orbiculati. Topiario frutice per ęstates. Foliis per autumnum ca-
dentibus. Huius semen cum Dorycnio ut tribus obolis utrumq; capiatur: som-
nia multa & turbulenta facere existimatur.

MYRTVS SYLVESTRIS DCCLVIII

Yrsine agria: quam Myrtacantham & Hieromyrton & Oxymyrsi-
m nem uocant. Alii Myacanthan & agonon & Scincon & Minthen: &
Catãgelon & Anangelon. et Acæron & Ocneron & Lichenen & Cha-

mępityn. Boetii Gonyniada. Prophetæ Gonos heracleus. Romani Ruſcum. Foliis Myrti latioribus cuſpidis ſpecie: mucronato cacumine. Semen rotundum inter folia Rubeſcens cum maturat. Duritia oſſea nucleo. Ramulis uiticis ab eadem radice frequentibus lentis: cubitalibus foliosis. Radice graminis: guſtus aſtricti ſubſalſi. Vſus ex folio, ſemineq; potis in uino ad urinas mouendas & menſtrua: & ad calculos ueſicæ rumpendos. Sanat & Morbum regium: ſtillicidia urinæ: capitis dolores. Naſcitur aſperis præcipitiis. Vtile ad eadem eſt & decoctum radicis in uino hauſtum. Cauliculi quoq; incipientes aſparagorum modo in olus parantur: eſu amaro & urinas pellente.

LAVRVS ALEXANDRINA DCCLIX

d Aphne ſiue Laurus alexandrina. Quidam Idęam & Danaen & Hypolaten & Zaliam & ſtephanen uocãt. Sunt qui Laurum Samothraciam & Minthrion & Hypogloſſion malint. Folio myrti ſylueſtris molliore candidiore, maiore. Seminis inter folia magnitudine Ciceris rubri. Ramos ſpargit a terra Dodrãtales, eoq; ampliores. Radice myrti ſylueſtris maiore odorata teneriore in montuoſis. Partus Celeres facit radice pota ſenum denariorum pondere in uino dulci. Prodeſt & ad ſtranguriam: feminaſq; purgat.

DAPHNOIDES DCCLX

d Aphnoides ſimiles alypo eſt. Flore nympheæ. in cuius medio quiddam metę ſimile habetur & in eo Semen. Daphnoides, Alii Eupetalon, Alii Chamædaphnen, alii Peplion dixerunt. Frutice alto ſexquipedem ramoſo: qui ab dimidio ſui quod a Cacumine eſt, funiculacei foliatiq; ſunt: cortice circa uirgas glutinoſiſſimo atq; ĩ extricabili. Folia uero ualidiora, & molliora, q̃ Laurus: nec fragilia: quorum guſtatu mordeatur: accendaturq; os atq; guttur. Floribus candidis. Semine cum percoxit: coloris atri: ſuperuacua radice. Naſcitur in montibus. Pituitoſa folio recenti & arido exigit per aluum. Vomitiones quoq; menſeſq; ciet. Eadem commanducata extrahit pituitas. Sternutamentum quoq; fit. Sic & baccæ eius quinæ purgationis gratia ſumuntur.

CHAMÆDAPHNE DCCLXI

c Hamędaphne. Quidam & hanc Daphnen ſiue Laurum alexandrinam uocant. Alii Daphniten. Alii Hydragogon. Romani Laureolam: ſiue Lauraginẽ. Galli Eugubim, unico ramulo: cubitali: recto: tenui atq; lęui. Folio Lauri ſimilitudine: leuiore multo & magis herbaceo. Semen rotundum rubens admixtumq; foliis: quibus ſupernaſcitur. Tritum folium eius illinitur capitis doloribus. Ardores ſtomachi refrigerat. Ad Tormina cum Vino bibitur. Menſes ſuccus eius in uino & Vrinam cit potu.

ELLEBORVS CANDIDVS DCCLXII

e Lleborum Candidum: quod quidam Aſclida uocant, alii Ectomon, alii Pinagnatoxarin. Prophetæ Gonos heracleos, alii Polyidos, alii Anaphyſton. Ægyptii Somphian, alii Vnre. Itali Veratrum album. Galli Laginon, alii anepſa. Sunt ei folia Plantaginis, atq; Betæ ſylueſtris: hæc quoq; Breuiora, nigrioraq;, & Canalium Dorſo rubentia. Caule palmi concauo: tunicis conuoluto: quas abdicat, cum incipit exareſcere. Radix fibrata Capillamen-

tis multis

tis multis a paruo & oblongo capite Cepar um modo coalescentibus. Nascitur in montanis & macris. Tempestiuum mensibus uellere. Optimum mediocriter rigidum:candidum, fragile. Iam carnosum nec exacutum aut lunceum & in frangendo puluerem mittens. Medulla tenui. Gustu feruens nec tamen id uehemēter: sed saliuam particulatim ciens. Quod enim continuo uniuersimq; eam contrahit, strangulat. Laudatur maxime Cyrenaicum. Galatia cum uero & Cappadox & Italicum albius. puluerosum periculosius: purgat uomitione uariis coloribus: additur oculorum collyriis contra caligines. Sanguinem menstruum trahit: partusq; enecat uel appositu. sternutamenta irritat. Mures in polenta cum melle admixtum perimit. carnes si una coquatur: absumit. Datur ieiunio per se aut cum Sesamo, aut succo Thapsiæ, aut Alice, aut aqua mulsa, aut in pulticula, aut cum Lente, aut sorbitione alia. In panibus quoq; subigitur, ac torretur. Cæterum apparatus & obseruatio poturis Elleborum apud antiquos legatur: qui de datione eius dicato priuatim opere scripserunt. Ipsi potissimum accedimus Philonidi ab Enna Siciliæ medico: alioquin longum esset: qui de materia medicinæ disserimus curationum quoq; modos & rationem uictus cuiusq; persequi. Porro alii sorbendum in pulte præcipiunt: aut in alica copiosa. Quidam cibo tenui præsumpto Elleborum obiter ministrant: Quod genus usu uenit: cum poturi sunt: quibus præfocatio timenda sit: aut quibus exile: minusq; firmum corpus est. Ita enim tutissime insumitur: quia minus importunum infestumq; munitis cibo alio corporibus accedat. Balani ex eo admotæ sedi cum aceto uomitus faciunt.

ELLEBORVM NIGRVM DCCLXIII

Elleborum nigrum, aliqui Melampodion uocant, alii Horestion, alii Polyrrhizon, alii Proetion, alii Melanorrhizon, alii Cyrranion. Prophetæ Zoomaritin. Ægyptus Igaiam, alii Elaphine, alii Celemen, Romani Veratrum nigrum, alii Saraca, Daci Prodiorna, Melampodion a Melampode appellatum uidetur ouium pastore: qui primus Veratro purgauerit & sanauerit Proetidas furentes. Folia ei herbacea Platani: sed minora Sphondylio proxima pluribus diuisuris nigrioraq; ac subaspera caulis scaber. Flos cum purpureo albus: & racemosus uuę modo: semenq; in eo, ut Cnici: quod ab Anticyrensibus Sesamoides uocatur, In purgationesq; adhibetur. Radices nigrę: prętenues ab uno fastigio pēdentes ceparum more: In quibus ttāum usus consistit: Nascitur asperis collibus: locisq; siccaneis. Idq; probatissimum: quale: quod ex Anticyra est Nigrum & prętantissimum proueniēs in ea. Eligunt uero carnosissimum quodq; habitissimumq;: medulla tenui: & quod gustu acre: feruensq; sit. cuiusmodi Heliconium: Parnasium: Ætolicumq; habentur. q̄q̄ Bonitas prima in Helicone genito est. purgat per inferna pituitam Bilemq; deuoratum sincerum. Miscuere aliqui & Scamoneam & salem drachmę unius trium ue obolorum mensura. coquitur & cum Lenticula & Iussulentis aliis: quę gratia purgationis sumuntur. Medetur morbis comitialibus: Melancholicis insanientibus, Articulariis defectis. Apposita Menses euocat. partus extinguit. Fistulas purgat demissum & tertio die ablatum. Auribus in grauitate inditur eximēdum post diem summumq; post tertiam. Scabiem cum Ture: aut cera & pice, atq; oleo cedrino curat perunctis. per se ue-

ro ex aceto Vitiligines Lichenas atq; lepras. Decoctum in aceto dentium dolores si colluatur os. Miscetur & in septas. Hydropicis imponitur cũ Farina ordeacea & uino. Cum Vitibus sato eo iuxta radices medicatum nascitur Vinum purgationibus querendis efficax. Eodem & Domos aspergunt: suffiri & purgari sic eas credentes. Proinde: qui Effossuri sunt: stantes Apollini & Æsculapio apprecantur: obseruantq; Aquilę uolatus: ut quę non sine periculo succidentium interueniat. Nam si Effossionem Hellebori Ales contuita fuerit: Eodem anno moriturum portendi: qui foderit. Celeriter autem fodiendum est: quoniam aura: quæ subinde attollitur: caput aggrauat: Quod quidem qui secturi sunt: cauentes Allium pręsumunt: Vinumq; obiter sorbent Ita munitiores ad opus suum pergentes. Emedullaturq; hoc perinde uti candidum.

SESAMOIDES MAIVS DCCLXIIII

s Esamoides maius, alii Sesamitin, alii Sesamida, Quidam Lycoscytalion. Aliqui Helleboron leucon. alii Anticyricon, alii Helleborum Anticyrense appellant: quoniam Helleboro albo in purgationibus miscetur. Rutæ aut Senetionis herbæ similitudinem habet Folio paruo. Flore candido. Radice gracili nullius effectus. Granum Sesamæ, gustu amarum. Datur ad detractiones uentriculi contra pituitas & Bilem Quantum tres Digiti apprehenderint. Miscentq; trito Hellebori Albi unum & dimidium Obolum cum aqua mulsa.

SESAMOIDES MINVS DCCLXV

s Esamoides minus, alii Coronion, alii Sesamon Agrion cauliculis palmi. Folio Coronopodis: minore: pilosiore, a cacuminibus caulium capitula floribus fere purpureis medio candidis: semenq; continẽtibus Sesamæ amarum & ruffum exili radice. Granum dimidio Acetabuli ex aqua mulsa potum Bilem & pituitam deiicit. Illitum uero ex aqua panos tumoresq; discutit.

CVCVMIS ANGVINVS DCCLXVI

l Icys Agrios, alii Elaterion, alii Grynon, alii Balidem, alii Synchrisin, alii Bubalion, alii Scorpion, alii Pherombron. alii Peucedanon, alii Notion, Romani Cucumerem Anguinum, alii Cucumerem sylueſtrem. Punici Cussimezara semine tantum a satiuo differt, multo minus id habens, & glandulis longiusculis simile. Ramis & foliis paribus. Radice alba: ingenti. ruderibus: sabulosisq; nascitur toto frutice amara. foliorum succus in dolore instillatur auribus. Radix cum polenta omnes tumores ueteres digerit. Cum Resina uero terebinthina rumpit Tubercula. Ex aceto cocta podagris illinitur. ad coxendicum morbos infunditur Clysteribus. succoq; dentium Doloribus medetur. Arida teritur ad uitiligines: lepras: lichenas: cicatricibus nigris colorem & in facie maculis reddit. e succo Radicis sexquiobolum dant portione minima. e Cortice uero acetabuli quadrantem ad pituitam & Bilem purgandam. idq; ad Hydropeses maxime. cuiusmodi purgatio sine iniuria stomachi exigitur. In hoc autem selibram radicis. In sextarios Vini duos Libyci potissimum teri conuenit: ex eo quæ cya-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0190-6 DFG

thos ternos diebus tribus dari ieiunis usq; dum tumor alui abunde susidat.

ELATERIVM DCCLXVII

X cucumere anguino medicamentum fit quod uocatur Elaterium succo expresso de semine hoc modo. Cucumeres eligis: qui simul tangun-
e tur. exiliunt receduntq; a pediculo. seruantur autem decerpti una nocte. postero die super craterem cribrum: quod non sit densum, componis, & cultellum supinum collocas, ita ut aciem superne contineat. Deinde utraq; manu adnixus singulatim Cucumeres decussas: mox humores cribro exprimis in subiectum craterem: carnosas quoq; partes: quę pexitate cribri offensa prohibentur effluere, identidem apprimis. opere autem peracto succum eum pateris: considat. reliqua uero in peluim abiecta, mox in aceruum cōposita super cribrum aqua dulci perfundis: subindeq; comprimis: Deinde abiiciuntur hæc: & quod in peluim transfusum inuenitur: cōturbas: adopertumq; linteo infers ad solē: & ubi coierit: aqua omnis: quę innatat cum spuma effunditur: idq; sæpius donec procumbat. Tum exprimitur ut ne stillicidia restitent humoris, Sedimentumq; teritur & in orbiculos effingitur: Quidam ad coercendam celeriter abundantiam succi: constrata humo cinere per incerniculum emisso caueolam infodiunt: & Elaterium cum aspergine tota superinfundunt: linteolo prius triplici expāso: per quod effluat siccatum in mortario: quemadmodum prædiximus: conterunt. Aliqui marina perfundunt & lauant. Nonnulli ad extremum & aquam mulsam affundunt. Experimentum optimi est: ut in candido modice insudet sine pondere, sine scabritia, gustu amarissimo, quodq; lucernis admotum facile accendatur. Improbant asperum, turbulentum, herbaceum, aspectu medio inter Eruum & Cinerem: quod & ponderosum est. Admiscetur ab aliquibus Amylum candoris mentiendi gratia, & ad fallendum pondus. Elaterium usu purgationum a Bimatu incipit tempestiuum esse: duratq; Decennio. Maxima potio solidus obolus. Minima semiobolus. Pueris Chalci duo sufficiūt. Copiosius sumitur periculo: utralibet parte Bilem pituitamq; trahit. pręcipua in difficultatibus spirandi purgatione. qd̄ si per inferna deiectio facienda est, duplum salis addere oportet, & Stibii quantum colore suo inficiat. Modus dandi magnitudo Erui per aquam. ita ut subinde cyathus Egelidæ sorbeatur. Ad uomitum ciendum aqua diluitur & locis sub linguam penna q̄ maxime intro adacta collinitur. Aut si quis etiamnum difficile omnino reiiciat: subactum cum oleo: aut Irino unguento peruincet. Vetandi uero sunt dormire: qui potant. In purgatione autem immodica uinum cum oleo sæpius prębendū, ut exinanitio finem capiat. Q d̄ si uomitio non deponit, occurrent ei aqua frigida & polenta & posca & poma & quæcunq; stomachum densant atq; contrahunt. Elaterium feminas purgat. Abortum grauidis facit. prodest morbo Regio cum lacte mulierum in nares collatum & doloribus capitis ueteribus. Anginis efficacissime sublinitur Cum melle aut Oleo aut Felle Taurino. Radix satiui trita in potum ex aqua mulsa Drachmæ pondus uomitionem committit. Q d̄ si quis a Cœna leniter uelit reiicere: oboli duo satis erunt.

STAPHIS AGRIA DCCLXIX

Taphis agria & Triphyllon & Stesion; & Astaphis & Phtheroctonon;
s & Phtherion & Apanthropon & Polyides & Pseudopathes & Arsa-
note dicitur; Ægyptus Ibesaoede; Romani Herba pedicularis. Folium habet Labruscę diuisurisq; scissum. Cauliculis rectis; nigris. Flore Isatis. Fert foliculos uerius q̃ Acinos; uirides similes Ciceri: & in iis semen Triangulum; scabrum; subrubrum in nigro. Intus album includitur. gustu acri. Ex eo nucleos denos quinosue; si quis tritos in aqua mulsa det bibere: Crassitudines uomitionib9 purgabunt: Ita ut qui sumpserit: postea inambulet. pręsto autem ei esse oportet aquam mulsam: assidue: propter ancipitem strangulationem & propter nimiam uim ardoris: qua fauces lædi solent. Phthiriasi quoq; liberant triti & iuncti cum Oleo: Item pruritu & psoris. Commanducantur & ad pituitam oris siccandam; quæ ita contrahitur uel plurima. Decoquntur ad dentium Dolores in aceto. gingiuarum quoq; Rheumatismos compescunt. medentur oris ulceribus melle admixto. Adduntur & in Malagmata urentia.

THAPSIA DCCLXIX

Hapsiam; alii uocant Hypopion; alii Pancranon; alii Scamonion; alii
t Thelyterin. Romani Ferulaginem; aliqui Ferulam sylueſtrem; Punici Eboiden. In Thapso eiusdem nominis Insula primum inuenta est. Indeq; appellatio quęsita. In totum porro natura Ferulę Thapsia est. Caule tamen graciliore; q̃ Ferula & Feniculi foliis. In cacumine singulis ramulis Vmbellas Anetho similes ferens: & super eas luteos flores. Semen latiusculum: quale in Ferula dumtaxat exilius: Radice magna interius candida; nigro cortice; crassoq; gustu acri: hæc circumfossa laxato plaga cortice; lacte manat. Sunt qui Fornicem in ipsa excauent radice: Mox operiant; ut purior Succi sinceritas confluat. Postridie accendentes succidunt eam & tollunt. Tum contusa & Organis atq; Fisco expressa reddit succum: quem Fictili crasso exceptum siccant in sole. Alii Folium quoq; una tundunt. Quod genus infirmum uiribus est. Discernitur: qd̃ qui e Radice fit Succus: Virulentior sentitur: Duratq; madidus. Contra siccescit qui foliis exprimitur & Teredines facile admittit. Excepturi Lachrymam cauent contrarium uentum: magisq; ut tranquillo ab omni flatu Cœlo id fiat: quęrendum: Alioquin Facies intumescit & pustulæ adusto similes inuadunt nuda corporis. Tam uehemẽs est: qui de ea spiritus uenit: ob id prius cerato; liquidiore aliquo ex astringentibus os illinunt. Deinde ita muniti manus admoliuntur operi. Vsus eius in medicina purgandi cortice Radicis & Succo: Item sapore: qui ex incisa legitur; ita ut bibatur ex aqua mulsa. Vtrinq; detrahunt omnia hæc Bilem: Radix. iiii. Obolis cum Anethi semine tribus drachmis. Succus obolis. iii. Lac singulis obolis datur. Largiore potu periculum afferunt. Purgatio hęc priuatim suspiriosis Doloribus laterum ueteribus: pituitis gulę adhęrescentibus conuenit iis qui eas difficile reiiciunt. In esitia conditur & obsonia. Radici & liquori uis extractoria uitiorum ex alto ad cutem. Idq; inter prima quæ pollere in eam rem produntur: aut ubi meatus faciles reddere sit necesse. Quapropter alopeciis succo in

ducto aut Radice:cum recens eſt.affricata cohoneſtat eas pilo ac denſat. Sugillatis quoq; ac liuentibus radice trita uel ſucco Ture adiecto & cera ęquis portionibus illinitur.utiq; ne ultra duas horas in loco contineant:ſubindeq; marina aqua feruenti ſe foueant.uitia quoq; in facie tollit cum melle,cohibetq; lepras.ſucco in Sulfure illito rumpit Tubercula utiliter & ueteribus malis illinitur:laterum, pulmonum: pedum : articulorum. Efficax & ad uerpos decuratoſq; ſed alia cauſa q̃ pręciſionis.tumorem enim partibus iis attollit:quo fouentibus & pinguibus medicamentis mollito,cutis attenditur.& ſcrotum colis contecta glande ſarcitur.

SPARTVM DCCLXX

Partion,alii Lobon,alii Lygon Frutex eſt uirgas longas habens ſine fo
s liis ualidas atq; lentas uinculorum uſu pręcipuas uitibus feſtucandis alligandiſq; folliculos Phaſiolorum modo ferens & iis ſemen Lenticulæ. Florem luteum ſimilemq; matronali Violę.purgant egregie ſemen & flores obolis quinq; in aqua mulſa pota Ellebori uice citra periculum.Semen ipſum exinanit aluum trahendo.Ramis in aqua madefactis & tuſis ſuccum dant Iſchiadicis. anginiſq; utilem cyathi unius potu ieiunis.Quidam ſalſilagine,aut marina aqua macerare malunt & infundere Iſchiadicis clyſtere.Detrahit cruenta Strigmentaq; Inteſtinorum.

SILYBON DCCLXXI

Ilybon Spina eſt lata foliis Chamæleonti candidæ ſimilibus:quæ re
s cens nata coquitur & cum Oleo & Sale manditur. Succus e Radice drachma potus ex aqua mulſa uomitiones cit.

BALANVS MYREPSICA DCCLXXII

Alanos Myrepſice:hoc eſt Glans unguentaria,Fructus eſt arboris My
b ricæ ſimilis :magnitudine Auellanarum nucum. Cuius ex cortice preſſo:quemadmodum ex amaris Amygdalis excipitur liquor quo in precioſa unguenta uice olei utuntur.Naſcitur in Æthiopia:Thebaide:Arabia & quæ ſeeus Iudæam Petra dicitur.pręfertur recens & farcta: Item candida & quę facile a putaminibus abſoluitur:Lienem conſumat trita in poſcam drachmæ unius mẽſura.Illinitur & foris cum farina Ærina & aqua mulſa:quo modo & ad podagras adiungitur . pſoras aſperas cum aceto cocta extergit.uitiligines & cicatrices niras reddit colori cum Nitro:Lentigines:Varos:Ephelidas: Eruptiones in faie cum Vrina emendat.Vomitiones mouet.Aluum ſoluit ex aqua mulſa.ſed ſtomacho abunde contraria eſt. Oleum quoq; ex ea uentrem ducit. Cortici natura piſſantior. Succus expreſſę additur Smegmatis:quæ contra ſcabritias pruriuſq; componuntur.

NARCISSVS DCCLXXIII

Arciſſus,alii Narciſſum Anhydron,alii Autogenes,alii Bolbon Eme
n ticon uocarunt.Romani Bulbum uomitorium. Quidam & hunc tanq̃ Lilium appellauere Lirion:Foliis porri minoribus anguſtioribuſq;:cau-

le inanī:libero:foliis alto ſupra ſemipedem & in eo Flos candidus croceo intus Tubere. In quibuſdam purpureus. Radice alba interius, rotunda, bulbacea. Semen uelut in membrana, nigrum, prælongum, optimus in montanis odoratuſq; naſcitur. Reliquum genus herbaceum: colore, odoreq; eſt. Radix cocta Eſtur & bibitur uomitoria eſt. Eiuſdem farina cū melle prodeſt ambuſtis: pręciſoſq; neruos admota cōglutinat. Talis luxatis, Doloribus articulorum uetuſtis cum melle trita collinitur. Moleſtias cutis in facie, uitiliginesq; cū ſemine Vrticę acetoq; obliterat. ulcerum colluuiem cum Eruo & melle abſtergit. Apoſtemata concoqui difficilia perrumpit. Infixa corporibus extrahit cū melle illita & farina lolii.

HIPPOPHAES DCCLXXIIII

h Ippophaes ſiue Hippophyes. Quidam Hippophanes & Hippion, aliqui Echinon, & Pelecinon uocarūt. Romani Lappaginem & Lapulam utuntur eo Fullones concinnandis ueſtibus. In maritimis ſabuloſiſq; naſcitur: Frutice opaco: ſurculoſo: denſo: foliis Oleę anguſtioribus: mollioribus & inter ea ſpinis arētibus: candidis: anguloſis: geniculatim inter ſe diſtantibus. Flore corymbis Hederæ ſimilis congeſtis racematim & imminentibus inuicem Acinis: minoribus tamen & mollioribus: albidis & ex parte rubentibus. Radix craſſa: mollis: amara lacte madens: quod Thapſiæ modo ſuſcipitur: hoc aut per ſe cōditur: aut in farina Eruina digeritur in paſtillos. Prior ſuccus: qui & ſincerus eſt: Bilem, aquam, pituitas detrahit oboli pondere per inferna. Poſterior quatuor obolis in aqua mulſa: Superficies cum Radice arefacta tunditur. Et cum Melle mixto datur farina eius ad eundem effectum Hemina una & dimidia. Exprimunt. & Radicem & folium Quemadmodum Thapſiæ. Succi huius Drachma purgationibus traditur.

HIPPOPHÆSTON DCCLXXV

h Ippopheſton. aliqui & hāc Hyppophaes appellant. Naſcitur in eiſdem locis. Fullonibus & ipſa utilis ſerpens humi foliis tantum minutis, aculeatiſq; Item ſpinoſis capitulis ſine flore: ſine cauliculo: craſſa & molli radice. hac folio: capite ſuccus exprimitur: qui ſiccatus tribus obolis cum aqua mulſa prębetur ad aquas & cōtra pituitas: maxime in comitialibus Morbis: contraq; orthopnoeas & ualitudines neruorum.

CICI DCCLXXVI

c Ici ſiue Croton: quod alii Seſamon ſylueſtre, alii Seſeli Cyprion, alii Crotonem. Ægyptii Seſthamna: & Trixin. Prophetæ Hema Pyretu: Romani Ricinum: alii Lupa, Crotonem & Ricinum a ſimilitudine animalis fœdi cum ſemine huius arboris appellant: Cici paruę Ficus magnitudine. Folio eſt Platani læuiore: nigriore: maiore. Ramis & caudice modo Harundinum concauis: Semine uuarum aſpero: quod purgatum effigiem Ricini habet. Ex hoc Cicinum Oleum premitur cibis quidem fœdum: Sed lucernis: Emplaſtriſq; utile. Putaminibus detractis teruntur Triginta eius grana: quæ potui exhibita pituitam: Bilem: & aquas eiiciunt per aluum. Vomitiones etiam mouēt: ad modū iniucūda faſtidiendaq; potione. Pręterea & uehemens redundatio ſtoma-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0194-0 DFG

chi consequitur. Tusa hæc & imposita Varos Ephelidasq; tollunt. Folium tritum cum polenta oculorum tumores & Epiphoras sedat: Mammarum quæ tentę sint inflammationes coercet. Ignes sacros per se cum aceto illitum sanat.

TITHYMALI SEPTEM DCCLXXVII

Ithymalus herbæ nomen. Genera eius septem characias: qui & masculus existimatur: ab aliquibus comites: amygdaloides: atq; Cobios uocatus. Secundum feminam putant: myrtiten appellant. Alii Caryiten, Myrsiniten. Tertio cognomentum paralius, siue Tithymalis. Quartum helioscopion. Quintum Cyparissiam. Sextũ Dendroides. Septimum Platyphyllon.

CHARACIAS PRIMVM GENVS TITHYMALI DCCLXXVIII

Ithymalus Characias. Caules habet longitudine cubitali & ultra: Rubros. Sapore acri & candido: madentes: pendentibus foliis oleę angustioribus longioribusq;. Radix crassa lignosa. In cacuminibus comæ Iunci. Sub quibus caueolæ soliolis balnearum similes & in iis semen. Nascitur in asperis montosis. Bibitur duobus obolis succus ut purget pituitam atq; bilem si aluo soluta libeat, in posca; Si uomitione in aqua mulsa. Hic circa uindemias defractis Ramulis: & in fasce concisis excipitur: qui concludi debent in uasa. Quidam succum excipiunt farina eruina & in pastillos diuidunt Erui magnitudine. Sunt qui stillent eum in ficus. Ternas autem quaternasue guttas singulis excipi satis est: Deinde ut cum iis arescat, reponunt. Per se quoq; in mortario habitus cogitur in Orbiculos: cum urgeat desiderium: promendus. Cauere qui colligunt: aduersum flatum debent. Item ne Oculos attingant cum operantur. Quin potius corpora oblinant seuo aut oleo admiscentes iis uinum. Præsertim uero faciem munire, Item collum & Inguina conueniet. Fauces quoq; lędit asperas faciendo: propterea deuorandus. Includitur Cera sed in melle decocto sine iniuria gulæ transmittitur. Siccas quoq; ficos ex iis quas Indicauimus binas ternasq; purgandi gratia satis erit sumpsisse. Lac eius recens cum oleo perunctos in sole pilos detrahit: aut si qui omnino erumpunt: Flaui subtilesq; renascuntur. Tandem porro glabros ac depiles omnino reddit. Ad dolores leuandos Cauis dentium inditur sepiendus cera, ne defluat: gutturiq; ita uel linguæ officiat. Idem formicas uerrucasq; sanat. Illinunt & Thymos & Lichenas: Eodem & ad pterygia utuntur. phagędenas: gangrenas: carbunculos fistulas. Legitur semen autumno. Siccatum sole tunditur leuiter & lauatur, ita purum reponitur. Folia quoq; non abdicantur usu similiter siccata. Semini & folio natura: quæ lacti, sed modus uariat. Dimidium acetabuli ex iis iusta potio est. Quidam inueterant sale folia miscentes lepidio Lacte macerato, Item caseo pręduro. Radix in pastillos subacta Drachmę unius pondere ad aluum trahendam in aqua mulsa bibitur. Eadem in dolore Dentium aceto decocta colluitur.

TITHYMALVS MYRSINITES DCCLXXIX

Lterum genus Tithymali femina est: Myrsiniten uocant. Alii Caryiten. Naturam habet Daphnoidis: Foliis Myrti maioribus, firmis Ca-

cumine acuto pungentibus. Rami a Radice ſemipedales. Fructum fert alternis annis ſimilem Nuci: leniter mordentem in Lingua. & ipſe etiam in aſperis naſcens: uis huic: quæ Priori, ſucco: Radice: folio ſemine, niſi q; plus ille uomitorius eſt.

TITHYMALVS PARALIOS DCCLXXX

Ertium genus Tithymali paralius uocatur ſiue Tithymalis, ſiue Me-
t con. In maritimis naſcitur. Ramis palmum altis: ſubrubentibus qui-
nis ſeniſq; ab radice: folio circa eos in ordinem uerſuſq; condito: paruo contractiuſculoq; ac prælongo ut lini poſſit uideri. Capite in ſummis iis rotundo: ſemen complexo ut eruum colore uario. Florem album. Frutex totus & radix ſucco albo ſcatet: eodem uſu quo ſuperiora: ſeruandi quoq; ratione pari.

TITHYMALVS HELIOSCOPIOS DCCLXXXI

Vartum genus Helioſcopion appellant: Foliis portulacæ tenuioribus
q atq; rotundioribus: ſurculis ſtantibus a Radice quatuor aut quinq; te-
nuibus altitudine palmi rubentibus: albi ſucci plenis: Capite Anethi: ſemine ceu in capitulis. Gignitur maxime in ædificiorum ruinis & circa oppida: lactis & ſeminis colligendi præceptio eadem cuſtodienda eſt.

TITHYMALVS CYPARISSIAS DCCLXXXII

Vintum Cypariſſiam uocant: Caule palmi aut etiamnum ampliuſcu-
q lo: ſubrubente. Folia pinus: teneriora exilioraq; omnino ut Pinus no-
uella exiſtimari poſſit: de quo & nomen accepit: & hic ſucco albo manat: cui eadem uis: quæ prioribus.

TITHYMALVS DENDROIDES DCCLXXXIII

Extum Dendroides & Petrophyes cognominant. Naſcens in petris:
s opacans ſuperne in orbem atq; Comoſiſſimum: ſucci plenum: Ramis
ſubrubentibus: circa quos folia Myrti tenuioris: Semen characiæ. Et hic eodem modo reponitur eiuſdem effectus, cuius & cęteri.

TITHYMALVS PLATYPHYLLOS DCCLXXXIIII

Eptimum Platyphyllon uocant: ſimilem uerbaſco. Aquas radice uel la-
s cte, uel foliis detrahit per aluum. Tuſus & reſolutus aqua piſces necat.
quod & cum prędictis generibus commune habet.

PITYVSA DCCLXXXV

Ityuſam, Alii Clema & Crambion & Paralion & Canopicon uocant.
p Separatur ſola ſpecie a Tithymalo Cypariſſia, ob id eam in Tithymali generibus enumerant. Caulem habet maiuſculum cubito, geniculiſq; denſum: Foliis minutis exacutiſq; comprehenſum, tenuibus & ſimilibus piceæ. Flore paruo purpureo. Semen latum forma lenticulari. Radicem, quam appellant Turbet, albam craſſam & madidam ſucco. Quibuſdam locis amplitudo frutici eximia eſt. Purgantur per aluum radice denariis duobus in aqua mulſa pota. Semine uno, Lacte ligula collecto in catapotium farina. Folio tribus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0196-2 DFG

LATHYRIS DCCLXXXVI

l Athyris. Sunt qui & hanc Tithymalum nouerint. Caule cubitali, uacuo, crassitudine digiti. In summo eo sunt alæ. Folio in caule oblongo Amygdalę simili: Cęterum latiore, leuioręq;. Hoc in cacuminibus ramulorum proceriusculum est, quale in Aristolochia & Hedera longiore cernitur. A capite germinum fructus Loculamentis tribus ut Capparis rotundus: & semina in eo terna tuniculis Inuicem discreta, Orbiculata & maiora eruo. Purgantur hęc & candida: gustuq; dulcia eximuntur. Radice alba nullius usus. Frutici uniuerso abundantia succi adiuncta, ut Tithymalo. Granis huius septenis aut octonis ad Catapotia soluendæ aluo utimur. Hæc & mandi solent, & deuorari cum sicca ficu uel palmulis ut subinde hauriatur frigida. Trahit aquas: bilem: pituitam. Succus modo: quo de Tithymalo excipitur ad eosdem effectus: sicut & folia: quæ cum Gallinaceo aut Oleribus decoquantur.

PEPLOS DCCLXXXVII

p Eplos, quam aliqui Sycen, Alii Mecon Aphrodes uocant. Frutex est Lacte manans. Foliis paruis ut rutæ latioribus. Coma palmi circumacta in orbem: humi effusa. Semine sub foliis paruo, rotundo, minore q̃ candidi Papaueris. In hortis atq; inter Vites colligitur messibus: siccaturq; in umbra: sed ut identidem uersetur, semen quoq; reponitur perfusum aqua. Hoc poto acetabuli mensura in aquę mulsæ hemina: bilis & pituita detrahitur: obsoniis quidem ad turbandam aluum inspergitur: seruatur & Muria.

PEPLIS DCCLXXXVIII

p Eplis, Alii Andrachnen agriam hoc est Portulacã sylueſtrem. Hippocrates Peplion. Nascitur Iuxta mare. Frutex lacte obumbrans ambitu. Succi plenus candidi. Folio non multum a Satiua dissimili Orbiculato & Rubente auersis. Semine pepli modo sub foliis rotundo, gustu Feruenti. Radice alba, unica sine usu aliquo. Collecta reponitur: prębetur: sale inueteratur, ut Peplos pari potentia.

CHAMÆSYCE DCCLXXXIX

c Hamęsyce: quam alii Sycen, Alii Mecon Aphrodes cognominant. Ramos habet digitorum quaternum proiectos in terram, orbiculatos lentos. Folia peplo similia parua: tenuia, nihil se attollentia. Semen sub foliis rotundum ut pepli. Nunq̃ florens. Caule nullo. Radice tenui, superuacua. Ramis huius in Vinum comminutis, dolores uuluę in pesso appositis sedantur. Tollunt iidem tumores, uerrucas, formicasq; illiti. Manduntur cocti, ut aluum soluant. Succus ex his eadem prębet: priuatimq; ictibus Scorpionum inunctus resistit: Claritati oculorũ & contra caligines suffusiones incipientes: nubeculas cicatrices litus cum melle utilis est. In petrosis & aridis Nascitur.

SCAMONION DCCXC

s Camonian, Alii Scamonias Rhizan hoc est Scamonii Radicem, Alii Colophoniam, alii Dactylion. Romani Colophonium. Prophetæ Apopleumonos. Ægyptii Sanelum. Ramos habet multos ab una radice, tricubitos, pingues & aliquatenus pilosos. Folia quoq; hirsuta helxynę aut

hederæ molliora:triangula.Florem candidum,maleolentem:rotundnm & cauũ ceu Qualus. Radicem oblongam crassitudine Brachiali madidam. Colligitur succus Capite radicis detracto,& in modum testudinis cauerna incisa, ut in ipsam lachryma confluat:quæ deinde in mytulum excipitur.Quidam fornicem in terra fodiunt: & subiectis nucis Iuglandis,in quæ decidat foliis : succum effundi patiuntur:quem Inibi assiccatum demum tollunt.Laudatur translucidus, solutus:sine pondere, Taurini glutinis colore:prætenuibus fistulis: fungosus:qualis est qui e Mysia:quę in Asia est Inuehitur.Nec uero experimento illo solum niti oportet ut linguæ tactu albescat. Hoc euenit & adulterino : qui fit permixto Tithymali succo.Fidelior probatio a gustu: ne ualde linguam accendat : tithymalus enim uehementer excalfacit. Deterrimi e Syria Iudęaq; ponderosi : prędensiq;. Vitiantur tithymalo & farina erui. Datur ex aqua mulsa uel ex aqua per se Drachma ponderis aut quatuor Obolis ad Pituitam & bilem purgandam per aluum:ad quam tamen dumtaxat soluendam partes duę Denarii sextiui satisfacient grano sesamæ admixto aut semine alio.Sed si abundantius purgari libeat:succum obolis Tribus Elleborum nigrum duobus:aloen drachma una bibant.Medicamentum quoq; de succo huius,& sale purgationibus condentes in uiginti drachmas Lactis sex Cyathos salis addunt.portione uirium sumitur, ut maxima potio ligulis tribus: media duabus : minima singulis constet. Detrahere & radix solet:cum quibus dictum est rebus drachma una pota uel duabus.Aliqui eam coquentes dant bibere.Decoquitur in aceto hęc & cum farina ordeacea teritur coxendicibus illinendis. Succus in uellere applicatus Vuluę abortum grauidis facit. Tubera cum melle discutit aut oleo in aceto coctus lepris illinitur.Capiti cum aceto & rosaceo in longis doloribus infunditur.

CHAMÆLÆA DCCXCI

c Hamęlęan,Aliqui Chamęlęan melęnam hoc est Nigram. Alii Heraclion,alii Bdelyran, alii Coccum gnidium.Romani Cilibracam,Aliqui Oleaginem siue Oleastellum.Rami eius palmi altitudinem non excedunt. Ipse frutex Surculosus similitudinem foliorum oleę habet : quæ tamen tenuiora ei sunt & amara gustu mordacia ut fauces quoq; obulcerent:quibus potis pituita & bilis per aluum exigitur : pręsertim si in duabus partibus absinthii ex aqua mulsa in Catapotio deuorentur.Herba omnino In coctibilis.Redditur forma eadem : qua illata stomacho est. Foliis tritis impositis cum melle sordida ulcerum & margines purgantur.

THYMÆLÆA DCCXCII

t Hymęlęa:quã & Chamęlæan & Pyros Achnen & Cnestron & Cneoron uocant. Frutex est in quo Nascitur granum Gnidium, quod Syri apolinon, aliqui Linon appellant a similitudine Naturę : quam cum Lino satiuo habet.Rami tenues, speciosi:Cubitorum binum assurgunt.Ipsa similis Chamęlęę:foliis angustioribus,pinguioribus,gummosis: si mordeantur glutinosisq;.Flores albi & inter eos semen quale myrti exiguum rotundum initio uirescens. Postmodum rubens. Foris durum, nigrumq;. Intus albet. Detrahuntur eo per aluum biles:aquæ : pituitæ:si quis euiginti granis interiores nu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0198-4 DFG

cleos bibat. Vrit hoc fauces. Ideo cum farina polentaue deuorandum, aut acino Vuę inclusum: aut in melle decocto. in difficili Sudore cum nitro & aceto tritum inungitur. Folia eius quæ priuatim Cneoron uocantur, Messibus lecta & siccata in umbra seruantur. In usu Tunduntur uenis exemptis. Purgantur eo aquæ pastillis acetabulo ponderis cum mixto datis: si cui uero mitior placeat purgatio: insperſum Lenticulæ: quæ sit cocta & oleribus contusis insumitur. Reponuntur trita & in acorem Vuæ collecta in offellas diuiduntur. Ipsa herba inimica stomacho. Pecus quidem in utero uel admotu necat. Nascitur montibus solo gracili. Falluntur: qui granum Gnidium e chamælæa herba gigni autumant: similitudine foliorum decepti.

SABVCVS DCCXCIII

Cten, Alii Dendron arctu hoc est arborem Vrsi, Alii Acten hemeron.
a Romani Sabucum satiuam. Galli Scobien. Daci Seba. Duo eius genera. Vnum arboris specie fruticat. Virgis harundinum rotundis inanibus, proceris: Folio Triplici aut quadruplici per interualla nucis Iuglandis similitudine: graui odore: incisuris pluribus. Ramis siue Caulibus a Capite umbellas ferentibus: floris albi. Acinis terebinthi ex nigro purpureis Vuarum congerie: copioso succo uinosis.

EBVLVS DCCXCIIII

Abuci, Alterum genus Chamęacten uocant. Quidam Heliosactin: hoc
s est Sabucum palustrem, Alii Agriam acten, Alii Euboicen. Romani Ebulum. Galli ducone. Daci Olma. Iacet humi supradicto breuius, & herbaceo generi propius quadrato caule. Geniculatus hic est densis articulis. Folia ex interuallis circa nodulos expansa Amygdalæ similia: sed ambitu marginum serrato longioraq; Nauseosa. Capitulis Caulium: Floribus: Fructu qualia in priore. Radix longa digiti crassitudine. In utroq; natura ususq; pares. Exiccant: astringunt: refrigerant: aquas trahunt: stomacho aduersantur. Folia oleris more decocta eduntur ad pituitam bilemq; detrahendam. Caules eius incipientes ad eundem effectum in patinis coquuntur. Radicis in uino decoctæ usus hydropicos in uictu exinanit. Eodem modo pota Serpentium ictibus medetur. Vuluas insidentium decocto emollit & resoluit: uitiaq; earum quæcumq; corrigit. Acini eius in uino ad omnia eadem bibuntur. Tingunt & Capillum inuncti. Tenerrimis foliorum illitis cum polenta inflammationes, ambusta, Canis morsus placantur. Conglutinant & Vlcerum cauernas. Podagris cum Seuo Taurino, Caprinoue lita conferunt.

PYGNOCOMON DCCXCV

Ygnocomon foliis Erucæ similibus: asperis, crassioribus: Caule qua
P drangulo. Flore Ocimi. Semine Marrubii: Radice nigra: rotunda lutei coloris Parui mali effigie Terram olentis. Inuenitur in saxosis locis. Semen una Drachma Potum insomnia contrahit Tumultuosa & grauia. Tumores cum polenta illitum discutit. Sagittas & infixa Corpori extrahit. Foliis panos digerit & furunculos. Radix eius in aqua mulsa Drachmis duabus aluum & bilem extenuat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0199-2 DFG

APIOS DCCXCVI

Pios, Alii Ischada, Alii chamæbalanon, alii Rhaphanum montanum,
a alii Linozostis. Romani Radicem syluestrem. Punici Therphath Sodoe. Ramulos duos siue tres Iunceos spargit tenues: rubentes qui paulo se attollunt. Foliis rutę longioribus angustioribusq;. Semine paruo. Radice spondylii pirorum specie turbinata: tantum rotundiore succosa. Habet hæc extra cortices nigros: Intra candidum corpus. Radicis huius pars superior uomitione biles extrahit & pituitas inferior per aluum. Vtrinq; si tota simul sumatur. Hæc & in fictili aquæ mergitur tusa, & miscetur obiter: deiectoq;, quod supernatat: penna reliquus succus excipitur & siccatur: quem qui obolo & dimidio biberint utraq; parte purgantur.

COLOCYNTHIS DCCXCVII

Olocynthis, Alii Colocynthida ęgos hoc est cucurbitam caprinam,
c alii Syciam picram hoc est cucurbitam amaram, alii colocynthidem alexandriæ. Zoroastris Thymbram siue osta autogenes. Romani cucurbitam syluaticam. Daci Tutrastam. Ramuli huius & folia per terram sternuntur Cucumeri satiuo similia: diuisurisq; scissa: Fructu orbiculato dimidiati globi figura ingenti amaritudine. Legenda est cum mutare incipit colorem in pallidum ipsius. Fructus medullæ quatuor obolis purgat in aqua mulsa cum nitro & myrrha & decocto melle deuorata. Ipsę pilę aridę conteruntur & in aluum datæ clysteribus medentur: Ischiadi: paralysi: uitiis coli. Trahunt bilem pituitã strigmenta: interim sanguinem. Partus enecant appositu: repurgata & luto circũlita ut in aceto nitroq; sufferueat. Dolorem dentium colluit. Decoctum eiusdẽ in aqua mulsa uel passo refrigeratum sub diuo crassitudines & ramenta detrahit. Inimica stomacho admodum est. Subditur & sedi pro balano ad euocanda excrementa. Succus uirentis coxendicum arcebit dolores: si infricetur.

EPITHYMVM DCCXCVIII

Pithymum, Alii cedoes. Romani uocant Inuolucrum. Flos e thymo
e est duriore ac thymbræ simili. Capitula sunt tenuia & leuia codiculas habentia quasi crines. hoc poto cum melle pituita & bilis atra deiicitur: priuatimq; melancholicis datur: Inflationesq; sentientibus: ab acetabulo ad quatuor drachmas cum melle ac sale & aceti exiguo. Prouenit copiosissimum in Pamphilia Cappadociaq;.

ALYPON DCCXCIX

Lypon surculosa est herba sub rubens exilibus festucis: foliis minutis:
a plena floris nigri q̃ leuissimi. Radix non dissimilis Betę prętenuis succo acri madida. Semen Epithymi. Nascitur in maritimis africæ q̃ largissima: q̃q̃ & alibi quoq; plurima. Repelluntur semine per inferna biles atræ: mensura: qua Epithymum: cum aceto & sale.

EMPETRON DCCC

Mpetron, Alii Phacoides. Nascitur in montibus maritimis salsa: quo
e uero a mari longius recessit, magisq; terrena fuerit: eo amarior sentitur. sumit' i iure aliquo aut hydromelite. Pituitã inutilẽ trahit & bilẽ & aquã

Ampelos

AMPELOS AGRIA DCCCI

Mpelos agria hoc est uitis sylueſtris uocatur. Palmitibus longis ut Vi-
a tium lignoſis. Rimoſo cortice, Foliis Solani hortenſis latioribus: lon-
gioribus. Flore crinito, muſcoſo. Semine in uuis poſt maturitatem ru-
bente: acinis rotundis. Radix eius decocta in uino marina condito cyathis duo-
bus ex aqua humores alui ciet. Ideo hydropicis datur. uua eius uitia cutis & ma-
culas omnes in facie purgat. Huius quoq; Viticulæ incipientes muria in ci-
bos ſeruantur.

AMPELOS LEVCE DCCCII

Mpelos Leuce: hoc est uitis candida: quã aliqui Pſilothron & Bryoni-
a am & Ophioſtadhylon & Chelidonion & Melothron & Archezoſtin
ſiue Agroſtin: ſiue Cedroſtin appellauere. huius ſarmenta Pampini fo-
lio ſatiuę ſimilia erant: niſi eſſent hirſutiore. innectit ſe fruticibus. qui ſunt in pro
ximo Capreolis comprehendentibus. Fructum habet in racemis rubentem: quo
qui coria depſant: utuntur. huius caules: qui e radice initio ſimilitudine Aſpara-
gorum exeunt: cocti manduntur, urinæ aluoq; commouendæ. Folium ſemen & ra
dix exulcerant corpus. Chironiis: gangrenænis: phagedænis: tibiarumq; tediis
cum ſale illinuntur. Radix corpus erugat & tendit. Vitia cutis in facie, uaroſq;
& lenticulas cum Eruo & terra Chia: & Fenogræco emendat: Eodemq; modo ci
catricum nigritias tollit: Eademq; prestat decocta in oleo donec fatiſcat: mede-
tur & ſugillatis & digitorum pterygiis. Collectiones illita cum uino diſcutit. ſup
purationes maturat & purgat. oſſa infracta pulucre impoſito extrahit. Miſcetur
& ſeptis efficaciſſime. Datur potu & in comitialibus drachmę pondere quot die-
bus anno toto. Item attonitis: Et uertigine laborantibus eodem modo. Contra
uero ſerpentium uulnera denariis duobus bibitur. partus in utero interficit. Men
tem modice interim ſubturbat. partus morantes ſecundaſq; feminarum extrahit
appoſita: urinas ciet. Eclegma ex ea fit cum melle ſuſpirioſis: anelatoribus: tuſſi-
entibus & contra lateris dolores: ruptis conuulſis. lienem ternis obolis cum ace-
to triginta diebus conſumit. Illinitur ad eadem cum Fico. Decoctura eius inſidé-
tium uuluas repurgat: & abortiua eſt. Succus radicis exprimitur uere. pituitam
foras molitur. Semen pſoris & lepris inungitur & oblinitur. Ex eo ſuccus lactis
abundantiam facit coctus cum Tritico potuſq;.

AMPELOS MELÆNA DCCCIII

Mpelos Melęna. Et hanc alii Bryoniam & Chironiam uitem & Bucra
a nion dixere. Romani uuam Taminiam & uuam Tanutam & Vitem ni-
gram. Daci Priadelan, alii Pegrinã. Punici Lauothen. Folia eius & cau-
les ſimilitudinem hederæ habent q̃q̃ uerius Smilacis, maiora tamen. Et hęc arbo
res clauiculis ſcandit. Semen in uua acinis dependet. Initio herbaceum: poſtea ni
gricans. Radice foris atra: intus Buxei coloris. Caules huius germinationis pri-
mæ olerum uice manduntur: menſibus pellendis: urinę ciendę: lienibus minuen-
dis. In comitialibus: uertigine paralyſi cibo conueniunt. Radix idem prestat
quæ uitis albę minus efficax. Folia cum uino illita iumentorum ceruicibus: quæ
ulceratę ſint: medentur. Eadem luxatis pari modo circumligantur.

PTERIS DCCCIIII

Teris alii Pterion. alii Pterineon, alii Dasyclonon, alii Anasphoron, alii
p Blechnon siue Olachnō, alii Polyrizon, Prophetę Hermubain, Romani Filicem Fanariam. alii Laculam: alii Filicem, Ægyptii Sanguinem Asini hoc est Hæma Onu. Neq; caulem: neq; Florem habet. Nec semen. Folia mera sunt ex uno pediculo amplitudine cubitali oris incisis modo alarum expansa, odoreq; subgrauia. Radice in summa cute terræ nigra, oblonga Filices fundente complures, astrictiusculas gustu in montuosis & saxis. Radice pota quatuor drachmis in aqua mulsa tineas latas pellit. Melius cum Scamonii, aut Ellebori nigri obolis duobus, ut quibus datur: allium præsumant: lienem attenuat, Radix cum axungia potu & illitu uulneribus Sagitta factis est auxilio. probatissima talis est, ubi Arundo multa, Itemq; Pulegium multum coronet se peribit Filix.

THELYPTERIS DCCCV

Helypteris, alii Nymphęam Pterin. Folio Filicis. Est autem non singula
t ri pediculo ut illa: sed ramis pluribus, altioribusq; fruticans. radices longæ in obliquū multæ in flauo nigrantes. Aliquæ & rubentes. Hę quoq; in eclegmate eiiciunt tineas cum melle: sicut in uino drachmis tribus potæ lumbricos. sterilitatem feminis faciunt. grauidis: quę transgrediantur eas: abortum. Aridæ impersanabilibus: & iis quę in humido sunt ulceribus linuntur iumentorum quoq; ceruicibus. Folia eius: quę non pridem germinauerint: coquuntur cibo ut aluum emolliant.

POLYPODION DCCCVI

Olypodion, alii Scolopendron, alii Pterin, alii Polyrizon, Romani Fi
p liculam siue Filicularem: in petris nascens muscosis & sub truncis roborum sylueſtribus: palmi altitudine folio Filicis modice hirsuto & lateribus inciso: minus tamen tenuibus scissuris. Radix pilosa & acetabulis caua ceu Polyporum cirris: crassitudine digiti minimi. Intus coloris herbacei ex acerbo subdulcis purgandi habet naturam. Datur ad hoc cocta cum Gallinaceo uel Beta, uel pisce, uel Malua. Inspergitur arida in aquam mulsam: ut pituita bilisq; detrahatur. Eadem trita luxatis & rimis: quæ inter digitos fiunt: illinitur.

DRYOPTERIS DCCCVII

Ryopteris, alii Pterion, alii Nyphæam pterin. In muscosis partibus ue
d tustarum Quercuū nascitur Filici similis multo minoribus incisuris. radicibus per summa cespitum repentibus: hirsutis astricto gustu subdulcibus. Psilothrum hæc est: cum radicibus suis illita: donec euocet sudores: quibus comparentibus statim abluitur. Inuicemq; recens alia sublinitur.

GNECOS DCCCVIII

Nicos Folio exit procero: diuiso: scabro: aculeato: caulibus cubiti: qui
c bus in summis capitula Oliuę magnitudine. Flos Croci. Semen album & rubens angulosum, atq; longum: huius flore in obsoniis utuntur. Semen tunditur succo: qui ex aqua mulsa, uel Iure Gallinacei aluum trahit: sed stomacho est inutile. Faciunt & de succo eius coptaria (placentæ id genus est) molliendæ aluo Nitrum: Amygdalas & Anisum miscentes cum melle decocto: ante

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0202-9
DFG

cœnam ſumendum quatriduo: magnitudine Nucis iuglandis duabus tribusue globulis. Temperatur uero ad hunc modum. Accipis Cnici albi ſextarium & Amygdalæ Thaſię, quę toſta expurgataq; ſit, cyathos ternos: Aniſi tantundem, ut Cnici: Aphronitri drachmam. Ficuum ſiccarum. xxx. Interiorem carnem. Ex omnibus his medicamentum illud componis. Coagulatur & ſucco ſeminis lac efficacius ita uolentibus aluum aſtrictam reſoluere.

LINOZOSTIS DCCCIX

Inozoſtis Arren, alii Argyros, alii Aritrilis, alii Chryſitis, Ægyptii
l Aphlopho. alii Hermu Baſilion, Romani Herba Mercurialis maſcula ſiue Teſſeculata. Punici Aſumes. Folium habet Ocymi ad ſimilitudinem Helxines: ſed minus. ramulos geniculis binis alis multis denſiſq; cauos. Semen feminę copioſum modo uuæ acinis dependens. Mari iuxta folia exiguum, Rotundum ſemper geminum Teſticulorum modo annexum: Frutex latus palmi altitudine interdum & amplius creſcit. Ventri ſoluendo utrunq; genus decoquitur oleris modo. Bilis & humor alui detrahit' pota: in qua decoctæ ſunt: aqua. Feminę folia ſi bibantur trita & a purgatione apponantur genitalibus: uidentur Feminę concipi: ſin maris uirili ſexu partus exiſtere.

CYNIA DCCCX

Ynia ſiue Cynocrambe hoc eſt Braſſica canina, aliqui Linozoſtin maſ-
c culam ſylueſtrem. Punici Armae, alii Aſumes Labon. Cauliculum habet duum palmorum. Folia herbæ Mercurialis aut hederæ ſubcandida ex interuallis. Semine apud folia paruo rotundo. Caules huius & folia in olus condita cient aluum. Decoctur̃ę aqua Bilem humoreſq; trahit.

HELIOTROPION MAIVS DCCCXI

Eliotropion maius, alii Scorpiuron, alii Helioſtrophon: & Dialion: &
h Heliopoda & Scorpiocton & Seſamon agrion & Scorpiu Vram hoc eſt caudam Scorpionis. Scorpiuri nomen habet ab effigie animalis eius in flore ſicut Heliotropii ab eo qd' cum declinatione ſolis folio circumagitur, quod illi Ocimo ſimile tributum eſt: tametſi piloſius amplius & candidius. Ramulis ab ima radice ternis quaternis & quinis: & quorum ſinu alę complures exeunt. Flore a capitibus candido ſubrubente ceu caudę ſcorpionum inflexo. Radice tenui ſuperuacua, ſolo craſſo Naſcitur. huius quantum ſit faſciculus in aqua decoquitur ad pituitam: bilemq; detrahendam per aluum. Scorpionibus reſiſtit: ex uino potum, & illitum. Adalligatur & ad conceptus arcendos. Seminis grana quatuor hora una ante acceſſionem pota ex uino quartanis prodeſſe dicũtur. tria uero Tertianis. Semen illitum Verrucas Formicaſq; adimit. Thymos & Epinyctidas ſiccat. Folia Podagris: luxatis: Infantiũ diſtillationibus: quas Syriaſin uocant efficaciter illinuntur. Eadem trita pellendis menſibus & partubus admouet'

HELIOTROPION MINVS DCCCXII

Eliotropion Minus: quod alio nomine Scorpiuron uocatur. Euenit in
h paluſtribus, ſecundumq; Lacus Foliis ſupradicti rotundioribus. Semine quoq; orbiculato dependenteq; ut uerruca. Herbam & ſemen qui bibunt ex aqua cum Nitro Hyſopo Naſturtio, Tineas rotundas & latas eiiciunt.

cum sale impositum extrahit uerrucas.

SCORPIOIDES DCCCXIII

Corpioides Herbula est paucis foliis & paucis seminibus :quæ habet ad
s similitudinem Scorpionis Caudę. aduersus animal nominis sui illita
Summe prodest.

DIOSCORIDIS FINIT LIBER IIII

PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBENSIS DE MATERIA MEDICINÆ INCIPIT LIBER QVINTVS INTERPRETE HERMOLAO BARBARO PATRIARCHA AQVILEIENSI.

Vatuor Libris : quos huic præposuimus Amantissime Aree: De
Odoribus:Oleis:Vnguentis:Arboribus:Fructibus:Lachrymis:
q Aialibus:Melle:Lacte:Adipe:Cerealibus:Oleribus:Herbis: Radicib9,Liquamẽtis:Seminibus pfecta expositio ẽ.In hoc:q nobis
Vniuersi huius operis finem complectitur, Genera Vini & Metallica persequimur Auspicio protinus a Vite sumpto.

VITIS SATIVA DCCCXIIII

Itium, quæ Vinum ferant:Folio & Pampino capitis dolores tritis & il-
u litis Inflammationesq; stomachi leniuntur cum polenta. Folium per se
ardores eius impositum spissante ui refrigerat. Succus eorum Dysentericis potus medetur:Item sanguinem excreantibus & mulierum Defectionibus a conceptu.In eadem clauiculæ ipsę:quibus repunt uites: Dilutæ aqua potu prosunt.Lachryma uitium:quæ uelut Gummi concrescit in caudice pota euino calculos pellit:psoras:lichenas:& lepras Nitro ante præparatas sanat. Eadem cum oleo sæpius pilis illitus psilothri effectum habet:maximeq; sanies ea : quam sarmenta uiridis accensæ uitis exudant:qua & Formicæ corporis tolluntur.cinis sarmentorum uinaceorumq; condylomatis sedis:quæ detracta sint: Itemq; Thymi is medetur ex aceto:Item luxatis & a serpente percussis & lienis inflammationibus cum rosaceo & aceto & Ruta.

VITIS SYLVESTRIS DCCCXV

Abruscæ alterum genus Vuas suas ad maturitatem non perducit:sed ad
I florem tantum promouet dictum Oenanthen:altera perficit paruis aci
nis & nigra & astringentis naturæ Vis huic eadem : quę satiuæ Folio Capreolis & caulibus.

VVÆ DCCCXVI

Vę recentes aluum turbant, stomachum spiritu inflant.Innocentiores:
u quæ decerptę aliquandiu pependere. Qua uentilatione succo magna
parte coercito etiam stomacho euadunt & appetentiam afferunt.laudaturq; uel ęgris in cibo.at quæ in uinaceis: aut in doliis seruantur & os & stoma-

chum excitant:sistuntq; aluos:sed uesicam caputq; tentant.Sanguinem excrean tibus prosunt.similes his sunt:quæ in mustum conduntur:quæ uero in sappa uel passo fuere peiorem uim etiamnum habent ad stomachum infestandum.solent & cœlesti aqua seruari anteq̃ passæ fiant.ac minus quidem hæ iucundę sentiũtur exi litate succi uinosi:sed in febriũ siti:ardoribus,uetustateq; commendantur.

VINACEI DCCCXVII

Inacei per se inflammationi,duritię,inflationibus mammarum triti cũ
u sale utiles sun.decoctura eorum Dysenterici,cœliaci,& profluuia mu-
lierum iuuantur.potione insesione infusione.

NVCLEI ACINORVM DCCCXVIII

Velei acinorum astringendi uim obtinet:stomacho laudantur tosti triti
n q; in uicem polentę cœliacis:dysentericis stomacho dissolutis tradunt.

VVA PASSA DCCCXIX

Va passa spissandi habet effectum:sed candida maiorem.caro earum uti
u lis tussibus:arteriæ:renibus:uesicę:dysenteriis per se commanducata cũ
nucleis.ad pituitam oris siccandam cum farina Milii & Ordei atq; ouo fricta in Sartaginem melle addito commanducatur per se.item & cum pipere. te stium epiphoris cum lomento & cumini farina illinitur.sanat trita & carbuncu-los,epinyctidas,fauos:articulorum putredines gangrenas cum ruta nucleis exẽ ptis imposita.podagris cum succo panacis medetur.unguium mobilibus illita ue lociter eliberat.

VVA OENANTHE DCCCXX

Enanthe uitis est sylueſtris uua cum floret.legitur hæc & in fictili non pi
o cato componitur.siccatur uero in umbra prius substrato linteo atq; ita
Demum in cados conditur.laudatissima ex Syria, Cilicia, Phœnice astrictoria ui. proinde pota stomacho urinæq; utilis aluum eiectionesq; sangui-nis sistit.Eadem arida stomacho acescenti & contra fastidia eius illinitur. capitis Doloribus infusione cum aceto & rosaceo uirens & sicca pręsidium est.uulneri-bus protinus cruentis illita inflammari ea non patitur.ad Ægylopas quoq; inci pientes & ulcera in ore:uerendorumq; nomas cum melle:croco:myrrha & rosa-ceo teritur.Et in pessos contra sanguinis abundantias miscetur fluctionesq; ocu lorum.cum polenta uero imposita ex uino feruores stomachi restinguit. Eadem in testa carbonibus combusta medicamentis oculorum adiungitur. Probatur & ad Paronychia & ad pterygia & ad gingiuas recedentes a dentibus & cruentas ex melle.

OMPHACIVM DCCCXXI

Mphacium succus est uuæ acidæ,hoc est nondum maturæ, nigrescen-
o tisue:qui e uite fit Thasia, aut Aminea. Exprimenda est huius melli-
go ante Canis ortum insolandaq; rubro in ære:quod linteolo adoper-tũ sit:Donec penitus cõcrescat:decutiendo assidue in subiectũ liquorẽ quicquid a lateribus ambitu cohęrescit. noctu a subdiuo refertur in tectum: qm̃ decidens ros crassescere humores prohibet.optima erit colore fuluo:friabilis:spissans abũ de,mordensq; linguam.Fit & alio modo:cum succus decoquitur atq; ita densat. Sanat hic uitia tonsillarum & uuæ ulcera oris:gingiuas madentes:aurium puru-

lentas cum melle aut passo. Fistulas nomas & ulcera uetera cum aceto. clysteri-
bus infusum prodest dysentericis & contra mulierum profluuia. oculorum quoq;
claritati plurimum confert. scabritiæ genarum ulceribus angulorum. Datur ue
ro sanguinem expuentibus recenti uitio & quod ex rupto intus aliquo acciderit.
Frangere autem uehementiam eius aqua multa oportet & in usu exiguum præbe
ri: quoniam insigniter comburat. Vis succ o astrictoria omnino. prodest acor &
stomacho dissoluto aut cibos nõ perficiẽte. prẹgnãtibus defectis a cõceptu ileũq;
sentiẽtibus in pestilẽtia quoq; sorbitionum usu auxiliarem habere uim dicitur.

VINVM AN. DCCCXXII

Inum annosum neruis & sensibus cẹteris officiens q̃q̃ iocundum gustu,
u Damnatur Ægrotantibus: quibus aliquid affectum intus lacessitumue
sit. Innocens sano si modicum & dilutum sumatur. Nouitium inflat: dif-
ficile coquitur. somnos graues facit. urinas pellit. Media ætas & hoc & illud in-
commodum uitabit. Ideoq; ad ualitudinem utramq; pertinet.

VINI QVALITAS DCCCXXIII

Lbum uinum: læue: deiectu facile: stomachum excitat. Contra Nigrum
a pingue & peragi contumax est. Ebrietatem carnesq; alit. Rubrum ut co
lorem: ita & naturam inter illa mediam possedit. candidum utroq; statu
corpori salubrius est & differentia in sapore: Dulci crassitudo maior & expiratio
difficilior: stomacho spiritus facit: aluum & intestina musti modo turbat: sed par
cius inebriat: uesicẹ neruisq; prodest. Austerum urinas uehementius molitur. Te-
mulentiam & capitis dolores contrahit. Acerbum concoquendo cibo utilissi-
mum. Item aluo continendẹ. rheumatismisq; aliis. Quod uero lene, tenerum atq;
molle dicitur: minus infestat neruos: minusq; urinam ciet. Vinum marina aqua
factum inutile stomacho est. Sitim committit. neruis nocet; uentri facile: ab infir
mitate se colligentibus inimicum.

PASSVM ET VINVM PROTROPON SIVE CRETICVM SIVE PRAMNON DCCCXXIIII

Inum quod ex uuis a decerptu sole adustis aut diutius in uite prẹcoctis
u Exprimitur dulce: Creticum siue Protropon: siue Pramnion appellant:
item quod musto decocto fit, & Serium ab aliis Epsema & Sapa dicitur:
si nigra euadant: pinguia copiosiq; alimenti erunt. Si alba tenuiora. Si Heluola
uarianaq; mediam uim utriusq; naturæ ferent. omnibus tamen uis astringendi cõ
tinendiq; adiuncta m: Arteriæ Languidos ictus recreat: contra uenena omnia:
quæ ulcerando perimunt: pro Remedio est ex oleo potum, redditumq; uomitio-
nibus. Datur contra Meconium, Toxica, Lactis coagulationem, Cicutam, Re-
num, Vesicẹq; Rosiones atq; Morsus. Alioquin inflationem & uitium Stoma-
cho afferre solent. Nigrum priuatim fluctiones alui cohibet. Album molliendo
eam efficacius est q̃ cætera.

VINVM GYPSATVM DCCCXXV

Inum Gypsatum Neruos lacessit. Graue Capiti. Corpus accendit: ue-
u sicæ cõtrariũ est. Aduersus tamen uenena efficacissimũ esse prẹdicatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0206-3
DFG

VINVM PICATVM SIVE RESINATVM DCCCXXVI.

Inum picatum:Item resina,picea confectũ Excalfaciunt : concoquũt
u Cauenda excreantibus sanguinem.

VINVM PARACHYTON DCCCXXVII

Inum quod Parachyton uocatur : cui Sapa misceatur, Caput implet:
u inebriat:flatusq; colligit:& inutile stomacho est.

PHALERNVM DCCCXXVIII

Inum Phalernum:cuius prima Nobilitas uidetur, Nascitur in Italia.ue
u tustate admodũ sapit.Excitari eo uenas constat:& aluos liquidas astrin-
gi:stomachum iuuari:non prodesse tamen uesicę:obscuritatem oculo-
rum facere:polypos narium nutrire.

ALBANVM DCCCXXIX

Inum Albanum crassius q̃ phalernum. Dulce stomachum inflat: uen-
u trem mollit : concoctionem non perinde adiuuat:neruos minus lędit.
& huic austeritas uetustate quęritur.

CÆCVBVM DCCCXXX

Æcubum dulce callosius q̃ Albanum corpus alit.Colorem bonum fa-
c cit.Inutile concoctioni est.

SVRRENTINVM DCCCXXXI

Vrrentinum uehementer austerum est:Ideoq; Intestinorum & stomachi
s Rheumatismos compescit:minusq; caput tentat:quoniam tenuissimũ
sit.Inueteratum stomacho utilius & iucundius efficitur.

ADRIANVM DCCCXXXII

Drianum & mamertinum in Sicilia genitum æquali sunt crassitudine:
a mediocriter spissandi habent naturam:citoq; ueterascunt.Minus offen
dunt ea neruos propter tenuitatem.

PRÆTVTIVM DCCCXXXIII

Rętutium & ipsum e sinu Adriatico infertur odoratum ac tenue: Ideo
p securius bibentes inebriat & grauedinem capitis molitur : diuq; utrũq;
semel incidentibus custodit.

HISTRIANVM DCCCXXXIIII

h Istrianum prætutio simile ad urinam efficacius.

CHIVM DCCCXXXV

Hium inter omnia tenerrimum idemq; alibile poculentumq; est : par-
c cius inebriat:Fluxiones coercet in medicamenta oculorum miscetur.

LESBIVM DCCCXXXVI

l Esbium celerius per urinam transit:leuius chio.aluum mollit.

EPHESIVM DCCCXXXVII

c Vm hoc similitudo uirium ephesio est:quod phygeliten uocant.

MESSOGITES DCCCXXXVIII

Essogites ex Asia & Tmolo monte compertum est capitis dolores fa-
m cere.Neruis obest.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0207-9 DFG

VINVM IN COMMVNE DCCCXXXIX

Eliqua in commune dicentur. Vinum Meracum ſincerumq; omne:cui
r auſteritas ſponte naturæ contigit, excalfacere habet: facile digeritur.
ſtomachum recreat. appetentiam ciborum inuitat. Carnes alit. ſomnũ
conciliat.uires:coloremq; nutrit. Copioſiore hauſtu ualet contra Cicutas co-
riandrum:pharicum:uiſcum:ſpumam argenti:taxum:aconita:fungos: morſus
& uulnera ſerpentium & omnia quę refrigerando nocent, aut ſtomachum redun
dare faciant. Item contra inflationum conſuetudinem:præcordiorũq; roſiones
& quorũ ſtomachus flaceſcat, diſſolutuſq; ac infirmus ſit. Et ſi uẽter aut intera-
nea Rheumatiſmũ ſentiant. Sudatoribus & expaueſcẽtibus repẽte: Albũ maxi-
me inueteraſcens & odoratum & dulce. Item ueſicis & renibus. uulnera collectio
nes in humidis lanis mitigat impoſitum. Vtiliter & theriomata & phagedenę &
rheumatiſmi ulcerum fouentur uino. Sanis: quæ mare non habeant candida &
auſtera cõueniunt:in quem uſum auctoritas prima Italicis:phalerno:ſurrentino
Setino pluribus aliis: quę in Campania premũtur. Iam prętutiis ex mari ſupero.
Mamertinis e Sicilia. Inter Græca palmam tribuimus chio: leſbio: phygelite:
quod Epheſi naſcitur. Stomacho minus utile eſt inflanſq; pingue nigrũ, ſed cor
pora magis alit. Tenue & auſterum minus alit:magis ſtomachum iuuat. Admo-
dum uetus candidum tenue urinas ualidius proritat: tantoq; magis capita ten-
tat. Copioſius neruis infenſum. Nec in nouitate, nec in nimia uetuſtate ſalubria
ſunt ualentibus:ſed ętate media: quę Vinis a ſeptimo fere anno incipit: modus
dandi pro ętate ſua cuiq;:pro temporum ratione. pro bibendi conſuetudine. pro
uini uehementia decernitur. Optima diffinitio ut ſitienti demum bibatur ad de-
ſiderium modo redimendum, & uti cibus in ſicco ne ſit:ſed modice potu madeat.
Omnis Ebrietas pręſertim iugis, pernitioſa Corpori:quoniã nerui copioſo ui-
no diebus ſingulis obſeſſi manus dant, nihil ut ſit ex acutis periculis: quod alia
ęque res contrahat ac uinoſitas. Mediocri utiq; potu eius aliquot diebus maxi-
me aquam miſcentes iuuantur. Purgatis ita ſenſibus: extrahit enim ex alto quę-
cumq; ſenſibus impedimento ſunt: & meatus ratione imperſpicua & ſine mole-
ſtia reſoluit. Cęterum ſuperbibere oportet aquam:Ebrietatem quippe Occaſio-
ne aliqua ualitudinis accidentem frigida exemplo diſcutiet.

VINVM OMPACITES DCCCXL

Inum quod Omphacites uocatur priuatim in Leſbo fingitur. Vuę pau
u lo ante maturitatem decerptæ etiamq; num Semiacerbę per triduum,
aut quatriduum ſole torrentur:donec acini paſſi fiant: rugaſq; contra-
hant: Tum premuntur:dein Fictilibus Fideliis ſole inueterãtur. Cõſtringit hoc
& ſtomacho utile eſt cibos nõ coquenti, diſſoluteq; : defectionibus grauidarũ &
ileo. Placere incipit ab annis pluribus:nõ aliter idoneo poculentoue uſu eius.

VINVM DEVTERIA DCCCXLI

Ina quæ deuterias uocamus, alii potia. Fiunt hoc modo. In uinaceos e
u qbus cados muſti.xxx.expreſſeris:cadi aquę tres addunt. Tũ miſcet: cal
catur. Expreſſumq; ad tertias decoquit. Deide in ſingulos cõgios mo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0208-5 DFG

di huius:qui remansit:Sextarios salis binos coniicimus.acta hyeme decapulatur in fictilia.post annum utimur:quoniam breui exanimatur & superuacuum fit.Damus hoc ægris quibus Vini noxam timemus appetentia eorum sępenumero urgente:Item iis:qui a longa ualitudine se recolligunt.

VINVM ADYNAMON DCCCLXII

Odem usu erit quod uocant Adynamon . Mustum ęqua portione aquæ
e molliter ferueat leni carbone.Donec mensura excoquatur aquæ.Deinde
Refrigeratum picato uase conditur.alii marinæ ex alto petitę, Itemq; pluuiæ & mellis & musti omnium tantundem miscentes diffundunt, & in sole torrent quadraginta diebus.Anno post ad eosdem effectus promitur.

VINVM NIGRVM E LAMBRVSCA DCCCLXIII

It e Labrusca uinum nigrum constrictorium natura:Rheumatismis al-
f ui & stomachi bibendum & omnibus:quę spissari & comprimi utile sit.

VINVM MELITITES DCCCLXIIII

Inum cui Melitites nomen est: Datur in febri uetusta debilibus stoma-
u cho:Quoniam uentrem molliter lenit: Vrinas mouet:stomachum pur-
gat.item Articulario morbo, uitiis renum:capitis infirmitate laborantibus:Mulieribusq; uini Abstemiis:odoratũ enim & alibile est.Distat a mulso, qd̃ illud e uino austero ac uetere addentes exiguum mellis temperant.Hoc e musto. in quinq; congios austeri musti:congio mellis & salis cyatho inditis: Vas in quo id fiat, amplitudine capaci quęritur ut locus feruenti & obid intumescenti sufficiat.Salis modus quẽ diximus paulatim inspergit:donec bulliat. simul uero ferue re desiit:in Cados diffunditur. OENOMELI DCCCLXV

Enomeli hoc est Mulsum ex uino austero annoso & Melle q̃ optimo Vti
o lissimum fit.minus hoc inflat & uelociter sidit.inueteratum corpora au-
get.Media ętate aluum urinasq; soluit. supersumpto cibis noxia contra hitur.antecedens uero implet quidem, Sed auiditatem cibi commouet. Temperatur duobus cadis uini uno mellis adiuncto.Quidam ut compendium operæ faciant, Cum uino mel decoquunt: Deinde ita in fictiles lagenas diffundunt.alii parcentes impendio in sextarios musti feruentis sextarium mellis adiiciunt. cum deferbuit:decapulant:Ita conditum dulcedinem continet.

MELICRATON DCCCLXVI

Elicraton hoc ẽ mel mixtum & aqua mulsa uim habet:quam & mulsum.
m Decoquitur iis quorum aluos molliri libeat:quomodo & iis:qui uenena
tum aliquid hauserint.Salutare est oleo addito uomitiones mouẽdo. datur & corporis, animæq; exilibus decoctum.Itẽ in tussi pulmonũ uitiis, subitis timoribus. HYDROMELI DCCCLXVII

Omponitur & aliud genus aquę mulsę:quod proprie Hydromeli appel
c lant.hoc ętate media secũdarii uini, & eius quod Adynamõ uocauimus,
uicem implet recreandis ab ęgritudine longa uiribus. Proindeq; partẽ aliquam inflãmatã habentes innocẽtius utuntur eo:q̃ lora.inueteratę tamẽ usum feruorib9 strictisq; febribus dãnauere:sed stomacho laborãtib9 & defectę ciborũ auiditati & repẽtinis quoq; pauorib9 laudãt,id fiet hoc genere,i unã partẽ mellis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0209-2 DFG

duas aquę cœlestis diu seruatę insonatæq; mittemus. Alii Fontanam præferunt, & ad tertias decoquunt. Ita condentes.

APOMELI DCCCXLVIII

Vnt qui & temperatum aqua mel fauis elutis Inter genera hydromelitos Enumerent: & Apomeli appellent: Ita seruantes. Hoc autem Meracius confici præcipiunt. Alii etiam decoquunt: quale cibo ægrotantiũ improbamus: propter Cheranthemi hoc est Sandaracę siue Rhitaces uim: quæ in fauorum inanitatibus seposita large aquam imbuit.

AQVÆ IN COMMVNE DCCCXLIX

Quarum discrimina in cõmune difficilem habent tractatum: id quod & soli proprietate: per quod transit & cœli cõditione & sua cuiusq; corporatura prouenit: aliisq; rebus occasionibusq; non paucis. fere tamen saluberrima intelligitur: quę pura dulcisq; sit: & quę nullam omnino qualitatem recipiat: quæq; ne momento quidem Præcordiis insistat, sed molestia nulla transeat: nullam inflationem committens & quæ minime computrescat.

AQVA MARIS DCCCL

Qua Maris excalfacit. Natura ei acris & contraria stomacho: Aluum turbat: pituitam trahit: calefacta fotu euellit & discutit tumores. Neruorum affectibus medetur. Item pernionum uitio ante ulcera. Farinæ Ordeaceę malagmatis & emplastris discutientibus miscetur: Clysteribus quoq; in Exianitiones marinam infundunt tepefactam, ut in torminibus calidam. Pruritibus psoris lienum curationi: lendibus: mammis rigentibus fouendis probatur. Et liuentia reducit eadem ad colorem sufferuefacta & saccis imposita. Quin & ad Ictus uenenatos salutaris intelligitur, quotiens tremores algoremq; afferunt respersis: præsertimq; scorpionum, phalangiorum, & aspidum: si quis in calidam eam Crebro descendat: diuturnam corporis maciem cachexiam uocatam corriget. Eadem neruis quoq; utiles balneas prestabit. Aquam intercutem capitis dolores & aurium grauitatem feruentis uapor depellet. Repositæ uero q̃ sincerissimæ: Neuquid poculentæ in eas aquæ misceatur: nunq̃ putrescunt. Aliqui decoquunt eas primum: deinde sic inueterant. Dantur & purgationis causa per se & cum posca aut uino aut melle. Ad abolendam uero uredinem Ius gallinacei aut piscium post purgationem bibendum.

THALASSOMELI DCCCLI

Vrgat Magnifice & quod Thalassomeli appellauerunt æquis portionibus mellis: imbris: maris quę percollata uase picato condantur. Æstate canis ortum secuta in sole habenda. Quidam cum maris decocti partibus duabus unam mellis mergentes Fictilibus condunt. Hoc & mitius & blandius q̃ marina usu euadit.

ACETVM DCCCLII

Ceto refrigerandi & spissandi uis data: stomachum & appetentiam excitat: omnęq; abundantiam sanguinis potu insessioneq; repercutit. Cibis incoctũ rheumatismos alui reprimit. In uelleribus humidis aut in spongia Impositũ sanguinẽ uulnerũ inflãmatiõesq; inhibet. Procidẽtiã sedis & uuluę cõstituit. Gingiuas sanat abscedentes, & sanguinẽ manãtes & nomas. Prodest &

Ignibus ſacris:ulceribus quæ ſerpunt.Eodem Prerygia:lichenes.& lepræ curantur addito utiq; ſemper aliquo ex iis:quæ priuatim contra uitia ea pollent.ulcerum phagedænas:nomaſq; ſiſtit ſępius fouendo.in quem modum & ad podagras ſulfure adiecto utile eſt.Sugillata cum melle inunctum emendat.Capitis ardores cum roſaceo in ſpongia,uel lana ſuccida refrigerat:Iuuantur Hydropici tarditates ſoni tinnituſq; aurium ſuffitu feruentis .Eodem inſtillato & uermes earum necantur.pani tepefacto fouentur aut in ſpongia perfunduntur.pruritus arcentur. Serpentium ictibus a quibus Refrigeratio infertur . Calidum fotu remedio eſt. Frigidum uero aculeatis e quibus uredo ſequitur.Aduerſus uenenata omnia propinatur calidum uomitionibus redhibendum.pręſertim contra Meconicum Cicutam,ſanguinem conglobatum :lac in uentre concretum. Item ad Fungos ad uiſcum ad Taxum ſale adiecto:Hirundines hauſtas ſorbitione pellit. Tuſſim uetterem placat. Gargariſſatum diſtillationibus Faucium reſiſtit. Anginis, Vuæ procidenti:Dentium dolori colluitur.

OXYMELI DCCCLIII

Xymeli hoc eſt acetum mulſum.Temperatur aceti heminis.v.ſalis ma
o rini libra. Mellis.x.p.aquæ ſextariis.v. una coctis decies deferueſcente
Cortina:Deinde refrigeratis,elutriatiſq; atq; ita inueteratis.craſſitudines detrahit potum: Iſchiadicis,articularibus, morbis comitialibus prodeſt. Item contra ſerpentes:quos Sepas uocant:& contra Meconicum atq; Viſcum & Anginas Gargariſſatum.

OXALME DCCCLIIII

Xalmen aceto & ſale condunt.acetum ſalſum interprætantur.Foueri ea
o Nomas & putreſcentia proficiet. Canum quoq; morſum & ictus acu
leatos. In ſanguinis fluxione poſt exciſos calculos excalefactam obiter infundimus:Item in ſede procidua.Dyſentericis.ſentientibus Nomas clyſteribus iniicitur:ſed ita ut lac ſuper infundatur .Eadem poteſt ſorbtu gargariſſatuq; ſanguiſugas necare:Furfures & ulcuſcula capitis erumpentia diſcutere.

THYMOSALME DCCCLV

Hymoſalmen ueteres infirmis ſtomacho temperabant: Tres quatuor
t ue cyathos eius aqua calida diluentes dantesq; iis:Item articulario mor
bo & inflationem ſentientibus.Eadem & pituitas craſſas nigraſq; detrahebant.paratur hac forma.Thymi triti acetabulum ſalis tantundem: Exiguum polentæ:Rutę:Pulegii coniicito in fictile:Dein heminas aquę ſex.ſuperinfundito:Aceti dimidium heminæ.poſtremo ſubdiuum efferto circundatum linteolo.

ACETVM SCILLITICVM DCCCLVI

Cetum Scillinum ita facis : Scilla:quę ſit alba:deligitur:huius crudæ
a direptis duris & extrinſecus poſitis omnibus tenerā medietatem per
minutas partes Recidunt:& filo ſuſpendunt ex interuallo,ne ſe contingant Segmēta per dies.xl. In umbra donec aſſiccentur:deinde cum arida erunt, in aceti optimi.xii.ſextarios merguntur:ut diebus ſeptem patiaris eſſe ſub ſole obturatis diligenter uaſis.poſt eum numerum dierum ſcilla eximitur:calcatur:abiicitur,acetum ipſum eliquatur tranſfuditur:reponitur.Quidam. p.Scillę in ſex-

tarios aceti.v.demittunt. Alii repurgant quidem eas ut dixi tunicis: sed exarescere non permittunt: statimq; musteas ac recentes alias pari mensura coniiciunt in acetū & initio septimi mensis eximunt: hoc modo acrius & asperius illud conficiunt. Gingiuas labantes collutum astringit & firmat. Dentium mobiles sistit. Putrescentia in ore & odorem eius efficaciter reprehendit. Corroborat & Faucium callum iis qui studiosi uocis sunt: sorbitione ut sonus indidem contentus clarusq; reddatur. Prodest affectis stomacho: ciboſq; non coquentibus: Item comitialibus melancholicis: uertiginosis: lapide percussis: uuluarū strangulationibus: tumidis lienibus: uitio coxendicum: recolligendis corporibus: ualitudinem utiq; coloremq; meliorem prestat. Oculorum aciem obiter exacuit. Tarditatem quoq; aurium instillatione purgat, infusioneq;. Generatimq; ad omnia interanea laudatissimum: si non sit ulcus. Capitis doloribus: Neruis infirmis per singulos dies Ieiuno sorbēdū. Inter initia modice, processu copiosius paulatim modo crescente: idq; adusq; cyathū: q̄q̄ nō desunt: qui cyathos duos & eo amplius dari iubeant.

VINVM SCILLITICVM DCCCLVII

Inum Scilliticum facimus sic. Consectam quatenuissime sicut indicauimus Scillam tenemus in sole donec inarescat: mox tundimus libram & tenui Cribello cernimus: religatamq; in Linteolo solutiore in musti optimi recentis sextarios.xx. mergimus. A spatio autem Trimestri exempta Vinum transfundimus & obligato accurate dolio reponimus. Potest & scilla recens in eundem usum uenire: si concisa in taleolas ut rapa duplicato modo in uinum addatur. Quod quidem tum demum probabitur cum Solem quadraginta Dierum acceperit: Inueteratumq; ualde fuerit. Hoc & alio more temperant. Scillam ad tria. P. Cōminutam & superfluis omnibus uelamentis purgatam demittunt in metretam italicum uini excellentis uase oblito sex mensibus: postea excollatum elutriant ita condentes. Vtile cruditatibus & quorum in stomacho cibus corrumpitur aut reiicitur. Crassitudines uentris & stomachi deiicit. Laudatur splenicis male habitis hydropicis arcuatis: urinam egre reddentibus: torminosis: inflationibus: paralyticis & algoribus diuturnis. Vertiginibus & conuulsis & mensibus feminarum. Idem minime neruis contrarium. Inueterato utilitas maior. Cauendum in febribus: exulceratisq; intus.

VINVM TETHALASSOMENON DCCCLVIII

Ina mari Concinnantur pluribus modis. Alii Statim a uindemia mare admiscent. Alii sole prius uuas urunt: Ita Calcatis marinam inferunt. Quidam Vuas passas demum in cadis mari perfundunt: Deinde prælo subiiciunt: ita dulce perficientes. Quæ de iis generibus gustu austeriora existunt: si meliora desint: dantur in febri: uentrē subducunt, pura excreantibus medētur. Duritias alui discutiunt. Quęcumq; porro examinęis uuis fiunt: tentare caput dicuntur. Stomachum lędi iis: & spiritus contrahi certum.

VINVM FACTITIVM IN COME DCCCLIX

Ec uero inutile arbitramur huic historię futurū: studiosis huius subscribere uarias rationes quibus ad medicinam uina condi soleant: Non q̄ frequenti usu modo habeantur: aut q̄ magnopere necessaria putemus:

sed ne

Sed ne cui prætermissum aliquid indictumue hoc opere a nobis uideri possit: alio quin nonnulla statim eorum extra ostentationem sunt: & quę ipsi quoq; curiosita tis nostrę detractores promiscua & usitata esse confitendum habeāt. Qualia sunt quæ de cotoneis malis & piris & siliqua & baccis myrti constant.

VINVM CYDONITES DCCCLX

Omen uino Cydonites: alii Melites: sic facito. Mala cotonea semini
n bus exēptis concidito ut Rapum solet. In cadum musti calabrum duode cim librę satis erūt. Hæ triginta diebus finito macerētur: ab ea fine dif fundito atq; condito. astringendi habebit uim: stomacho proderit. dysentericos iuuabit. Iocinorum, renum, urinę difficultatibus feret prędidium.

VINVM MELOMELI DCCCLXI

Vo uero Melomeli & a quibusdam Cydonomeli dicitur, Constat
q malis cotoneis detracto Semine in copiosum mel coniectis ita ut inte gantur. Tenerum usu non nisi post annum: mulsi habens similitudinem Effectu rerum earum ex quibus componitur.

VINVM HYDROMELON DCCCLXII

T quod Hydromelon appellatur: ex Melomelite supradicto fingitur.
e Duabus partibus aquæ decoctæ insolatęq; sub ortum caniculæ. Huius quoq; natura eadem est.

OMPHACOMELI DCCCLXIII

Mphacomeli sic condunt: uuis districtis semi acerbis nec dum mutanti
o bus colorem in sole triduano habitis: mox expressis ad tres partes succi una optimi & despumati mellis addita. huic in sole cadis inueterato uis compri mendi refrigerandiq; est. Ideo laborantibus stomacho aluinisq; laudatur. usus an niculo non ante.

VINVM APITES OVITES MESPI LITES: CER ATITES DCCCLXIIII

Inum Apites Cidonitæ modo conditur: e piris quę non admodum ma
u tura sint. Eadem ratione fit e siliquis & Sorbo & Mespilo. astringūt om nia hæc: acerba gustu: amica stomacho: rehumatismos intus oēs repri munt.

VINVM OENANTHINVM DCCCLXV

It'e Labrusca hoc est uite sylueſtri: quod uocatur Oenanthinon. Flores
f eius cum optime olent: detracti arefiunt: Tum libris duabus in musti me tretam per dies. xxx. merguntur. Collatur hoc deinde, atq; ita reponit'. imbecillitatibus stomachi & reuocandis auiditatibus cibi cœliacis, dysentericis probatur.

VINVM RHOITES DCCCLXVI

Inum de malis granatis Rhoites nominatur: constat e punicis: quæ ma
u tura sint: & quibus lignosus nucleus absit: quæ Apyrena diximus uoca ri expresso acinis succo & reposito, siue ad partes tertias decocto. fluxi onibus interaneorum & Febribus solutis utile est. Stomacho etiam commenda bile: aluo citæ: urinis difficilibus.

VINVM RHODITES DCCCLXVII

Inum Rhodites hoc est Rosaceū. Rosis arentibus tusis libra una in lin
u teoloq; demissis in sextarios uicenos musti post mensem tertium percol

latur:transfunditur:conditur.stomacho & concoctionibus iuuandis:si non sit febris, post cibos imbibitur.idem in aluo madida & dysentericis datur.

RHODOMELI DCCCLXVIII

Liqui de succo rosarum & melle conficiunt:quod Rhodomeli appellāt:
a Arteriæ asperitatibus utile.

VINVM MYRTITES DCCCLXIX

Inum Myrtiten:qui facere uolunt.granis myrti nigris quę iam tū emar
u cuerint:confractis per fiscos liquamen exprimimus & diffundimus.quī dam in tertiam decoquunt:alii adurunt in sole baccas anteq̄ prematur: mox sextarios duos myrti baccarum quæ tusæ sint in aquæ tribus heminis totidemq; uini ueteris macerant: postea exprimentes & ita seruantes:abunde astrictoria ui & stomachū titubantē iuuāte:cuius & rheumatismos discutit & alui fluorē.exulcerata quoq; intus & omnē proluuiē emendat.capillum capitis nigrat.

VINVM MYRSINITES DCCCLXX

Iffert ab hoc quod Myrsinites uocatur.Ramalia nigræ myrti cum fo-
d liis suis & Baccis.x.libris tusa in tribus congiis musti deferuere faciunt: donec duo aut semis supersit. Eliquatum subinde lagunculis reponitur ad manantia in capite ulcera.Furfures, eruptiones, gingiuas tonsillas aurium pura:sudationes.

VINVM SCHININON DCCCLXXI

u Inū Schininō siue lentiscinū pari forma qua supradictū mox: cōponiē.

VINVM TEREBINTHINVM DCCCLXXII

Ino quoq;, qd' Terebinthinū uocāt fingēdo similis ratio.capiūtur rami
u Fructibus suis. Natura huic & ante significato:spissandi & Stomachū excitandi:Fluxionesq; eius:interaneorum:uesicę:abundantias sanguinis inhibendi.ulceribus quidem fluidis omnibus ad cicatricem trahendam fouētur,sedis & uuluę:rheumatismos insessione constituunt.

VINVM PHOENICITES SIVE PALMEVM DCCCLXXIII

Inum Palmeum quod & Phœniciten uocant, Paratur hoc exēplo e Pal-
u mis.maturas ex iis:quas uocant Chydæa shoc est fusaneas in seriola cōponito:quæ fundum pertusum habeat communitoq; os harundinibus picatis. Foramine obturato lino:tribus aquæ congiis in sextarios uiginti datis: aut si dulce id esse admodum:non libeat:congios quinos aquæ infundis:nec ante decimum diem uase aperto.postea linteum & harundinem fundo eximis:& Vinū quod indidem pingue ac dulce profluit:cadis exceptum reponis: Iocundum gustu:sed dolores capitis facit.Rheumatismos quidem propter astringendi uim cohibet:eoq; stomachicis:cœliacis:sanguinem excreantibus prodest. Aliqui tantundem aquæ iterato adiiciunt:Idq; tertium quartum:quintumq; faciunt: quod Demum acescit.

VINVM CATORCHITES SIVE SYCITES DCCCLXXIIII

Inum Catorchites siue ut alii nominant Scycites in Cypro ut palmeū
u fit.Differentia una qd' pro aqua tantundem diluti uinaceorum: qui nouissime sint expressi:adhibent.In hoc aridæ ficus leguntur: quas Cheli-

donias ſiue Phœniceas uocant.Nigræ autem ſunt & modo quo palmas diximus immerguntur.poſt dies.x.liquor excipitur iterumq; & tertio eadem uinaceorum aqua portione ſimili perfunditur pariterq; per interualla quarto & quinto:quod & acidum fit.Eoq; aceti uice utuntur.tenue hoc euadit:inflationi & ſtomacho inutile.Faſtidium gignit cibos appetendi:ſed aluo:urinæ.menſibus facile. Dapſilē quoq; copiam lactis inuehit:ſed ſanguinem uitiat.Elephantiaſq; gignit,ut Zytum Peluſiacum:Quidam laguncula ſs fictiles ſenas eius:ſextariis.x.Salis inueterant:alii Salſilaginis lagena:Quod ita paratum ſit,uitiari negant: uentri ſoluendo idoneum fore promittentes:alii Thymum & Feniculum fundo ſubſternunt. Deinde Ficus diſponunt:idq; alterius ſtatuminibus: Donec ad fauces uaſis ſeries & Vices illæ perueniant.

VINVM SYCOMORITES DCCCLXXV

X Fico item Ægyptia faciendi uini ratio eadē cōſtat : Idq; Acetum exit
e pręcellens aſperitate;inualidis ſcilicet uiribus ad cuſtodiendā Liquoris dulcedinē.

VINVM RETHINITES DCCCLXXVI

Inum Rethinites.uulgare prouinciis omnibus eſt.Reſina muſtum con-
u dere:ſed frequentiſſimum Galatię:Quoniam uina ei fere aceſcunt: uuis propter cœli algorem nunq̄ maturaeſcentibus:niſi Reſina larigna medicentur.Tunditur cum cortice Reſina & in ſingulas fictiles lagunculas dimidium heminæ confunditur:Sed alii:ubi deferbuit eximunt reſinam & percollant: Alii Reſinam relinquunt.inueterata hęc efficiuntur iocunda:ſed caput infeſtant.Dolores & Vertigines ciendo:coctionem utiq; urinaſq; adiuuant. Diſtillationibus & tuſſibus medentur:cœliacos:dyſentericos:aquas intercutes: affluentias feminarum coercent.in alto exulceratis infuſione pręſidimu afferunt:in hoc genere id quod nigrum eſt:magis conſtringit,q̄ album.

VINVM STROBILITES DCCCLXXVII

Inum Strobilites ſic fit.Nuclei Pinei recentes muſto merguntur:inde ui
u num exprimitur:præſtans ea:quæ Reſinatum.aut ſi nuclei muſto madidi etiam ſint decocti.utile tabeſcentibus abundanter potum.

E CEDRO:CVPRESSO:LAVRO:PICEA: IVNIPERO:ABIETE DCCCLXXVIII

Ina e Cedro:Iunipero:Cupreſſo:Picea:Lauro:Abiete peraguntur ad eū
u dem modum.ligna nouiſſime cęſa:cum fructus emittitur:aſſulatim cōminuunt & in ſole aut igni aut balnearum tepore continent:ut ſimul ac deſudarint in congium uini libram eorum addant & rutabulo peragitent: Nec ante menſes duos loco moueant.poſtea elutriantes,in ſolemq; conferentes reponunt.uaſa,quod ſemel dictum ſit,in uino fictitio ad fauces uſq; ſunt implēda:quoniam relicta inanitate uertitur in acetum.uina medicata inimica ualentibus ſunt. Excalfaciunt omnia hæc : urinaſq; pellunt.aluum uero ſupprimūt.Laurinum impenſius excalfacit.ſolet & e fructu maioris Cedri ſelibra eius tuſa in congium muſti diebus quadraginta in ſole contineri:poſtea eliquari.Decapulatumq; ita condi.Nam & quod ex Baccis Iuniperi conſtituitur: Cedritæ appellato effectibus ſimile eſt.De Cedrite mox dicemus.

VINVM CEDRITES DCCCLXXIX

Inum Cedrites ita conflatur.cedriam aqua dulci perfundimus & singu-
u' las fidelias uno cyatho colluimus.ita musto uasa complentur.excalfa-
ctoria & huic natura:extenuatoriaq;.tussibus diutinis bibitur : si absint
febres.uitia pectoris, laterumq;:item tormina:ulcera in aluo & interaneis discu-
tit.Excreationibus purulentis:mulieribus uuluę causariis:hydropicis: animali-
bus uentris:horroribus:bestiarumq; ictibus medetur: Serpentes necat : Aurium
Dolores instillatum Sanat.

VINVM PISSITES DCCCLXXX

Inum Pissites constat Pice liquida, & musto ipsa Pix lauatur ante ma-
u ri aut salsugine diutius, quoad candida existat & mare purum effluat.
Deinde madescit aqua dulci & in octo congios musti uncia eius sextans
ue additur.ita sinunt inferueat & consistat :postea transferunt.usus ei excalface-
re:concoquere:abstergere ac purgare.incōmoda pectoris tollere.alui:iocinorum
lienis:uuluæ.dum Febris non sit:curare.longinquis fluxionibus occurrere.ulce-
ribus profundis: Tussibus:tarditati concoctionum:inflationi:Suspiriis prodes-
se.luxata utiq; melius in lana humida imposito eo redire in artus existimantur.

VINVM ABSINTHITES DCCCLXXXI

Ini:quod Absinthiten dicūt:uaria compositio est.aliis in.xxxx.Et octo
u' sextariis musti e cadis italicis: libram Absinthii Pontici decoquenti-
bus:ad Tertias:Deinde aceti sextarios octo & selibram scoparum Ab-
sinthii probe miscentibus:mox diffundentibus & ubi constiterit:collantibus.ali
is Absinthii tusi. p. Per linteum solutum in singulos cados indentibus: Deinde
mustum cadi mensura infundentibus:non ante menses duos uasę mutando.Qui-
dam Absinthii uncias ternas:Quaternasue Nardi Syriaci;Cynamomi:Casiæ:
Iunci rotundi:Calami odorati.Palmæ:Abietis:singulorum uncias binas in me-
tretam musti deiiciunt: Tundendo ea mortariis obligandoq;. Post spatium uero
Bimestre, aut Trimestre collo emissum Transfundunt & seruant.aliqui in metre-
tam musti coniiciunt:Nardi Gallici quatuordecim Denarios & Absinthi.xxxx.
Nonnulli sextariis uicenis musti libram Absinthii madefaciunt: Sextantemq;
miscent Resinæ Piceę:quæ sit arida:& post dies decem eliquatum diffundunt.
Proficit stomacho, urinę, sero deiicientibus cibum:iocinori, arcuatis:Renibus:
stomacho laboranti : nec cibos appetēti:aut si præcordia diu tenta fuerint.item
aduersus inflationes:tineas rotundas: Tarditatem mensium. contra uiscum quo
q; sumi præcipitur q̄ largissimum obiterq; reddi uomitionibus.

VINVM HYSSOPITES DCCCLXXXII

Inum Hyssopites e Cilicio Hyssopo laudatissimū: Fit quomodo Absin
u thites libra tusi cum foliis in cadum musti coniecta Inuolucro rari lin-
teoli cum pondusculo ut sidat.post dies uero.xxxx.collatur:atq; trans-
fertur.Salutare ad uitia pectoris:laterum:pulmonis:tusses antiquas:suspiria:uri
nas;tormina:febrium frigora:quæ reciprocent,feminas purgat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0216-9
DFG

VINVM CHAMÆDRYTES DCCCLXXXIII

Inum Chamædrytes:ex herba Trixagine fit ut Hyſſopites. Calefacit
u diſſoluit.conuulſionibus: morbo regio:inflationibus uuluæ:conco-
ctionibus tardis:hydropicis incipiētib9 cōuenit.Inueteratū melius eua
dit.

VINVM STOECHADITES DCCCLXXXIIII

Inum Stoechaditen in ſenos congios libra Stoechadis condiunt. hoc
u craſſitudines:flatuſq; diſcutit.Dolores lateris & neruorū, Itē pfrictio-
nes recurat.comitialibus cū Pyretro & Sagapeno efficaciter damus.

ACETVM STOECHADITES DCCCLXXXV

Cetum quoq; de Stoechade faciunt:ad ea:quę diximus macerantes in
a aceto herbam modo quo expoſitum eſt.in eadem utile.

VINVM CESTRITES DCCCLXXXVI

Inum Ceſtrites e Betonica herba:quam Ceſtron Pſychotrophon uoca-
u uimus fit.carpitur maturo turgida ſemine:ſimulq; cum ramis ſuis libra
in congios uini duos confertur:poſt ſeptimum menſem eximitur. Vinū
in lagenas confunditur.multas habet utilitates ad uitia: quę intus ſentiūtur tāq̄
& frutex ipſe per ſe.hoc & in omni alio ficticio indicatum ſit.Proinde qui natu-
ras rerum:ex quibus quæq; fiunt:cognouerit:Futurum eſt ut poteſtates etiam eo-
rum:quæ de iis conſtant:facile perſpectas & exploratas habeat: ſed quod genera
liter dixerim, uinum carentibus febre dandum. Ex Betonica faciunt & Acetum:
quo aduerſus morbos eoſdem utimur.

VINVM TRAGORIGANITES DCCCLXXXVII

Duinum Tragoriganiten Quatuor drachmas Tragorigani herbæ in
a ſextarios quatuor muſti demittunt:pręligatas in linteolo menſibus tri-
bus:poſtea in aliud uas depletum inueterāt ad tormina:inflationes:rup
ta:conuulſa:laterum dolores:ſpiritus diſcurrentes:concoctionem difficilem.

VINVM BVNIONITES DCCCLXXXVIII

Ino Bunionitę tundimus napos drachmis duabus in quatuor muſti he-
u minas.cætera ſuperioribus ſimilia.utile ſtomacho laborantibus. Item
ab armorum equitatuſq; laſſitudine.

VINVM DICTAMNITES DCCCLXXXIX

Inum Dictamnites ſic fit:Denarius Dictamni octo heminis muſti perlui
u tur.Faſtidia ſtomachi eleuat.ſecundas menſeſq; trahit.

VINVM PRASIITES DCCCLXXXX

Inum Praſiites e Marrubio ſtatu eius uegetiſſimo foliorū ſextariis qua-
u tuor in metretam muſti ſuffriatis.reliqua cum prioribus ſunt paria. con
fert ad deſideria pectoris & ad quęcunq; Marrubium.

VINVM THYMITES DCCCLXXXXI

Inum Thymites hoc modo.tunditur Thymum & cribro excuſſum un-
u ciis centum mergitur in linteolo ſingulis muſti cadis.Cibum ægre per-
ficientibus, appetentiæ in cibis inter mortuæ, Neruorum & pręcordio-
rum doloribus prodeſt.Item aduerſus Hybernos algores & ictus aculeatos, e qui
bus Refrigeratio & Eroſio proueniat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0217-4 DFG

VINVM THYMBRITES DCCCLXXXXII

Inum Thymbrites ſimili modo & effectu:quo Thymites e ſatureia eſt.

VINVM ORIGANITES DCCCLXXXXIII

Inum Origaniten ex Cunila Gallinacea faciunt eadem Forma & Natu
u ra:qua Thymitē. CALAMINTHITES:GLECHONI-
TES:ABROTONITES DCCCLXXXXIIII

Ina Calaminthites:Glechonites:Abrotonites:e Calamintha : Pulegio
u & Abrotono ratione:qua Thymites e Thymo . Bibuntur ſtomachicis.
interſtinctis auiditatibus:& morbo regio:quia pellunt urinas.

VINVM CONYZITES DCCCLXXXXV

Inum Conyzites e Cunilagine fit eodem modo.inter Vina efficaciſ-
u ſimum contra ſerpentes.

VINVM AROMATITES DCCCLXXXXVI

Inum Aromatites e Palma fit & Aſpalatho & calamo Odorato & Nar-
u do celtico omnibus tritis ſingulorum ſextariis duobus paſſo maceratis
Deinde in offas grandiuſculas coactis: Demumq; in muſti auſteri ſexta-
rios duodenos deſectis obturato.xxxx. Diebus uaſe:Quibus exactis diffunditur
eliquatum & conditur.Apud alios calami Drachmis octo Phu drachmis . vii.
Nardi ſyriaci drachmis.vi.Caſſiæ octo.croci.iiii.Amomi.v.Aſari.iiii .Omni-
bus perfriatis & in linteolo in metretam Vini deiectis:hoc feruere permittunt:
inde tranſfundunt.uitia pectotis:laterum:pulmonis:urinę difficultates:horro-
res & menſium moras corrigit.Datur & per niuem ituris & qui craſſitudines ſub
inde pariunt:bibendum.Eodem colorem quoq; meliorem præſtari conſtat:ſom-
numq; allici.ueſicæ dolores & renum per quietem leniri.

VINVM AROMATITES ALIVD DCCCLXXXXVII

T illud genus uini factitium eſt:quod eodem nomine Aromatiten uo-
e cant.ad Diſtillationes Pituitæ:cruditates: Tuſſes: inflationes ſtomachi
Diſſolutiones utile.Quod ſic componitur.Myrrhæ Denarios.ii. Pipe-
ris candidi.i.Iridis.vi.Aniſi.iii.Fortiter ſuffriant:Deligantq; in linteolo: & ſexta
riis Senis uini diluunt.poſt tertium Diem effundunt.inambulaſſe oportet: anteq̄
bibatur.Æquum eſt meraca potione cyathum dari.

VINVM NECTARITES DCCCLXXXXVIII

Inum Nectarites ab Helenio habet nomen:quam alii Medicam, alii
u Symphitin,alii Phlomon Idęam,alii Horeſtion,alii Nectarion uocant
Radice huius ſicca fit ponderis quinq; denariorum in congios mu-
ſti ſex addita ſimiliter in linteo . Deinde a Menſibus tribus diffunditur . Valebit
adStomachum:Pectus:Vrinas.

VINVM NARDITES DCCCLXXXXIX

Inum Nardites conficitur Nardo Syriaca & Gallica & Malabathro
u utriuſq; ſingulorum ſelibris in congios muſti binos coniectis . hoc poſt
duos mēſes ꝑcolāt. Vini huius cyathū trib⁹ aquę miſceri ſat eſt.renib⁹
morbo regio.iocinorib⁹,urinę difficili,diſcolorib⁹ ſtomacho laborātib⁹ ꝓpetit.
alii Acori unciā unā:aut duas nardi gallici tris in cados muſti ſingulos decernūt.

VINVM ASARITES DCCCC

Inum Asarites. Vnciæ Asari tres musti heminæ duodecim quæruntur.
u Cętera ut in reliquis. Vrinam laxabit. Hydropicis conueniet: suffusis
felle: Iocinorum & coxendicum morbis.

VINVM EX SYLVESTRI NARDO DCCCCI

Ardo quoq; syluestri coalescit Vinum. Radicem eius Recentem con-
n tritam & cribratam ponderis unciarum octo macerant in musti cōgio
duobus mēsibus Epaticis, stillicidiis urinæ, inflationibus, stomachicis.

VINVM DAVCITES DCCCCII

Inum Daucites. Gallicę pastinacæ Radicem curiose tundimus & ex ea
u Semissem in Cadum musti similiter damus. Abinde transfundimus in
difficultates pectoris, uuluę, præcordiorumq;. Deuocat & menstrua.
Ructus mouet urinasq;. Tussibus, conuulsis, ruptis medetur.

VINVM ELELISPHACITES DCCCCIII

Inum Elelisphacites & Saluiatum uocatur: Saluię unciis octonis am-
u phoram uini condimus: Neruorum, uesicæ, laterum morbis, Sanguinē
reddentibus, Tussibus, itē ad rupta, incussa, conuulsa, menses astrictos.

VINVM PANACITES DCCCCIIII

Inum Panacites. Panacis uncię octo in congium musti deduntur, mox
u translato ut cętera. Vsus ad conuulsa Rupta, defracta, Orthopnoeas.
Digerit crassitudines lienis. Bibitur & Torminibus & propter Ischia-
das & seris perfectionibus cibi, mensibus, partubus trahendis, aquæ intercuti, a
Serpente percussis.

VINVM ACORITES ET GLY-
CYRRHIZITES DCCCCV

Omina uinis acorites & Glycyrrhizites: Ex acoro illud fit. Hoc e Ra-
n dice, quę dulcis uocatur. Vtriusq; uncias octo in congiis sex demittunt
tribus mēsibus cōsudēt: ita elutriantes. Conferūt lateri, pectori, urinę.

VINVM SELENITES SIVE APIATVM DCCCCVI

Inum Selenites ex apii semine Recenti cum tempestiuum est cribrato.
u Vncias nouē linteolo inclusas musti cado mergimus: appetentiā exci-
tat: stomacho & urina uexatis opitulatur, halitū quoq; oris cōmendās.

VINVM MARATHRITES: ANETHI-
TES: PETROSELENITES DCCCCVII

Ina Marathrites & Anethites & Petroselinites ex feniculo, anetho, pe-
u troselino coagmentantur similiter eosdemq; usus præstant.

VINVM HALOSANTHITES DCCCCVIII

Olet & de Salis flore uinum componi purgationis causa efficacius etiā
s num q̄ mari conditum: sed guttur Renesq; lędit item uesicas, & stoma-
chum: eoq; & ualentium & ęgrotantium usu damnant.

VINVM PHTHORION DCCCCIX

Inum Phthorion dictum q̄ abortus committat partusq; perimat: Ve-
u ratro aut anguino Cucumere, aut Scamonea circa uites satis: Ita uin-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0219-8 DFG

demiis naturam earum rerum in se trahentibus: Vinum noxę quam diximus pre mitur: antecessisse uomitiones debent Ieiunæ: Deinde Cyathi octo diluti eius præberi.

VINVM CHAMÆLAITES DCCCCX

Inum chamælaites fit e chamælæa herba cum floret. Ramos & folium u perfriando cernendoq; in congium musti decem Denariorum pondere addito: nec ante menses duos uase relicto: post transfunditur. Suffusos aqua epaticos lassitudinē sentientes: purgationē a partu difficilem corrigit.

VINVM CHAMÆPITYITES DCCCCXI

u Inum Chamæpityites eodē modo & natura exit ex abiga, urinas pellit.

VINVM MANDRAGORITES DCCCCXII

Inum Mandragoriten ita construis. Cortex radicis exciditur & selibra u in cadum musti suspenditur. Post tertium Mensem diffunditur. Media potio dimidium heminæ: sed ante q̄ sumatur prægustandum est passum portione dupla. Heminam eius additam in congium uini aiunt somnum & uertigines facere. Cyathum uero in sextarium coniectæ mortem quoq; repræsentare. Moderato utiq; usu molestias transmittit quiete allecta: distillationes pituitę tenuioris ad crassitudinē reuocat: in quod olfactorio infusione potuq; utile est.

VINVM HELLEBORITES DCCCCXIII

Inum Helleborites. In cōgium musti marina aqua facti Veratrū nigrū u duodecim denariis perterunt in linteolo candido conuoluentes: postea cum bullierit: transfundunt: & in congios maris quindenos, quatuordenosue suffriant. Post aliquot dies collo emittunt in lagenas. Vtuntur ad aluum soluendam Cyatho cum aqua: sed e balneis uomitionibus a Cœna præcedentibus. Apud alios Veratri drachmæ. xx. Lentisci. xii. Spicæ Syriacę. xiii. Incernuntur: & in Linteo deligata heminis uini Coi quatuordecim macerantur. xxxx. Diebus. Deinde percolati huius Semi heminam propinant. Aliqui cado musti Marinam ex alto Sumptam decoctamq; sextariis. xii. Helleborum candidum. P. i. Semis In dies ,xi. confundunt: deinde sacco effusum usibus promunt. Est & illa forma. xii. Drachmas ueratri. iiii. Aphronitri. duodecim heminis musti quindecim diebus pati combibant. Mox eliquato post sex menses uti. Facit abortum Infantibus. Non deest & alius modus uuas sole Tostas in cadum musti congerunt. (Cum cadum hoc est metretam dico: decem congios intelligo) Gypsum drachmis uigenis addentes, ut biduum consudent. In hoc Veratri nigri drachmas. xxx. Totidem Lentisci. Totidem Calami: Iuniperi Semissem choenicis & quadrantem. Myrrhę atq; croci utriusq; drachmam in linteo quadraginta diebus suspendunt. Ab eo tempore in lagenas excollant. Hoc tribus heminis aut duabus ministrant dilutum. Purgat a partu & abortu feminas. Extrahit uero infantes, uuluarumq; desideriis & strangulatibus succurrit.

VINVM SCAMONITES DCCCCXIIII

Inum Scamonites e Radice Scamonii quindecim Denariis messibus u effossa & congio musti uno. In quo usu trita in linteum triginta dies Relinquitur. Aluum trahit, bilemq;, ac pituitam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0220-9 DFG

CADMIA DCCCCXV

Admia e Cypri fornacibus optima: quę botryitis cognominatur. De
c bet esse densa: mediocriter ponderosa: magisq; uergens ad leuitatem
Specie Racemosa, collore fauillarum extra: Intus cinereo ęrugineoq;.
Proxima bonitas foris ceruleę, intus albenti & onychitæ uenis simili. Tales e ue
nis metallorum ueteribus fodiuntur. Tertia est quę dicitur placodes cingenti-
bus maculis uaria & ab eo argumento a quibusdam Zonitis appellata. Aliud ge
nus ostracitis uocatur: gracilis, nigra cute, terrosa siue testacea. Deterrimam om
nium candidam putant. Oculorum medicamentis prima & secunda cōueniunt.
In emplastra cęterę & ad sicca medicamenta utiliores, & ad Cicatrices traben-
das: In quę maxime prodest Cypria. Damnāt e Macedonia, Thracia: Hispania-
q; inuectas. Cadmię effectus spissare: caua explere: sordida purgare. Humores ex
ulceribus manantes siccare, margines ducere, carnium excrescentes arcere, sicut
ea: quę cacoethe appellantur, cicatricibus includere: Fit autem cadmia ex ęre in
caminos coniecto: fuligine flammis egesta: fornaciumq; Cameris ac Lateribus
adhęrescente. Ipsas uero fornaces ferreas capacissimasq; construūt Acestidas ab
ipsis uocatas coeuntibus culmis ad continendum ea: quæ illuc ex ęre ignium ui
sublata ueniant. Hęc magis magisq; in horas superuentu iugi se agglomerant
atq; concorporant, Ita modo una eius species, modo duę, modo cunctę gene-
rantur. Sed e pyrite item Lapide cremato, quem in Cypro monte solis imminen
te reperiunt, Cadmiam officinæ faciunt. In eodem uero monte inueniuntur ceu
uenę quędam & cingula Mysios Sorios Chalcitios: Melanterię cerulei chryso-
collę chalcanthi Diphrygeos. Quidam tradunt in metallis etiam lapideis cad-
miam nasci, similitudine Lapidis cuiusdam per q̄ proxima decepti: qualis apud
Cumas inuentus est, qui nullo usu medicinam instruunt. Deprehenduntur autem
omnes, q̄ minus ponderosi q̄ cadmia sunt, q̄q; nulla peregrini gustus offensio-
ne commanducantur. Sed dentibus stuporem tantum afferunt. Admota uero
linguæ cadmia commanducari nullo modo potest. Est & alia distinctio q̄ Cad-
mia in acetum distrita & siccata in sole coit: quod non euenit in Lapide. Interest
& illud q̄ Lapis tritus & in ignem impositus resilit. Fumumq; ignibus similem
attollit. Cadmia pertinaciter desistit: uaporemq; luteum & ærosum baltei uersi-
coloris modo reddit. Est & ibi discrimen q̄ Lapis flammatus ubi refrixit colo-
rem demutat: minusq; pendit. Cadmia neutro modo euariat, nisi quis eam conti
nuis diebus usserit. Ac fit quidem cadmia etiam in argenti fornacibus candidior
ac minus ponderosa: sed nequaq̄ comparanda ęrariæ. Iterum a medicis Cadmia
comburitur carbone cōdita: atq; ubi cœperit conspici, ampullasq; facere, ut fer
ri Scoria extinguitur uino Amineo: quę ad emplastra præparatur: quæ uero ad
psoras aceto. Quidam ita decoctam & in uino pertritam in ollis crudis urunt se-
cundo donec cocta pumicis modo fistulet. Rursum in uino terunt: & tertio de-
coquunt: Donec perfecte redeat in Cinerem, & nulla scabritia supersit: hac spo-
dii uice utuntur. Lauant in Mortario tritam, mutantq; aquas, Identidem quo-
addum nullę sordes compareant: Fluanturq; omnes Nubeculę: Ita in offas de-
psita reponitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0221-5 DFG

POMPHOLYX ET SPODION DCCCCXVI

Pompholyx & Spodios ſpecie tantum diſtant. Nullum diſcrimen in genere habent. Spodios nigrior: ponderoſiorq; eſt parte plurima feſtucarum & capillorum & terræ plena: tanq̃ purgamentum quoddã & euerritio fornacium. Pompholyx contra pinguis & candida inuenitur tam leuis ut poſſit efflari. Huius duo genera ſunt. Alterum Aeri ſimile, leuiter oleoſum: Alteri candor inſignis & leuitas. Candida porro fit Pompholyx. Si cum æs coquitur aut perficitur, operarii Cadmiam tritam crebro inſpergant & congerant: quod quidem fieri aſſueuit: quotiens meliorem Cadmiam facere collibeat. Nam Fuligo: quæ inde candidiſſima ſuſtollitur: in Pompholygem ſe cõuertit. Non ſolum uero ex ęre uſto Pompholyges creantur & conualeſcunt: ſed e cadmia quoq; ipſa per ſe follibus flata hoc modo. In domuncula: quę duplex tectum habeat: Fornacem duplici quoq; Tecto exædificant: deinde culmen fornacis extimum atq; ſummum excidunt modice: apertura ſupernis partibus commiſſa. Tum paries ipſe: qui proximus eſt fornaci: foramini tenui confoditur ad ipſum uſq;. Prę furnium uidelicet ut conceptaculum ſit flatibus. adiiciunt Feneſtellam breuem quidem illam: ſed in qua egreſſurus & ingreſſurus miniſter ſine incommodo uerſari poſſit huic Domui cellulam cõnectunt: in qua folles & flator munus ſuũ obeat. Omnibus paratis carbones in fornacem coniectos accendunt. Tum qui operi aſſiſtunt Cadmiam ſpargunt probe comminutam e locis qui ſuper caput infurnibuli pateſcunt. Idem facit e plano alius ſub manu obiter Congerendo prunas atq; ſumminiſtrando: uſq; dum abſoluatur Modus omnis: quẽ initio ſtatuiſſent. Abſumpta igitur materia omni: ut quicq; leuiſſimum atq; tenuiſſimũ in ea fuit: Ita in ſuperiorem Domum ſe contulit, circa parieteſq; ac camerę curuaturã uidebitur hęſiſſe, Corpulentior natura: quæ partium acceſſione craſſiorum coaluit: Initio bullantiũ aquarũ modo ampullis extuberat. Sed proceſſu Copia creſcente glomuſculis uellerũ ſimilis efficitur. At quę ponderoſiſſima omniũ eſt, in ſolo conſidit: circunfunditq; ſe partim fornacibus: partim pauimentis Domunculę. Quod quidem & deterrimũ genus exiſtimatur: propter uim terroſam & immunditiarum ſqualorẽ: quas contrahi uerrendo eam colligendoq; oportet. Quidam hoc uno tantum modo ſpondion ſupradictam exiſtere putarunt. Præfertur omnibus Cypria: quę aceto cõfuſa odorem & halitum ęris pręſtet: coloremq; picis modice referat: & ſi tangatur lingua: ſaporem coeni horridum pręſentet. Eadem in carbone ardenti compoſita: ſi non ſit mutata: colore accepto ęris: ſupernatat. Omnia hęc quaſi decretaria & certiſſima ſincerę ſigna ſunt: ſtudioſeq; ſpectanẽ. Quoniã fraus in una ea multiplex cõmittitur. Alii Glutine Taurino: Alii Agninis: Alii marinis Pulmonibus. Alii groſſulis crematis & ſimilibus pleriſq; uitiant. Sed diſcerniculum in promptu: quia ubi adulterium erit: nullum experimentum ex iis: quæ prodidimus: ſequetur. Dantur & ſua Pompholygis lauandæ pręcepta. Ergo hanc in linteolo candido mediocriter ſoluto acceptam ſiue Arentem ſiue Aqua Madidam in Catillo aquæ cœleſtis mergimus: eamq; iactatu Crebro lintei, nunc huc nunc illuc diſtracti probe colluimus. Ita enim Collatitię partes eius & ſapidę tranſibunt. Fecoſæ uero & cenulentæ manſita-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0222-1 DFG

bunt: Mox tempore dato ut ſidat: aquam ipſam & cinerem decollare opus eſt. Deinde aquà ſæpius mutata cõtribulataq; linteis effundimus: idq; tam diu quoad harenulę deſinant ſubcerni. Poſtremum aqua ſeparata puluerem ſiccatum recõdimus: Deinde quod effluxit: innatans uaſi & ſpumoſum mytulis obiter excipimus: & in teſtam nouam referimus. Quod autem conſedit, molliter & ocioſe tollimus, & in altera capide ſeponimus. Recrementa: quæ fundo hęſerunt: harenacea relinquimus. Iterum ſubſidere patiuntur terroſa. Mox in aliud uas nitidũ excollamus: & hoc ſæpe donec purum exarenatumq; cernatur. Alii protinus collectum uti eſt cum ſordibus ſuis totus: aquæ paulatim reſperſum cõmittunt rati harenas & lapidoſam in eo naturam nutu ſuo & pondere deſcenſuram ad ima uaſis: pilos uero & Floccos: cæteraq; id genus leuitate ſua in ſublime abitura. Ita ſincerum nobis exemptum iri puluerem: qui ſponte ſua mediam regionem occupaturus in ipſo uaſe ſit: lauari quoq; in mortario ut cadmiam iubentes: ſed uino chio mari facto: magis enim aſtrictorium euadere ita q̃ aqua elutum. Pompholygi natura denſandi refrigerandi: explendi: purgandi: conglutinandi: & quadantenus ſiccandi. Eadem leuiter incruſtat. Si uero torrere libeat: frianda prius erit in aqua & in orbiculos diuidenda: qui fictili nouo componantur. Tum hoc in tenui & leui carbone collocato: paſtillos ſępius uerſari oportebit: donec rubẽtes ſicciq; reddantur. Illud noſcendum, ſpodion, & in auri & in argenti fornacibus fieri & optimam de plumbo utiq; poſt cypriam.

ANTISPODION DCCCCXVII

Voniam uero multa quoq; alia ſunt: quæ uicem ſpodii ſatis impleant,
q adeo ut interim quoq; uincant effectibus: Neceſſarium eſt, & quę nam ſint ea: & qua ratione in eum uſum accõmodentur: oſtendere. Igitur folia myrti cum floribus ſuis & baccis etiamnum uiridibus immaturiſq; uruntur fornace in ollã crudã coniecta operculo Argilla circũlito, quod ei foraminibus crebris confoſſum eſſe debet: continẽturq; ita donec figlina percoquatur. Mox in Fictile nouum tranſferunt, & fornaci reddunt. Et ubi eodem modo percoctum eſt, Eximunt, lauant utuntur. Eadem ratio & in thaleis oliuę urendis ſeruabitur. Cęterum ex oleaſtro quęruntur maxime. Sin deſint: ſuccedunt ex olea ſatiua cũ floribus defractę. Veniunt & cotonea mala in eundem uſum conciſa, exoſſataq; item gallæ, tantundem quoq; faciunt ex craſſis linteis, item ex moris immaturis id eſt candidis & in ſole uſq; ad Ariditatẽ ſiccatis. Taurini quoq; glutinis & uellerum humidorum ſcabrorũq; cinerem probant quæ pice prius melleue perfuderint. Omnia hęc ut ſimiliter polleant ſpodio a medicis ſunt inuenta.

ÆS VSTVM DCCCCXVIII

Es crematum probatur quod rubens fit. Quodq; ſpeciem minii attritu
a referat. Nigritia in eo argumentum eſt plus iuſto exuſti. E nauium clauis diſſolutarum paratur. Componuntur ii fictilibus crudis ſulfure & Sale aſperſi æquo pondere, uicibuſq; obliti. Exinde uas operculo incluſum & figulari luto circũlitũ mittitur in caminos donec percoquatur. Quidam ſulfuris loco atq; ſalis alumine ſtatuminant. Apud nõnullos clauus ſine Sale ac Sulfure

in olla cōtinuis diebus uritur. Sunt qui ſulfur tantum adhibeāt. Sed quod ita fit: oppletur fuligine atro. Aliis claui alumine ſciſſili ſulfure acetoq; additis perunguntur: & in cruda olla torrentur. Adſunt & qui æneo in uaſe aceto eos perfundant. Ita demum urentes: quo facto iterum perfundunt: atq; hoc in tertiam uicē tuentur. Mox reponunt. Cōmendatiſſimum: quod Ægyptii concremant apud Memphin. Proximum e fornacibus Cypri. Aſtringit, exiccat: comprimit: attenuat: extrahit: purgat ulcera & cicatricibus cludit. Offenſantia oculos diſcutit: excreſcentias conſumit. Paſcentia ulcerum ſiſtit: Vomitiones ciet ex aqua mulſa potum, linctūue, aut poſtremo inunctum. Lauatur ut cadmia quater die aquis mutatis, donec ſplendor omnis aboleatur.

SCORIA ÆRIS DCCCCXIX

TRecrementum ęris ſcoriam uocatum ſimili modo lauāt: eodem effe
e ctu: ſed minore q̄ æs.

FLOS ÆRIS DCCCCXX

Lorē Æris quē aliqui ueterū clauorū pſegma hoc eſt Reſegmē uocant,
f Optimū fatētur: qui ſit friabilis & colore ruffo cū teritur Milii forma, breuē, pōderoſumq; & modice explēdeſcētē guſtu ſpiſſante. p̄tęrea ſine ſcobe ęris, qua fere adulterat. Depræhēdit dētibus: qm̄ Scobs frēdētiū cōpreſſu dilatatur. Flos æris in officinis ęrariis fit iā liquato ære & in cortinas ſuas p̄ colla fiſtularum pertinentium effuſo. Pręminiſtri uero: quibus coinquinamēta eius ſecernere ſtudium eſt: ſinceriſſimam aquam ſuperinfundunt, Refrigerandi quidem illi propoſito. Sed ęs ſubito illo algore denſatum atq; contractum uelut expuit: erumpitq; illud: quod appellari florem diximus: & huic natura ſtringendi reprimendiq; carnium ſuperflua. Caligines oculorum exterit ui efficaciter mordaci: Craſſitudines egerit quatuor obolis datus. Vitia nariū carnoſa detrahit. Papulas ſedis in uino cohibet. Ad grauitates auriū diutinas cādidus teritur. Per ſiphunculoſq; in eas flatu impellitur: uuam quoq; ac Tōſillas cum melle applicatus coercet.

SQVAMA ÆRIS DCCCCXXI

Quama æris duplici genere habetur. Alterum ex Cypriis clauis decuſ-
s ſæ: quę craſſior & melior eſt: Elitis dicta hoc eſt clauaris. Alterum ex ęre promiſcuo alboq; deraſę: quę deterior tenuis infirmaq; eſt: pindeq; improbata. Pinguis & Ruffa pręfertur, & quę aceto ſparſa contrahat ęruginem. Spiſſandi & cohibēdi habet uim. Nomas arcendi ui ſeptica, cicatrices trahendi. Pota ex melle mixto excernit aquas, quidam cum polline illinunt: deuorandumq; ita præbent. Additur & in medicinas, quę ad oculos pręparātur. Fluctiones enim eorum deſiccat, & ſcabritiem genarum collęuat. Lauantur uero ſquamæ hoc modo. Arefactas purgant: ſelibrāq; aqua perlucida in mortario ſoluentes manu ſedulo contribulant, donec ſubſidat ſquama. Tū exempto ſedimine, ſimul quoq; aqua eiecta cyathum cœleſtis effundunt, manuſq; latitudine in mortario ualide confricant, ceu reſiccantes extergenteſq; protinus uero q̄ emittere quēdam lentorem cœperint. Tum paulatim aquam infundunt uſq; ad cyathos ſenos, identidemq; perfricant, & exceptam manibus ſquamam lateribus mortarii fortiter elidunt, atteruntq;. Poſtea exprimitur & quod indidem effluxit, con-

fertur

fertur in pixidem rubri æris.hoc ita curatum uelut flos est squamæ pollens effecti bus præcipuumq; ad collyria oculorum.Reliqua portio uiribus imbecilla est.qd' autem remansit lauatur ut supra emungiturq; assidue, q̃ diu lẽtorẽ illũ desinat excernere.reliquũ adoperiũt linteo;nec ante biduũ mutãt.tũ uero innatãtẽ aquã eximũt:siccatũq; in pixidẽ cõdunt.alii & hanc lauant ut cadmiam & reponunt.

SQVAMA ALTERA HOC EST STOMOMA DCCCCXXII

Quamæ porro est alterum genus quod uocant Stomoma, ingenio su-
s pradictę, lotura quoq; similis:quod eodem modo custodiunt, utiq; aluo purgandę.squama ęris efficacior q̃ stomoma est.

ÆRVGO RASILIS DCCCCXXIII

Ruginem rasilem facies pluribus modis.primo in cadum aut aliud simi
æ le uas acetum peracre fundes: subinde in eo uas ęreũ locabis:si fieri potest, cõcameratum:sin minus planum:quod quidem & probe extersum et sine aliquo spiramento sit requiritur. Decimo die operculum cado eximes & ęruginem decuties.alius modus est ut squamam ex eodem ære in cado super acetum suspendas ita, ne cõtingat.totidemq; post dies corradas. alii uinaceis recentibus & acescentibus massam ęris, aut squamam contegunt unam pluresue, ac similiter operantur:aliqui delimatam æris scobem, aut recisamenta æris coronarii: quibus lemnisci & aurea folia circũdatis dependent, aceto spargunt, uersantq; spathis ter aut quater die:donec in ærugiuem absumpta conuertaãur. tradunt ęruginem eandem fieri & in cypriorum metallis:tum ex lapidibus quibusdam e quibus æs coquitur:tum uero ex quodam specu stillantem ęstuosissimis diebus ortu canicularum.priorem pauxillam & optimam censeri : quoniam lapidoso admodum sit coalitu.Adulterant uero æruginem aliis multis:sed pręcipue secuturis. Quidã enim pumice, alii marmore:alii atramento sutorio.Experimentum eius: quę pumice aut marmore sit mutata.pollicem sinistrę aqua madefacimus & cum altero partem acceptam æruginis atterimus.Quicquid in ea sinceri continebitur :remollescet:diffundetq; sese.pumicis strigmenta itemq; marmoris rigebunt:neq; subigi patientur:& si diutius affrices:neq; desit aspergo: prodentur etiamnum candore.Deprehenduntur & dente.nam quæ uitiata non sit:ocius moletur : dabitq; manus:neq; stridebit asperitas in frendẽdo:quod pumicata faciet, marmorataq;. atramẽtum uero coarguetur ignibus.Ærugo enim in batillum ferreũ aut testam cineris feruentis:itemq; in carbones collata: quæ mixta atramento sit rubescet: quoniam atramentum colorem cum naturæ suę proprietate refert cum uritur.

ÆRVGO SCOLECIA DCCCCXXIIII

Ruginis uero eius.quam Scoleca & Scoleciam : quasi uermem aut uer-
æ miculatam uocauimus, Duplex ratio habetur.altera enim fossilis est.altera ingenii:quam ita pręparant.in mortario cyprii ęris pistillum ex eadem materia conditum habente confundunt aceti albi & asperi dimidium hemine:teruntq; sedulo:quatenus tenerescat & strigmenti modo coeat. tum aluminis rotundi denarium & salis fossilis perlucidi, aut marini:qui candidissimus firmusq; sit;tantundem:sin nitri par pondus coniiciunt in acetum:fricantq; in sole

non nisi calidissimis circa ortum canem diebus q̃diu colorem ęruginis capiat. Hoc est uiridis & lentosa lubricitas fiat. Deinde in uermiculos Rhodiacis similes diuidunt ac recondunt. efficacior & colore pręstantior redditur: si duæ partes q̃ fuere aceti: urinæ pueri misceãtur. In cæteris ratio eadem obseruetur. Quidam æruginem quæ ab sua perfectione deciderit: in Gũmi rasile additam digerunt in pastillos ut ueneat. Sed talis prętereunda est: quoniam praua.

ÆRVGO AVRIFICVM DCCCCXXV

h Abent & fusores auri suam æruginem: temperantes eam mortario & pistillo cyprii æris & urina pueri impubis auro ferruminando & agglutinando necessariam. Omnes ęrugines proportione respondent ęri combusto: nisi qđ uiribus superant. illud scire oportet scoleciam fossilem omnibus p̃ferri: proxime rasilem. ultimo loco esse, quam parari arte docuimus: q̃q̃ mordendo astringẽdoq; plus habet uiriũ tertia q̃ priores. aurificũ ęrugo quę & Sãterna dicitur utilitate qua rasilis cẽsetur. ratio æruginis in medicina spissare: calfacere, cicatrices oculorum exterere: attenuareq;, lachrymas trahere. Nomas arcere. uulnera ne inflammentur placare: cum oleo uero & cera cicatrices ulceribus obducere. decocta in melle callos & sordida ulcerum purgat. cum Hammoniaco in fistulas pro collyrio adacta ipsas & callum earum corrodit. prodest & ad pustulas gingiuarum: extuberationesq;: genarum quoq; uitia nauiter extenuat: si cum melle inungatur: sed protinus abluenda erit pennicillis ex aqua feruenti. Eadem in resinam terebinthinam cum ære uel nitro collecta lepras tollit.

ÆRVGO VSTA DCCCCXXVI

æ Rugo quam uri collibeat: in partes frangitur minutissimas & in sartagine fictili carbone ardẽti rudiculis uersatur: donec mutare incipiat & colorẽ accipere quasi cineris & fauillæ. ab eo refrigerat̃ & cõdit̃ ꝓmenda cũ poscit̃. alii in fictilibus crudis urũt ut supra. nec tñ eũdẽ colorẽ usq; quaq; reddit cremata.

ÆRVGO FERRI DCCCCXXVII

f Erri ęrugo id est rubigo astringit. affluentiis mulierum resistit: potu quidem conceptum feminis prohibet: cum aceto illita ignibus sacris & pustulis medetur. utuntur & contra paronychia digitorum & reduuias & ad scabritias genarum & condylomata efficaciter: gingiuas quoq; stabilit podagras illita mitigat. alopecias pilare cogit.

FERRVM DCCCCXXVIII

f Errum accensum igni deinde uino restinctum uel aqua. potu cœliacis cõuenit dysentericis: splenicis: cholericis: stomacho dissoluto.

SCORIA FERRI DCCCCXXVIIII

s Coria ferri potest quę rubigo eius. Minor effectu: peculiariter aduersus Aconitum cum aceto mulso datur bibenda.

PLVMBVM ELVTVM DCCCCXXX

l Otura plumbo ita quęritur. in mortariis plũbeis pistillo plumbeo addita aqua teritur: donec nigrescat: lutulentaq; fiat. aut crassescat. postea per linteolum excollatur aqua continuo affusa: ut quicquid solutum est ex eo facilius effluat: Idq; sæpius dum satis esse lauãtibus uideatur. tum quod elu-

tum est:plumbum ut considat:relinquitur.mox aqua priore fusa: nouam immittunt, lauantq;, ut cadmiam:donec nigritia non supernatet. Tum in pastillos coctum reponitur. Quidam scobem plumbi puri lima quæsitam in mortario lapideo terunt pistillo lapideo, aut etiam manibus cum aqua sub manum paulisper infundentes quæ nigratur. Hanc ut sidat relictam effundunt statimq; diuidũt in pastillos. Nã quod diutius fricatur:cerussæ fit simile.aliqui plumbo limato molibdęnam hoc est plumbaginem modice admiscent, meliorescere arbitrantes quod ita sit elutum.potest refrigerare:astringere:glutinare:mollire. Item contra inanitates fluitionesq; oculorum:& ulcerum excrescentia:Eodem inhiberi & sanguinẽ constat.ad sedis ulcera:condylomata:hæmorrohidas, cum rosaceo efficax probatur. Item ad uulnera quę cicatricem difficile contrahant. In uniuersumq; ad omnia:quibus utile Spodium est.pręterq̃ qđ ulcera non marginat.

PLVMBVM SINCERVM ET CREMATVM DCCCCXXXI

Plumbum sincerum scorpionis marini & draconis ictibus confricatum medetur. Est & plumbo usus ad hunc modum cremato. In minutissimas laminas defectum noua patina componitur: Deinde oblinitur sulfure: mox recisamenta plumbi alia superponuntur: & iterum sulfur inspergitur: alterno uidelicet instratu:donec patina tota impleatur:Deinde succenditur:simulq; inflammatum est, uersatur rude ferrea, q̃diu perfecte mutetur in cinerem: nihilq; interueniat e plumbi natura non exustum:ac munienda quidem erunt in eo opere foramina:quoniam alitus plumbi noxius sentiatur & pestilens.alii elimatam plumbi scobem cum sulfure in patinis coquunt.alii Brateas pusillas in fictili crudo ut dictum est urunt in caminis aut super craticulas ponentes operculo quidem lutato:sed rimula spiraminis modici relicta.aliqui cerussam miscent pro sulfure aut ordeum. Quidam sinceras squamas aceto mersas in igne habent uersantes ualide uericulis ferreis usq; dum liquor incinerescat. Est autem coctio hęc perdifficilis, diutiusq; ita exustum plumbum colorem trahit spumę argenti simillimum.prima ratio urendi nobis probatur. Tum lauari oportet ut cadmiam:Deinde seruari. Eosdemq; effectus habet:quos plumbum elutum:sed acriores.

SCORIA PLVMBI DCCCCXXXII

Scoria plumbi optima:quę speciem habet Cerussæ:dẽsa nec fragilis sine reliquiis plumbi:& quæ ad luteum maxime colorem accedat:non sine uitri similitudine. Huic eadem ratio profectus quæ plumbo usto dumtaxat astringẽtior. Lauatur in mortariis aqua & quod supernatat luteo colore deiicitur:Idq; sæpius donec recrementum omne sumptitetur. Tum ut subsidat relictam aqua affusa diuidimus in orbiculos.

LAPIS PLVMBARIVS DCCCCXXXIII

Lapis quoq; plumbarius:qui Molibdoides uocatur eisdẽ utilitatibus medicinam instruit:quibus scoria:nec lauandi ratio dissimilis.

STIMMI DCCCCXXXIIII

Timmi pręstantius, quo nitentius:fulgoreq; radiantius: & cum friatur dehiscens in crustas:terreno sordibusq; carens & fragile. Hoc alii Stibiũ

alii Platyophthalmen:alii Labarſon:alii Gynęceon:alii Chalcidonion uocauere.uis eius glutinatoria.Frigerat & aſtringit.ſiſtens & excreſcentia:cicatriceſq; ducens.Sordes & ulcera oculorum purgat.Sanguinem mēbrana cerebri profluentem inhibet:prorſuſq; uſti plumbi effectibus pollet.priuatim ambuſtis cruſtas obduci non patitur:peruectis cum adipe recenti:& ſi qua eas traxerint:ad cicatricem perducit cū cera & pauxillo ceruſſę.uritur autem circumlitum adipe in prunaſq; conditum, donec pingue in carbones mutetur: exemptum deinde mulieris lacte:quæ marem enixa fuerit, aut infuſione uini ueteris extinguitur.Quamobrem in carbone poſitum accenditur follibus. Vltra ſi quis urat commeabit in Plumbum: Lauant uero quemadmodum Cadmiam atq; Æs. Aliqui Scoriæ Plumbi modo.

MOLIBDÆNA DCCCCXXXV

m Olibdæna commendatur:quę ſpeciem Spumę Argenti pręferat:Fulua quadantenus nitens & ſplendida:& cum teritur Ruffeſcens: coęta cum oleo iocinoris colorem trahit. Damnatur ærei coloris aut plumboſi: adhęreſcit & auri & argenti fornacibus.Eſt & genus aliud foſſilis circa Sebaſtiam Corycumq; inuentæ:probanturq; ex iis minime retrimentis & Scorię ſimiles, minimeq; lapidoſæ.Flauentes & nitidæ.uſus ad quę argenti ſpumæ: ac plumbi ſcoriæ.coquuntur lauanturq; eodem modo. Efficaciores ī Liparas & Emplaſtra:quæ non alligantur.carnes alendi & ad cicatricem perducendi natura.Ferruminibus utiq; inhabiles miſceri.

SCORIA ARGENTI DCCCCXXXVI

s Coria uero argenti:quam priuatim uocant Helcyſma: potentiam habet:quam Molibdæna. Eo additur in emplaſtris fuſcis & cicatricibus glutinandis aſtrictorii ordinis extractoriiq;.

SPVMA ARGENTI DCCCCXXXVII

l Ithargyri hoc eſt Spumæ argenti genera perhibentur multa:unū ex Harena fit Molibdite cognominata.in fornacibus contenta uſq; dū proruſus ardeat. Alterum ex argento;poſtremum e plumbo probatiſſima eſt Attica.Secunda Hiſpanienſis. poſt eas cenſentur quæ Cumis & in campania & Sicilia & Puteolis & Baiis feruntur: quibus in locis plurima e laminis plumbi ſuccenſis paratur.Quæ flaua nitenſq; ſit:chryſitis uocatur. Optima hęc eſt.quæ uero in Sicilia gignitur:Argyritis: Sicut ex argento facta calauritis. Vis eius aſtringere:inanitates explere:ſupercreſcentia tollere:cicatrices inducere:frigerare:ferruminare.uris eam tubulis ad magnitudinem iuglādium confractis:in pruna flatu accendis ut conflagret. Tum immunditie cinerum & carbonum exterſis reconditur. Quidam aceto aut uino reſtinguunt:uruntq; ter:poſtea reponunt. Modus lauandi quem cadmię reddidimus.ut uero candor ei detur, Argyritin ſi haberi poteſt:Sin minus alteram ſpeciē Fabę magnitudine confractam choenicis Atticę menſura, & in fictile nouum coniectam addentes Tritici candidi tantundem, priuatimq; ordei pugillo in linteo raro ab anſula fictilis religatam coqui iubent ex aqua, donec Ordeum purgetur, deglubaturq;: Deinde in craterem amplioris & nouum trāſfuſam Tritico abiecto lauari aqua, Simulq; uiolenter

fricari manibus, postea exemptam siccatamq; in mortario Thebaico teri. Tum aquam infundi calidam usq; dum tabescat: mox aqua collo emissa Iterum teri die tota: & cum adueseraſcit, calidam aquam ingeri: qua postridie eus die mane saccis emissa nouam infundi, atq; id die ter fieri: obseruationemq; hanc in diem attineri septimum: postea salem addi fossilem in libram spumę denariis quinque. Iterumq; teri ex aqua calida percollando & abluendo ter die. Vt uero candorem accepit, calida perfundi sæpius, donec salsilago abierit tota: Demum in sole acerrimo eiecta prius aspergine, adsiccatam reponi. Sin alius modus quæratur, librã Argyritidis diligenter terendam in nouo fictili addito sale trito fossili partibus tribus: tum aquam indendam ut integat & singulis diebus uersandam matutinis pomeridianisq; temporibus iniiciendo aquam nec priorem fundẽdo: Fieriq; hoc diebus. xxx. Alioquin non peragitata coiret Silicis duritia. Post eum numerum dierum salsugine omni leniter separata: spumam in mortario Thebaico subigendam esse. Tum relatam in fictile addita aqua manibus strenue commoueri debere mutatis sæpe aquis, donec sale uicto dulcescat. Formatam ita in orbiculos recondi pyxide plumbea: alii confractam perinde in magnitudinem Fabę inclusamq; suillo uentri crudo in aqua coquunt: Donec uiscus amiciens absumatur exemptamq; terunt cum sale pari mensura & quemadmodum diximus, abluunt. Nec non libra salis tantundemq; spumę teritur in sole cum aqua: quæ mutari sæpius debeat: Donec fiat: qui spumæ quæritur candor. Aut sic Spumę quantum collibeat, In candida lana conuoluito & in fictili nouo compositam coquito addita aqua & Fabis nouis impurgatisq; quantum pugno quis prehendat. Simul uero & Fabas purgari, & lanam fatiscere contigerit: Spumam eximito & in alio uellere iterum coquito, cyathum aquæ adiiciens & Fabarum priorem mẽsuram. Idemq; & Tertium facito in plenumq; totiens donec lanam non denigret: quod superest: in mortarium terito & in Denarios. xxx. Spumę. libram salis fossilis adiungito: Tum ex interuallo nitri perquam candidi ex aqua diluti Denarios. xxxxvii. Rursumq; tertio: Donec spuma inalbescat. Hanc in fictile oris lati depleto aqua copiose affusa, & ut consistat, dimissã tempore: Mox foras collato: Nouam iniicito: & manibus probe uersato & spatiolum, ut considat: Relinquito. Omnia hæc sępius alternis uicibus nouato, usq; adeodum aqua ualde pura & dulcis & sine sale defluat. Tandem in patinam fictilem nouam Transfundito humoremq; omnem ociose ac molliter percollans siccato in sole Diebus. xxxx. Calidissimis æstatis sub emersum Canis. Tum habilis usu redditur. Opera eius: quæ lauata sit ad collyria & litum, ad muliebrium cicatricum fœditates tollendas & cutem in facie laciniatam, pãnosamq; ac macularum plenam.

CERVSSAM DCCCCXXXVIII

Erussa fiet hoc modo: Psimmithium uocant. aceto q̃ asperimo in cadum
c ampli oris aut ĩutriculum fictilem cõiecto: laterem plumbeum super os uasis suspendunt, subiecta prius tegete arundinea & Tegumento super imposito, ne quod aceto spiramentum supersit: donec appensa res soluta distillansq; decidat. Tum quod supernatat, purum ac liquidum excollatur. Id autem

quod crassitudinem Strigmenti habet:In alterum uas translatum siccatur in sole: arefactumq; manualibus molis subigitur, aut alio genere comminuitur & cribratur.Idem & tertio & quarto fieri necesse est.prima cribratura sequentibus præfertur oculorum medicamentis & quotiens id factum est leuatur bonitas pro numero.alii uase medio lignum suspendunt : in eoq; derasum plumbo quod uocant Rhypon hoc est Situm imponunt, ita ne acetum contingat:Deinde obturant & linunt os uasis:quo post aliquot dies aperto introspiciunt.ecquid dissoluta sit materia ea:quod ubi est factum:Rationem in cæteris:quam supra significauimus sequuntur. Sed si pastillos facere libeat:acetum miscere oportet atq; ita diuidere siccandos in sole:omniaq; hęc si æstas sit:quo tempore & pręcipuus candor & bonitas corrogatur Cerussę. Si uero Hyems super uaporaria & Balneas cados ponimus : Quoniam qui inde feruens halitus attollitur, uicem Solis calore suo prębet.Rhodi optimam:Item Corinthi & Lacedæmone conficiunt.proximam Puteolis.Torretur autem Cerussa in hũc modum.In noua testa Cerussa trita prunis ardentibus imponitur:sæpius agitatur:Donec colorem quasi fauillę accipiat:Mox exemptam refrigeras & uteris. Est & modus urendi alius in patinis nouis super carbones uericulis ferulaceis miscendo usq; dum ruffescat & Sandaracæ similis fiat:Deinde reponitur :quæ ita sit cocta Sandyx a quibusdam uocatur:Eluitur Cerussa ritu Cadmiæ.Refrigerat, agglutinat, emollit, replet, attenuat.Excrescentias leniter repercutit. In cerato & lipara & pastillis cicatrices lita trahit. Inter læta les & ipsa potus.

CHRYSOCOLLA DCCCCXXXIX

c Hrysocolla laudatissima in Armenia:quę colorem herbæ segetis læte uirentis q̃ simillimum reddat.In Macedonia secunda:mox Cypro. Huius quoq; quę pura sit:præferunt:terrosam, lapidosamq; improbantes.lauatur hoc modo. Tusa in mortario ex aqua teritur manu lata & ualide affricatur lateribus:Deinde ubi constitit:saccis effunditur:& aqua mutata iterum teritur:Idq; per uices donec pura & sincera euadat.Demum siccata sole reponitur promenda usu.Quod si urenda sit:molitum ex ea quantum sit satis:Imponitur patinis super prunas & reliqua eodem exemplo:quo in supradictis:seruantur.ualet cicatrices exterere : Carnosa uitia erodere: perpurgare:astringere:concalfacere, Molliter exedere cum quodam profectu mordendi. Concitat Vomitiones: Veneniq; Noxiam obtinet.

ARMENIVM DCCCCL

a Rmenium lapidem probamus:læuem:cęruleum q̃ planissimum sine arenis friabilem.pollet ad quę chrysocolla:sed deficitur uiribus. Ad pilos utiq; alendos in palpebris natura fertili cognoscitur.

CERVLEVM DCCCCLI

c Eruleus lapis in Cypro ex ærariis metallis Foditur . Largius id ex arena litorali.Quibusdam in specubus mari cauatis inuenitur:quod & antepo nunt omnibus. Probatur uero saturatum uehementer colore nominis

ſui.uritur ut Chalcitis.lauatur ut Cadmia.uis eius in medicina ut reprimat: deuratq; leniter:præterea margines faciat & exulceret.

INDICVM DCCCCXLII

Ndicum atramentum Sponte naſcitur Apportatum ex India:ceu quidam pullulus Harundinum.ſed alterum genus eius eſt Tincturis aptum quod ex flore fit purpuræ:qui adhæreſcit & Innatat æreis Cortinis. Hunc infectores attractum ſiccant. Signa optimi Species Cęrulea : cremor & læuor.Reponitur inter ea:per quę aſtrictio modica requiritur & quę Tumores, collectioneſq; rumpunt & quibus ſiccantur reprimunturq; ulcera.

OCHRA DCCCCXLIII

Chram eligimus minimi ponderis luteo colore per totum:ſaturatamq; eo impenſe, Lapidibus carentem. Natura friabili:Natione atticam. Vrimus quoq; hanc & Lauamus ut Cadmiam, Spiſſat : exeſt : Tubera inflammationeſq; diſſipat. Excreſcere carnes prohibet. Inanites farcit. Veſicæ tofos comminuit.

CINNABARI DCCCCXLIIII

Innabarin qui putant idem cum Minio: falluntur. Quoniam Minium in Hiſpania fit ex uſto Lapide:crudariis hoc eſt Argenti uenis:Areniſq; permixto. Deprehenduntur hi ſolo colore : nec niſi in fornacibus rubentes:qualis in Minio florentiſſimus:flagrantiſſimuſq; eſt.Hoc autem in Metallis aura ſua ſtrangulat : proindeq; indigenis:qui Minium poliunt in officinis repertum, illigare faciem ueſicis ut per illas identidem ſpectent, nec inreſpirando pennitialem halitum trahant. Vtuntur eo ad impendia picturarum in parietibus.Cinnabari uero e Libya inuehitur, & grandi precio diſtrahitur: Tum non promiſcuum copioſum ue ut Pictoribus Ægre ad lineas ducendas Coloris uariandi gratia ſufficiat. Eſt uero is Colos grauis & in altitudinem pertingens: Ideo quibuſdam uiſum Cinnabarin nihil eſſe aliud q̃ ſaniem draconum. Proficit Cinnabaris ad quęcumq; Lapis hæmatites uocatus. Oculorum Medicamẽtis quæſita, etiam ſi acriuſcula exiſtimatur. Magis enim aſtringit & Sanguinem cohibet.Ambuſtis & puſtulis collectam in cera ſi quis imponat: curabit.

HYDRARGYROS DCCCCXLV

Ydrargyros temporatur e Minio : quod abutentes uocabulo Cinnabarin appellant.Hoc patinis fictilibus impoſitum Concha ferrea Calice coopertum Argilla ſuperillita Carbone ardenti ſuccenditur. Tum fuligo: quę peruenit ad Calicem:Simul Refrixit Deterſa Hydrargyrum fit. Inuenitur Hydrargyrum & in officinis argenti ſtiriarum modo in tectis. Tradunt & per ſe in Metallis Hydrargyrum naſci.Seruatur Vitro Plumboue. Materias omnes alias exedit:tabeq; perrumpit. Venenum eſt potu depopulaturq; Inteſtina pondere ſuo erodens.Remedium copioſo Lacte hauſto & uomitionibus reddito.Reſiſtit ei & Vinum cum Abſinthio:Item Apium ſucco decocti. Datur & Semen Ormini aut Origanum aut Hyſſopum ex Mero.Quod ſi Scobem Auri

hoc est tenuissimam eius elimaturam aut Ramentum contra Hydrargyron dederis bibendam, miraberis effectum.

RVBRICA SINOPIS DCCCCXLVI

r Vbrica Sinopis probatissima quę sit densa & ponderosa colore Iocinoris, libera Lapidibus & unicolor: admodumq; fusilis ac solubilis cũ diluitur. In Cappadocia effossa quibusdam speluncis & inibi purgata, in oppidum Sinopem conuehitur primo: unde nomen. Vsus eius in medendo siccare: spissare: ferruminare. Propterea additur in Emplastra uulneraria & pastillos quibus siccatio & constrictio quæri solet. Aluum quoq; in Ouo sumpta & infusa Clysteribus sistit. Datur & contra Iocinoris uitia.

RVBRICA FABRI DCCCCXLVII

r Vbrica Fabrorum Minore per omnia effectu q̃ Sinopis est: sed optima in Ægypto & Carthagine sine Harenis & facilis friatu. Fit hęc & in Hispania exusta ochra in Rubricam.

RVBRICA LEMNIA DCCCCXLVIII

t Erra uero Lemnia e Subterreno quodam specu in Lemno insula effoditur: atq; inde ad nos infertur. Paludoso illa situ legitur: & Caprino sanguini miscetur. Tum in pastillos ab Indigenis locis diuisa signatur Imagine animalis eius: de quo Sphragidem Ægos idest Sigillum caprę appellauerunt: antidoti uim obtinet. Contra uenena in Vino præsentanei Remedii, Euomere omnia ea cogens præsumpta cibis. Animalium quoq; Lętalibus plagis conuenit atq; morsibus. Additur & in antidota. Porro aliqui & ad Religionem conuertunt diebus festis ea utentes: in dysenteria quoq; præclara res habet.

CHALCANTHON DCCCCXLIX

c Halcanthon generis & Originis unius est, cum nihil aliud sit q̃ liquor gelatus: sed fastigiis tamen specierum quibusdã spargitur. Ea tria sunt. Vnum: quod Distillantibus Stiriis e Lateribus in quasdam Scrobes hyberno gelu concrescit: de quo argumento: qui metalla in Cypro perficiunt, stalactida hoc est stillaticium atramentum appellant. Petresius autem Pinarion. Alii Stalacticon & Pecton & Ephthon & Aracton, & Lonchoton cognominare malunt. Alterum Simplicis confecturæ in specubus primo inuentum. Dein trãsfusum in Scrobes densatur & crassitudinem accipit: atq; hoc proprie Pecton: hoc est Gelatitium uolunt intelligi. Tertium cognomento Ephthi hoc est Percocti conficitur in Hispania coloris abiectissimi, Omnium infirmissimum hac forma. Dilutum aqua decoquitur: & in piscinas suas translatum certo Dierum numero glaciatur: in multa diuisum prę segmina specie tessellarum, Imaginem Vuæ quandam Reddentium. Notę optimi Atramenti Ceruleus Colos: Grauitas, spissitudo, perspicuitas: quę omnia in stillatitio genere agnoscuntur: quod ab aliis Lonchoton priuatim uocatur. Secundum locum optinet Pecton. Nam quod coctum cognominant, quemadmodum Infecturis & Rebus atrandis accommodatius uidetur esse q̃ Cætera: Ita in Remediis segnius intellectum est. Astringit: Excalfacit: Crustas molitur. Ad depellendas quoq; Inte-

raneis uentriq; tineas ſumitur denarii pondere: propter quod cum melle quoq;. lingitur. Vomitiones ciet: & cōtra fungorum uenena potum in aqua occurrit. Purgat & caput dilutum aqua & in uellere Naribus inſtillatum. Vritur ut chalcitis: de qua proxime diſſeremus.

CHALCITIS LAPIS DCCCCL

c Halcitis præferenda ęris colore friabilis, Nec lapidoſa nec uetus, oblongas habens uenas atq; nitidas. Vis eius ad frangendum: excalfaciendumq;. cruſtas ulceribus circūdat: angulos oculorū ipſoſq; oculos purgat & leuiter mordet. Ignes ſacros: Vlcerum ſerpentia: ſanguinem erumpentem euuluis, & naribus cum ſucco Porri ſuſpendit. Vlcuſcula gingiuarum: Nomas, tonſillas, Arida compeſcit. Cinis uſtæ oculorum medicamentis adiicitur: efficacior futurus ſi melle accepto miſceatur. Genas: callos: ſcabritias erodit: & diſcutit. Collyrii modo adacta fiſtulas tollit. Medicamentum uero quod pſoricon dicitur: fit duabus partibus chalcitidis: ſimplici Cadmiæ temperatis ſubactiſq; cū aceto: fictilibus obrutis fimo diebus. xxxx. Flagrantiſſimis æſtatis Caniculę ortum ſecutę: quo quidem modo acrius id uehementiuſq; fiet: pollens ad quęcumq; chalcitis. Aliqui uino uti q̄ aceto malunt. Cætera eadem ſeruantes. Vritur chalcitis in noua teſta carbonibus ad aggeratis ardentibus. Modus urendi, quod ſemel ad omnia dixerim: ſi pręmadida ſint quę uruntur: donec bullare deſinant: eleganterq; arida eſſe uideantur. Cętera uſquedum floridiuſcula ſpectentur. Ergo protinuſq̄ colorem ſanguinis aut rubricæ contraxerit: eximenda erit: In quinamentoq; omni cineris & carbonum efflato reponenda. Torretur autem in carbone follibus accenſo, quoad ſubpallida compareat: nec non ſub teſta & patinis candentibus crebro uerſatur. Donec igne concepto immutet colorem.

MISY DCCCCLI

m Iſy optimum in Cypriorum officinis: cuius notę ſunt: Aurigo, duritia, & cum friatur: aureæ præfulgenteſq; modo Syderum Scintillæ. Ratio eius urendi: Itemq; medica ſimilis chalcitidi: excepto apparatu pſorici: de quo diximus extimatione tantum pluris, minoriſq; a Chalciti diſtans. Ægyptium uero Miſy: ut in cætera efficacius: Ita in oculorum curatione multo citerius Cyprio eſt.

MELANTERIA DCCCCLII

m Elanteria genus eſt Atramenti e terra idq; geminę Originis. Altera e Cauearum foraminibus: unde metalla æris fodiuntur: ſalſuginis modo emanat. Altera Super terram e Subdialibus partibus eorundem locorū tollitur, qualis & terroſa eſt. Inuenitur & in Cilicia & aliubi quoq; foſſilis. Probatur ſulfurei coloris: leuore: planitie: puritate, atq; ut contactu aquæ Ocyus nigreſcat. Naturam habet urendi eandemq;, quam Miſy.

SORI DCCCCLIII

s Ori quidam arbitrati ſunt eſſe Melāteriam perſpicuo errore. Sui enim generis eſt, etiam ſi non prorſus diſſimile. Virus huic maius Nauſeoſumq; ineſt. Inuenitur cum in Ægypto, tum aliis locis Hiſpania: Cypro: Africa. Præcellit Ægyptium, & in quacumq; Natione quod in frangendo

amplius nigrescit: Foraminosum ac Leuiter pingue: Item gustus astringentis. Deuoratu commanducatu olfactuq; uirosum: stomacho tumultum Redundationemq; afferens: radians cum friatur: ceu Misy. Sed alterius naturæ, omninoq; inualidum, cessansq; in usu. Vis & modus urendi similes supradictis. Prodest autem & dentiũ dolori: si cauis indatur: labefactos quoq; cõfirmat. Infundi propter Ischiadas Clysteribus cũ uino proficit. Varos in facie cum aqua inunctum abigit. Miscetur unguentis, quę ad inficiendum capillum parantur. In cõmune illud tenẽdum tam hęc q̃ cæteras species minus pollere si comburantur, q̃ si ignẽ expertæ nõ fuerint. ab hoc tamen catholico recedunt: Sal: Fex: Nitrum: Calx & similia quęcũq; dilui possunt cruda. Hęc enim si urãtur, maiores effectus habent.

DIPHRYGES DCCCCLIIII

Ius uero: quod Diphryges quasi bis tostum uocant, Triplex noscenda
e Origo est. Alterum generis Metallici, uni terrarum Cypro concessum ex luto cuiusdam specus arefacto prius in sole: Mox circumdatis Sarmentis usto: quod quidem illi argumentum Nominis fuit ab eo q̃ bis siccetur torreaturq; Sarmentis ac sole quasi frictum possit uideri. Fit & in fornacibus cura: uelut æris excocti sedimentum atq; fex. Et enim post illam aquę frigidę perfusionem: de qua retro in mentione floris ęris diximus: sublato ęre inuenitur genus hoc adhęrescens infima parte fornacium, æris astrictione, atq; gustu. Tertio fit modo ex Lapide Pyrite: In caminos ab huius Operis ministris composito & cremato continuis diebus ut Calx donec excoquatur in rubricam: Tum exempto atq; condito. Quidam tradunt ex Lapide uno de quo ęs perficitur: Diphrygem quęri ad hunc modum. Torreri eum in sulcis siue areolis. (Ita enim officinæ appellant) Mox cum superne in scrobes translatus est: percoqui & per oram earum ferruminari ambitu: quo detracto Diphryga nihilominus existere quod superest. Probat' qd' saporẽ ęris in gustu referat: quodue linguã tactu statim astringat & admodum Siccet. Quod quidem adulteratum Ochra exusta non facit. Vrunt enim hanc ut ueneat pro Diphryge. Ratio eius in medicina constringere: uehementerq; purgare: abstergere, Adsiccare: corporis excrescentia consumere. Vlcerum Cacoethe: Item Serpentia includere Cicatricibus: Suppurationes discutere Terebinthina collectum, aut Cera.

ARSENICVM DCCCCLV

Arsenicum ex eadem Metalli materia qua Sandaracha perficitur. Op-
a timum coloris Aurei est, fissuris non Globis dehiscens: crustas habens squamosas, Inuicẽq; farctas. Impromiscuũ: nec alterius cuiusuis naturę concretionem habens. Tale est quod e Mysia Hellesponti uehitur. Duo genera eius. Alterum: quale designauimus. Alterum glandis figura pallidum Sandarachę similitudine, glebulentum e Ponto Cappadociaq; illatum: quod & deterius est. Torretur autem in noua testa suspensum & in carbone flagranti sępe uersatum: donec accensum mutet colorem. Ab eo refrigeratur: molitur & conditur. Natura ei septica restrictoriaq;. Vlceribus crustas contrahit cum uredine, morsuq; uehementi. Habet & reprimendi uim ac tollendi quicquid excrescit. In euellendis quoq; a uirorum corporibus pilis uicem psilothri prębet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0234-8 DFG

SANDARACHA DCCCCLVI

Andaracha melior:quo Saturatior magiſq; ruffa.Pręterea fragilis pu-
s ra friabilis:colore Cinnabaris : Sulfuris uirus redolens. Vis & forma
torrendi eadem quę Arſenico. Alopecias cum Reſina Terebinthina.
Vngues ſcabros cum pice, Phthiriaſes cum oleo emendat.Panos & Tubera di-
ſcutit cum adipe.Prodeſt & ad narium ulcera oriſq; ac cętera:quæ erumpunt: cũ
Roſaceo:Item ad condylomata.Pus ſcreantibus datur in mulſo. Suffita quoq;
cum Reſina tuſſibus uetuſtis medetur, nidore ipſo in os per fiſtulas tracto. Lin-
cta cum melle uocem canoram & limpidam facit.Suſpirioſis cum Reſina in pi-
lulis ſumpta magno præſidio eſt.

ALVMEN DCCCCLVII

Luminis fere omnes ſpecies in Ægypto ex eiſdem Metalli fodinis quæ-
a runtur.Nam quod Schiſton hoc eſt Sciſſile appellant:tanq̃ flos intelli-
gitur Solidi hoc eſt Gleboſi quod uocant Bolitida. Gignitur autem & aliubi.Melo, Macedonia:Liparis, Sardinia, Hierapoli phrygię, Africa & Arme
nia pluribuſq; aliis locis:ſicut & rubrica. Quãobrem plura eius ſunt genera.Sed
in medicina ſciſſili & rotundo & liquido utimur.Optimum ſciſſile quod recens
& egregie candidum ſit, Minimeq; lapidoſum uehementius aſtringens : Nec gle
bę modo preſſum, nec aſſulatim concretum:ſed in Capillamenta quędam ſingu
la & caneſcentia dehiſcens:quale quod ob eam rem appellatũ eſt Trichitis effoſ-
ſum in Ægypto.Solet autem lapis quidam alumini ualde ſimilis naſci: quem gu
ſtu coarguas, ſiquidem linguę impoſitum non aſtringit.Alumen rotundũ: quod
ſtrongilem uocant:ſi arte id factum ſit damnatur, & deprehenditur figura. Pro-
bantq; conglobatum ſponte naturæ Bulloſum & Candido propius guſtu aſtri-
ctiſſimo:cum quodam pallore pinguiter friabile ſine arenis aduectum ex Melo:
aut ex Ægypto.Liquidi probatio ut ſit maxime limpidum:lacteum lęue : ſucco-
ſum undiq;:ſine lapidibus cum quodam caloris igniculo.Generum omnium uis
in calfaciendo:ſpiſſando: repurgandoq;. Diſcutit oculos obſcurantia, carnoſa
palpebrarum uitia. Conſumit & quęcumq; per corpus Reliquum excreſcunt.
Quamq̃ rotundum inertioris naturæ putandum eſt, q̃ ſciſſile.uritur uero, torre-
turq; alumen ritu chalcitidis.putreſcentia ulcerum compeſcit.Sanguinem ſiſtit,
gingiuaſq; madidas ac dentes commotos cum aceto, melleue confirmat. Pro-
deſt oris Vlceribus cum Melle, Item eruptionibus. Siccat & aurium fluctio-
nes cum ſucco Polygoni. Lepras uero cum Iure olerum aut cum Melle deco-
ctum.Sic & pruritus corporis, Vnguium ſcabritias, Pterygia, Perniones cum
aqua fouentium exterit.Phagędęnas ulcerum ex aceti fece inunctum cum galla
pari pondere cremata. Cum ſalis uero duabus partibus uitia : quæ paſcuntur.
Furfures corporum cum eruo piceq; illitum. Lendes ac pedes:ambuſta igni ex
aqua. Virus alarum & inguinum ſedat peruncti s.Quod Melinum uocant ab In-
ſula Melo.Si ori uuluæ ante congreſſum cum uiro addatur : prohibebit conce-
ptus:quoquidem modo & partus extrahitur.Puſtulas gingiuarum:uuam quoq;
in Ore comprimit ac Tonſillas : omninoq; uitia in ea parte omnia ſed & auri-
bus & uerendis cum melle impoſitum facit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0235-4 DFG

SVLFVR DCCCCLVIII

s Vlfur Nobilissimum est Apyron hoc est Ignem non expertum, uiuũq; fulguris colore, per lucidum sine Arenis. Quod uero Ignem sensit, melius: quo magis uirens quoq; magis pingue: oleosumq; est. Plurimum in Melo & Lipara insulis. Natura eius excalfacit. Digerit concoquit uelociter: Extussientibus purulenta, suspiriosis in ouo sumendum, suffiendumq;. ualet & ad fœtus trahendos impositum igni nidore ipso. Item ad lepras. Aufert & lichenas & ungues scabros cum terebinthi Resina illitum ex aceto & lepras uitiliginesq;. Medetur & cõtra scorpionum ictus addita resina: cũ aceto autẽ draconis Marini & scorpii uenena. Ad pruritum quoq; totius corporis pellendum cum nitro exteritur. Ligula inspersum fronti morbũ regium purgat, aut sumptum in ouo sorbili. Facit & ad grauedines distillationesq; pituitę. Inhibẽdis sudoribus inspergitur. Cum nitro & aqua podagris inungitur. Tarditatibus auriũ ut fumo prosit, incenditur. Itemq; sanguini profluenti. Auribus fractis cum nitro, myrrhaq; sublinitur.

PVMEX DCCCCLIX

p Vmices pręferendi q̃ Minimo pondere crebris inanitatibus Scissiles, nec arenosi in fricando, q̃ maxime aridi & excandidi. In ustrina uero, acceptos q̃ta lubeat mensura carbone ardenti obruimus, simulatq; accẽsi sunt, exemptos odorato uino restinguimus: Mox in carbonem secundo repetitos & simili modo exemptos uino perfundimus. Idem & tertio facimus. Præterq̃ q; uino non respergimus: sed patimur sponte refrigerentur. Atq; ita repositis iis utimur. Vim habent in Medicina spissandi, gingiuasq; abluendi. Caligines oculorum sedandi cum quodam calore: ulcera explendi, cicatrices trahendi: excrescentia reprimendi. Fiunt & Dentifricia e tritis. Iidem ulceribus crustas inducunt, & in usu corporibus læuigandis euirandisq; habẽtur. Theophrastus auctor est: pumice in cados musti coniecto statim feruere uina desinere.

SAL DCCCCLX

s Al efficacior Metallicus atq; fossilis. Laudatur qui arenosus nõ sit. Pręterea candidus & perspicuus atq; densus sine offensa fricandi. Natione Hammoniacus: facilis findi, scissuris rectis. Marini uero salis probatio in spissitate, cãdore, planitie. Optimus cypri, pręsertimq; a Salamine: dein Megaricus. Mox siculus, africanusq;. Inter hos & Lacustrium genera censentur. Validissimusq; omnium est Phrygius, quẽ alii Tattęon: alii Tritęon. Alii Gantęon cognominant. Salis natura utilitates in medendo numerosas habet. Astringit: purgat: abstergit: extenuat: discutit: crustas ulceribus tanq̃ igne adustis facit. Reprimit excrescentias: quę Dotes omnibus generibus salis plus: minusue insunt: uendicat a putredine. Additur in unguentis ad psoras: Extuberantes in oculis carũculas & pterygia & alia id genus uitia obliterat & cõsumit. Clysteribus quoq; infusum prodest: & fatigatis inunctus ex oleo lassitudinem soluit. Tumores hydropicis discutit. Dolores partium mitigat in saccis feruens impositus. Contra pruriginem cum oleo & aceto ad ignem infricatur: donec sudor manet. Eodem modo & Lichenas & Scabiem leprasq; curat. Anginis cũ melle oleo & aceto extra fauces illitus medetur. Tonsillis & uuis cum melle tostus imponitur. Vlceribus oris

bus oris manantibus:gingiuarum pituitę:phagedænis cum polēta crematis illi nitur.aduersus scorpionum ictus cum Lini semine, aduersus Serpentium morsus cum cunila bubula: Hyssopo & melle.contra cerasten cum pice, aut Cedria aut melle auxiliatur.contra Scolopendras ex aceto atq; melle. Aduersus uespas & teredines capitisq; ulcera: Thymos & panos cum seuo uitulino. cum passa uero uua aut suillo adipe aut melle furunculos discutit.testiumq; collectiones: sed cum origano aut fermento furunculos concoquit uelocius. crocodilorum morsibus terunt, ex acetoq; in linteolis inuolutum imponunt, ita ut astringantur arcte uinctu loca.Bestiarumq; percussibus collinunt & sugillatis in facie addentes & mel. Bibitur & contra opium ac fungos ex aceto mulso.Luxatis imponitur cum farina & melle. Ambustis igni pustulas amolitur, cum oleo quemadmodum & podagris imponitur.Aurium doloribus cū aceto.Ignibus uero sacris, ulceribusq; quę serpunt ex aceto aut Hyssopo.uritur & sal fictili conditus operculo tam probe adacto, uti ne quid exiliat:mox obrutus prunis continetur q̄diu conflagrare uideatur.alii fossilem adipe oblinunt in carbone habentes, donec abdomen id deustum sit.Potest & sal uulgaris cremari hac forma uice simplici ablutus aqua:cōtinuo q̄ inaruit fictili adopto.succēditur uersaturq; sedulo, usq; dū resilire desinat.

HALOSACHNE DCCCCLXI

h Alosachne Tectorium est salis spumosum:Inuenitur in Scopulis. Potest quæ Sal.

SALSVGO DCCCCLXII

s Alsilago, siue Salsugo ualet ad quæcunq; Sal Dysentericis priuatim infūditur:quorum nomē intestina corripuit. Item Ischiadicis ueteribus. Ad fouenda quoq; utilis est:quęcunq; desiderant marinam.

FLOS SALIS DCCCCLXIII

f Los salis defertur quidem Nilo:sed lacubus tamen quibusdam innatat. laudatur crocei coloris:odor grauiusculus ceu Gari q̄q̄ non semper ingratus, gustu mordaculo & ut quādam olei pinguitudinem reddat. Improbatur rubrica tinctus dehiscensq; globis.Sincerum quod est, non nisi oleo resoluitur totum.Fucatus uero ex parte:Item aqua diluitur.ulcerum cacoethe phagædænas & genitalium nomas persanat. Auribus pure manantibus prodest, & oculis retusis:cicatricesq; in iis & albugines tollit.Miscetur emplastris. Et unguentarii propter colorem utuntur eo:quod & cernere in rosaceo est: Sudorem cit:aluum turbat in uino & aqua sumptus.stomacho inutilis.additur in Acopum & smegmata.detrahit & ex palpebris pilos. Aspera omnino & feruenti natura, quemadmodum sal.

NITRVM DCCCCLXIIII

n Itro laus ut sit leue colorisq; Rosæ, aut candidi & foraminum fistulis simile spongiis cuismodi notę sunt eius, quod ex Bunis inuehitur. uis eius ad ea quæ euocanda sint.

APHRONITRVM DCCCCLXV

s Puma uero nitri:quā aphronitrū uocāt optima est. quę minime pōderosa, tenuis q̄si crusta, friabilis naturę:coloris pene purpurei, aut spumosi:

Gustu mordax:quale Lydium a Philadelphia est. Secunda Ægyptio auctoritas. Nascitur & in Caria Magnesię.usum in medicina crematione mq; tam spuma nitri q̃ nitrum ipsum habent ut sales. Ex abundanti nitrum exterminat cum Cymino tormina tritum:potumq; ex aqua mulsa uel decocto alicuius rei :quæ discutere flatus habeat:cuiusmodi est Ruta & Anethum.perungi eo & in febre prodest ante suspectas accessiones:utile est additum in emplastra iis, quę digerenda euocanda, extenuanda ue sint.Item in Leprica inflationes & sonitus aurium dissipat: aqua calida aut uino intus liquato, Quemadmodum & ad pura earum infunditur.Sordes eiusdem partis erodit ex aceto:contraq; canis morsus cum pingui asinino aut suillo collinitur.Furunculos extrahit Resinæ terebinthinę admixtum: Hydropicis fico tostum illinitur:claritatemq; uisus cum melle obunctum facit. Succurrit & uenenis fungorum ex posca potum, aut si Buprestis pasta sit ex aqua. iis uero qui taurinum sanguinem biberint cum Laserpitio partibus cibum non sentientibus Opisthotono inclinato cum cera luxatis illinitur. Paralysi in lingua cum pane imponitur.Quidam prędicta urunt, accumulatis carbonibus noua testa subiecta usq; dum exardeant.

FEX VINI DCCCCLXVI

f Ex probatur maxime uini ueteris Italici:Sed si id prędo non sit, alterius similis.Nam Fex aceti pro materia uehementior sit necesse est.cremanda uero ut Halcyonium magna cura.quidam in noua testa copioso igni admouent. Donec ex alto quoq; ardeat :alii glebam fecis in carbones accensos abscondunt:De cętero eadem sequentes.Experimentum legitimę coctionis ut ex albescat aut colorem æris assumat, utq; illata linguæ tactu eam uideatur urere.illo modo & aceti fex coquitur.uirtus insigniter adurens:Item exterens & commoda cicatricibus:stringens prætereea:uehementerq; siccans.Melior quo recentior quoniam celeriter exanimatur.proinde neq; non inclusis, neq; non farctis locis condenda.lauatur ut Pompholyx.Incremata per se, uel cum Myrtho illita reprimit tumores:aduersus aluirheumatismos & stomachi quoq; imponitur. profluuia mulierum illita naturalibus & imo uentri mitigat.panos discutit nondum exulceratos.rigentes mammas & suo lactis impatientes cum aceto extinguit.cremata ungues scabros aufert cum resina & addito lentiscino oleo.Illita una nocte ruffat capillum:oculorum medicamentis eluta miscetur ut Spodium.cicatrices hęc eorum & caligines pellit.

CALX VIVA DCCCCLXVII

c Alx uiua:quę Asbatos dicitur:hoc modo temperatur. Testas buccinis Marini detractas igni obruito:aut in clibanum ardentem condito tota nocte permissa. Postridie si exalbuerint:sublatas:sin minus iterum tostas, donec reducantur ad candorem frigida intingito, & nouo fictili compositas patitor nocte una linameneo crasso contectæ requiescant.Mane quod succedit, exemptas curatione perfecte condito:De lapillis quoq; fingi calx uiua potest crematis litoralibus calculis. potest & ex marmore fusaneo: qd genus cōfecturæ p̄ferūt oibus.q̃cūq; uiua calx accedit:mordet:amburit:crustas inducit.mixtis uero speciebus qbusdā ut adipe atq; oleo cōcoqt:dissipat:mollit:pducit ad cicatri-

cem.Eligitur recens,neq; aquis aspersa.

GYPSVM DCCCCLXXVIII

Ypsum astringit, conglutinat eruptiones sanguinis sudoresq; inhibet.
g potum quidem strangulando iugulat.

CINIS VITIVM DCCCCLXIX

Inis euitium palmitibus, ac sarmentis:quem Clematinen,hoc est sarmẽ
c tarium appellant,urendi ui constat.cum axungia aut oleo sanat neruos collisos & articulorum inuersiones,itemq; neruorum, & carnes in ossibus excrescentes cum aceto & nitro.serpentium & canum plagas cum aceto medicamentis.ad crustas ulceribus inducendas adiungitur.lixiuium ex eo ad lapsus & fungorum uenena cum sale aceto & melle.

ALCYONIVM DCCCCLXX

Lcyonii quinque genera cognoscimus:spissum gustus asperi. cinereum
a intuitu:ponderosum uirus:piscemq; olens:quale frequentissimum littoribus.alterum figura pinnulæ Ocularis;aut spongiæ. multis inanitatibus leue.odorem fere algæ habens. Tertium specie uermiculi colore magis purpureo:quod & Milesium a quibusdam uocatur. Quartum uelleri simile humido & cum sordibus suis:multipliciter uulso & inane.Quinto effigies Fungi sine odore:intus aspero & quadantenus pumicoso foris lęuato:acri natura,quod in Propontide insula Bembico plurimum inuenitur:ab locisq; hominibus Halosachne appellatur.primum & secundum in Smegmata mulierum confertur lentigines: lichenas:uitiligines:lepras:nigritias:maculas tollunt a facie & cætero corpore. Tertio usus ad urinas difficiles:ad arenas in uesica collectas:ad renes: ad aquam intercutem,ad lienes.tostum & illitum cum uino alopecias conuestit. Vltimum pro dentifricio,dentibus inalbandis utile est.inseritur q; apte & in alia smegmata & psilothra cum sale.Quodcunq; libeat cremari in crudo fictili ore argilla oblito mittitur in caminos:Non eximendum antequam figlinum percoquatur:Eluitur uero ut cadmia.

ADARCHA DCCCCLXXI

Darcha in Cappadocia gignitur.Est autem ceu spuma quædam subsal-
a sa in riguis & palustribus nata per siccitates.coacta in arũdinibus & fartagine: colorem habens similem flori lapidis asii: habitu Halcyonii mollioris inaniorisq; ut uideri possit Halcyonium lacustre.lepras,uitia cutis in facie:impetigines: lenticulas & similia exterit,ac desquamat:prorsusq; acris ingenii est:trahens ex alto materias nocentes:propter quod ischiadicis prodest.

SPONGIÆ DCCCCLXXII

Pongiarum genera quidam ita distingunt.alias ex iis mares existimari fi
s stula tenui spissioresq;. Item e maribus duriores alias: quas appellant Tragos.alias feminas notis contrariis.uruntur spongiæ Halcyonii exemplo:Quo inaniores minusq; unctę uulneribus utiliores & reprimendis tumoribus.Recentia uulnerum cum aqua uel posca ferruminant: cum melle decocto si

nus antiquos operiunt: In quo spongiæ ueteres superuacuę ulceribus quę persanauere. Item callo circumligatæ aciis medentur: quibus & siccas linamenti loco adigere utile est. Imponuntur & ulceribus fluctione occulta laborantibus & uetustis: exiccāt enim ea si aridæ nouęq; ac uacuę legantur. Sanguinis quoq; profluuium coercent, & cum aceto inustæ ad lippitudines aridas probantur: & ubicunq; abstergendum constringendum ue aliquid est. Melius prosunt in medicinas oculorum si lotę inserantur. Sanguinem erumpentem cum pice suspendunt. Mollissimum genus earum penicilli candidum fit cura. Si tinctæ in urendo salis spuma: quam in scopulis concrescere docuimus, inferantur ad solem ita ut caua pars sursum uersus spectet: Qua uero adhæserunt: abscissæq; sunt deorsum. Q d' si differenet æstiuo etiam ad lunam sternuntur spuma salis aut mari perfusę, quo modo candorem maximum bibunt.

CORALLIVM DCCCCLXXIII

c Orallium, alii Lithodendron uocant. Forma est ei fruticis marini. Duraturq; illico exemptum mari, atq; in lucem uniuersam prolatum ut uideri possit spissatum a spiritu: qui nos ambest. Magna eius copia Syracusis e promōtorio uicino: quod Pachynum uocant. Probatissimum q̄ maxime rubet. colore florido aut Sandycis præsaturæ: Item friabile sine offensa fricantium toto eius concretu. odore terroso & muscoso Algisq; simili. Pręterea ramosissimum & Cinnamomi effigie fruticantibus surculis. lapideum, scabiosum, hians & fistulascens deterrimum: spissat ui sua & blande refrigerat. Eminentias cicatricesq; oculorum extenuat. ulcerum caua & cicatrices operit. Reiicientibus sanguinem plusquam mediocriter salutare est. Difficiles Minctus resoluit. lienem ex aqua potum absumit.

ANTIPHATHES DCCCCLXXIIII

i Duero quod Antiphathes uocatur: corallium absq; dubio habendū est, sed sui generis specie uidelicet distinctum. colore hoc nigricat. arborea & ipsum figura: Nodosius priore: utuntur ad omnia eadem.

LAPIS PHRYGIVS DCCCCLXXV

l Apis phrygius: quo Phryges tingendis uestibus utuntur: eoq; gētis eius nomen habet nascitur in Cappadocia. Optimus pallescens mediocriterq; nec corporis portione ponderosus uenis interstinctus albis ut cadmia. urunt uino ante perfusum optimo atq; ita prunis ardentibus conditum flatu crebriore folium accendunt: Donec ruffus colore mutato fiat. Exemptum restinguitur eodem uino: rursumq; ignibus redditum: Eodem more tollunt, spargunt q; mero. Tantundem & Tertia uice faciunt: illam curam subinde habendo: ne ipso in opere frietur, aut coinquinetur fuligine. potestas ei efficaciter astringendi crudo uel cocto: item purgandi & aliquatenus indurandi crustis cum cera uero incussis fractisq; medendi: huic lotura quæ cadmię.

LAPIS ASIVS DCCCCLXXVI

a Sius lapis probatur fere Pumicis colore: Hians ac leuis: In Farinamq; redigi tener: uenulis in profundo luteis. Eiusdem lapidis flos uocatur Saliua quędam flauescens in summa eius cute lanuginis modo: tenuis: co-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0240-1 DFG

lore partim candido:partim Pumicis in luteum uergentis : linguam tactu quadantenns mordet.utrũq; astringit,eroditq; leniter. Tubercula discutit cum Resina Terebinthi & Pice liquida. Validior floris opera:Ideoq; pręter ea quę diximus: In ariditatem siccatus ulcera uetusta,& repugnantia curationi ad cicatricem perducit:carnium quoq; in iis excrescentias imminuit. Vlcera Fungis similia & fera expurgat cum melle,quomodo & caua siccat: Identidem explendo ea cum cerato autem quę pascunt.Fit cataplasma ex eo podagricis mixto Fabarum lomento.ad lienosos cum aceto & Calce.Prodest & Phthisicis flos datus lingendus cum melle. Cauantur ex eodem asio & folia:in quibus podagrę pedes indentium leniuntur. Acerui quoq; ad erodendas carnes obesis corporibus parantur:q uos illinant sibi in Balneis uice Nitri.qui lauare uolet:utatur Forma quę dicta in Cadmiam est.

PYRITES DCCCCLXXVII

Pyrites lapidis est genus:de quo ęs perficitur.laudatur aspectu ęris.Scin
p tillas leui percussus edens.coquitur melle intinctus leui pruna, flaturq; follibus continue donec ruffescat:ab aliis multo & ardenti carbone circundatur melle aspersus & cum in eo est,ut ruffescat: Detrahitur & efflatis cineribus,iterum perfusus melle torretur, usq; dum æqualiter squaleat & siccescat absumpto humore.Fit enim sæpenumero ut summa tantum toga uratur.Ita cremata tum & arefactum reponunt. cum uero utendum loto est:lauarur ut cadmia. usus crudi & cocti excalfacere:abstergere,oculorum obscuritates purgare:duritias excoquere:ac discutere:uitia carnium excrescentia temperatus Resina coercet cum quadam astrictione ac uredine.qui ita sit exustus:sunt qui diphryga appellent.

LAPIS HÆMATITES DCCCCLXXVIII

Æmatites lapis laudatissimus qui maxime friabilis & colore nominis
h sui egregie infectus siue niger.Durus suapte ui atq; planus:sine sordibus sine discursu cingentium uenarum.Spissat:excalfacit aliquatenus & extenuat:cicatrices quoq; oculorum detergit:asperitatesq; adiecto melle,lippitudines cum lacte mulierum emendat.Tunicis quoq; in ea parte fractis & cruore suffusis medetur,cum uino ad difficiles urinas & ad profluuia feminarum sumẽdus. bibunt eum & qui sanguinem screauerunt cum succo punici mali.Fiunt ex eo collyria & quæ in coticulis terendo Aconia Medici appellant oculorum malis aptissima.uritur ut phrygius:Sed non extinguitur uino.Modus cremandi sit facto mediocriter leui & iam bullanti. Adulteratur a quibusdam.ii Glebam Lapidis Schisti densam,Rotundamq;(Tales enim in eo sunt quę radices uocantur)in urceum fictilem condunt:In quo cinis calidus sit : mox spatiolo iniecto exemptam atterunt cotibus experimentum quærentes ecquid colorem Hęmatitę reddat. Quod si contigerit:reponunt adulterium:si nondum procedit: Iterum obtuunt introspiciendo sępius & probando ad cotem spei respondeat nec ne. Alioquin si diutius in cinere habeatur:colorem mutabit:pręterq; diffundetur.Fucum uero discernunt uenę:adulteratus liniamenta in directum habet:reflexa.Sincerus non illo modo.Item colos.Factitius floridum mittit.Natiuus grauiusculum:atq; Minio similem.Reperitur autem Hæmatites & in rubrica Sinopide: Sed & lapi-

dem magnetem diu concremant:exiſtitq; ita Hæmatites, uoluntarius inueni-
tur & in metallis Ægypti.

LAPIS SCHISTOS DCCCCLXXIX

Apidem Schiſton Hiſpania ex Hiberis mittit :eo commodiorem : quo
l est ſimilior croco & quo friari & ſcindi ac diſſilire facilior ſponte ſua:ce
terum compoſitione tota & diſcurſu alterno uenarum Hammoniaco
ſali perſimilis uidetur.uſus ex eo qui Hæmatitę:ſed effectu citra ſubſiſtit. ulcerum
cauis explendis feminarum lacte diluitur . Ruptis & procidentibus genis. Item
craſſitudini earum & Staphylomatis pręclare occurrit.

LAPIS GAGATIS DCCCCLXXX

Agates lapis optimus:qui celerius dicto ignem trahit, & cum uritur bi-
g tuminis odore. Inuenitur fere niger & ſqualidus. Ponderis admodum
parui:cruſtaceus diſcutiendi, emolliendiq; ui.Explorat & ſonticum mor
bum.ſuffitus recreat uuluę ſtrangulationes:& ſerpentes fugat accenſus.Miſcetur
unguinibus quæ ad podagras & laſſitudines reficiendas parantur.Naſcitur ue-
ro in Lycia quodam flumine:qua effunditur in mare iuxta oppidum Plagiopo
lin uocatum:locus autem aut amnis in cuius ore colligitur:appellatur Gages un
de Nomenclatura lapidi.

LAPIS THRACIAS DCCCCLXXXI

Hracias lapis in Scythia naſcitur quodam amne:qui Pontus dicitur.
t Vis ei par Gagatæ.aiunt accendi eum aqua:oleo reſtingui:quod & Bi-
tumini quoq; accidit.

LAPIS MAGNES DCCCCLXXXII

Agnes lapis tanto melior eſt:quanto facilius trahit ad ſe ferrum. Item
m quanto magis ceruleus colore:ſpiſſus neq; ponderoſus admodum po-
tus ex aqua mulſa obolis tribus craſſitudines detrahit. Quidam uren-
tes hunc pro Hęmatite uendunt.

LAPIS ARABIVS DCCCCLXXXIII

Rabius lapis Ebori ſimilis eſt macula: Tritus & impoſitus Hæmorrhoi
a das ſiccat.Dentifriciis mire accomodatur crematus.

LAPIS GALACTITES DCCCCLXXXIIII

Alactites lapis dictus a lacte, quo ſudat. De cætero cineris color guſtu
g dulci:fluctionibus oculorum & ulceribus conuenit perunctus. Ex aqua
uero tritus Pixide plumbea reponitur, propter Glutinis Vim : quæ in
eo continetur.

LAPIS MELITITES DCCCCLXXXV

Flitites lapis in totum Galactitæ ſimilis uideretur: niſi dulciorem ſuc-
m cum remitteret.petitur ad omnia eadem.

LAPIS MOROCHTHVS DCCCCLXXXVI

Orochthus lapis:quem aliqui Galaxiam aut Leucographidem No-
m minant, Importatur ex Ægypto ubi naſcitur.In uſu linteonibus ad can
dorem ueſtibus conferendum:quia & mollis & dilui facilis ſit. Videtur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0242-2 DFG

esse ferruminis ui: sanguinem screantibus, cœliacis: dolori Vesicæ in aqua prodesse: quomodo & feminarum sistit abundantias: Itemq; appositus. Medicamentis quoq; oculorũ mollioribus inseritur: quoniã caua expleat, humoresq; arceat. Collectus in cera cicatricẽ obducit ulceribus quę fiũt teneris partibus corporis.

LAPIS ALABASTRITES DCCCCLXXXVII

Labastrites Lapis cognomento Onyx admixta Pice aut Resina discutit duritias. Doloribus stomachi cum cera prę̃sidium infert. Gingiuas quoq; Reprimit.

LAPIS THYITES DCCCCLXXXVIII

Hyitem Mittit Æthiopia lapidem colore subuiridi, similitudine quadam Iaspidis & cum diluitur lacteum. Vehementer Remordet: Caligines oculorum depellit.

LAPIS IVDAICVS DCCCCLXXXIX

Vdaico lapidi nomen a Gente: cui nascitur. Glandis effigie candidus spetiosusq; respondentibus ordine quodam lineis tam exacte, ut manu & torno ductæ uideri possint. Diffuso fatuus sapor: Magnitudine Ciceris solutus ut collyrium ad coticulas: si cum aquę calidę cyathis ternis bibatur: urinæ difficultatibus auxilium prę̃stat: calculosq; in uesica frangit.

LAPIS AMIANTVS DCCCCXC

Miantos lapis in Cypro nascitur similis alumini: quod schiston appellauimus. Ex eo theatris uela texuntur. Natura eius sequacis ad uincturas lentitię. Hæc autem in ignem coniecta flammantur quidem omnino: sed splendescunt magis exempta & nihil igni deperdunt.

LAPIS SAPPHIRVS DCCCCXCI

Apphiro poto scorpionum ictus leuantur. Bibitur & ad exulcerata intus. Eminentias oculorum, & staphylomata pustulasq; sistit. Membranas in iis: quæ ruptæ sint conglutinat.

LAPIS MEMPHITES DCCCCXCII

Emphites lapis Ægyptius circa Memphin repertus gemmæ amplitudine. Pinguis & uarius. Conuenire traditur iis: quę urenda sint aut secanda: quoniam trito & illito iis partibus sine periculo corpus obstupescet, ita, ne cruciatum sentiat.

LAPIS SELENITES DCCCCXCIII

Elenites uocatur Lapis: quem aliqui Aphroselenon appellauere: quia noctu inueniatur plenus luna crescente. Nascitur in Arabia. Transluceet ex Candido Ponderis exigui. Scobẽ huius quę̃sitam Lima comitialibus dant in potu. Feminæ adalligatum eum gestamen amoliendis periculis utile testantur. Fertiles quoq; fieri uidentur arbores: si uinctum eum contineant.

LAPIS IASPIS DCCCCLXXXXIIII

Aspis alia Smaragdo, Alia Crystallo & Pituitę. Alia Similis Aeri est. Alia fumo infecta: quę Capnitis ob id uocatur. Alia Venis albis & Nitentibus intercincta: cui nomen Asyrię. Alia Terebinthi Resinę figu-

ra, Calaini Lapidis colore. Laudantur omnes tutela gestantium Innato contra pericula omnia præsidio. Feminis obligatę in cera pollere ad partus accelerandos existimantur.

LAPIS AETITES DCCCCLXXXXV

Etites Lapis ceu Pręgnans intusq; uelut in aluo alterum Lapidem ha-
a bens: sonum si quatias: remittit. Grauidis quibus uteri prolabantur, le-
uo Brachio suspensus partum continet. Sed cum in eo sunt ut pariant, translato eo ad femur citra Dolorem soluentur. Deprehendi & furta illo prędicant. Nam panis in quo Lapis ille fuerit porrectus furi cōmanducatusq; transmitti non poterit. Esitia item quibus in coquendo additus sit: negantur deuorari posse ab iis: qui affines eius culpę fuerit. Idem subactus in cera pręparata oleo Cyprino aut musteo aut generis alterius ex iis: quę excalfaciant: comitiales morbos insigniter iuuabit.

LAPIS OPHITES DCCCCLXXXXVI

Phites Lapis alius grauis & Nigricans. Alius Cineris colore aut fauil-
o lę, Interpunctusq;. Alius Candidus lineis. Omnes adalligati Serpentium ictus & capitis dolores sedant. Priuatim Phreneticis & Lethargicis adalligari Iubent candicantem.

LAPIDES SPONGIARVM DCCCCLXXXXVII

Apides qui in Spongiis inueniuntur natiui calculos rumpunt in Vino
l poti. LITHOCOLLA DCCCCLXXXXVIII

Ithocolla Temperatur Lapide pario aut Marmore cum Taurino Glu-
l tino. Potentia eius ut in stilo accensa incommodantes pilos in Oculis deglutinet.

LAPIS OSTRACITES DCCCCLXXXXIX

Stracites similitudinem Testæ habet crustaceę perq̄ fissili natura. Pro
o punice leuigandorum corporum feminis assumitur. Menses iis denario ponderis epotus compescit. Quod si a purgatione drachmis duabus in quatriduum bibatur: conceptus arcet. Cum melle illitus mammarum collectiones refrigerat: sistitq; nomas.

LAPIS SMIRIS M

Miris est lapis: quo Gemmarii sculptores poliendis gēmis utūtur: ad-
s ditur in septas & caustica, & ad gingiuarū fluores dentifricii quoq; usu.

HARENA LITTORVM MI

Rena littorum Maris candens in medicina est siccandis corporibus
a suffusorum aqua coopertis ea excepto capite. Torretur & ad siccas excalfactiones in Saccis pro Milio, aut Sale.

COTES MII

Otis Naxię Ramētum, quod attrito ad eam ferro quęritur: Alopecias
e inunctum pilis explet. Mammas uirginibus illitum prohibet tumescere, lienem extenuat cum aceto potum & comitialibus prodest.

GEODES LAPIS MIII

g Eodes Lapis astringit, siccat, obscuritates uisus abigit. Eodem inuncto

ex aqua inflammationes mammarum & testium finiuntur.

TERRA IN COMMVNE MIIII

Terra omnis quę in medicinę usum recipitur: Frigerandi uim habet, ag-
t glutinandiq;. Discrimina e speciebus nascuntur: cum alię in alias utili-
tates certo queq; apparatu commodiores fiant.

TERRA ERETRIA MV

Terra Eretria differētias habet duas. Nāq; & uehemēter alba est & cine-
t rea quæ & præfertur. Probant quæ mollitie sit notabilis, & quę, si æra
præducantur: lineam uiolaceo reddat colore. Lauatur ut cerussa: Item
sic tritam quantolibet pondere tam seorsum q̄ cum aqua patimur quiescere usq;
dum sidat: Deinde humorem ociose collo emittimus. Ipsa terra siccata solibus
iterum Teritur die aqua indita: uesperi ut nocte consistat: reposita. Mox dilucu-
lo effusa linteis adsiccatur in sole: digeriturq; in pastillos ut potest. Si uero ex re
sit torreri eam confracta Ciceris magnitudine in uas fictile perforatum obtura-
tumq; diligenter carbone ardenti componitur, & crebro follibus flatur: & cum
in fuliginem conuersa est aut aeris colorem satis recepit: subductis ignibus re-
ponitur. Natura ei restringere: Caua explere: agglutinare uulnera Recentia &
cruenta.

TERRA SAMIA MVI

Terra Samia pręponitur admodum candida minimiq; ponderis: & quæ
t linguę adhibita cohęrescit glutinis modo. Præterea dilui facilis: tene-
raq; ac friabilis: quæ notę spectantur in ea: quam collyrion cognomi-
nant: hodieq;. Sunt autem eius duæ species una: quę nobis dicta mox est. Altera:
quæ Aster appellatur similis crustę: densaq; ut coticulę. Vsus in medicina crema
tio & lotura: qualis Eretrię cretę. Prosunt & sanguinem Reiicientibus: sistunt
profluuia mulierum datę cum Balaustio. Contra Epiphoras testium & Mamma
rum ex aqua & Rosacco si opponantur, ualebunt. Sudores quoq; inhibent. Be-
stiarum ictibus ueneniſq; aduersantur in aqua potę.

LAPIS SAMIVS MVII

St & lapis samius in terra Samia inuentus quo aurifices poliendo auro
e & ad nitorem ei dandum utuntur. Probatio eius in grauitate & cando-
re. Astringit: refrigerat. Prodest contra uitia stomachi potu. Sensus re-
creat obtusos. Fluxionibus oculorum & ulceribus cum lacte occurrit. Videtur
& partus accelerare: & conceptus custodire grauidis adalligatus.

TERRA CHIA MVIII

Audatur Medaminibus & Terra Chia candicans & modice in cinerē
l pro cliuis samiæq; similis. Crustosa quidem & hæc albaq; est: sed pastil-
lorum figurę differunt. Effectus eius qui samiæ, ampliusq; ad extenden-
dam cutem in facie: Nitoremq; atq; hilaritatem coloris toto corpore præstan-
dum. Vsus & pro Nitro corporibus fricandis in balneo.

TERRA SELENVSIA MIX

Dem & selinusię. Assumitur maxime candida & nitens friabilis & hu-
i more accepto celerrima dilui.

TERRA CIMOLIA MX

Imoliæ cretæ duo genera. Candidum & ad purpurissum inclinans cum
c quadam pinguitudine, Frigidaq; cum tangitur. Pręferunt hanc. Vis
utriq; ad discutiendum aceto assumpto. Parotidas quoq; & alia item tu
bercula cohibet & pustulas ambustis illico inuncta reprimit. Duritias testium in
flammationesq; totius corporis repercutit. Ignibus sacris resistit. Omninoq; nu
merosas utilitates habet, si quis legitimas sincerasq; nõ degeneres earũ & adulte
ras adhibeat.

TERRA PNIGITIS MXI

Erra Pnigitis uidetur Eretriæ similis colore grandioribus glebis. Re
t frigerat applicata manibus statim. Linguæ quoq; glutinosa est, ut ad
hęrescat & pendeat. Effectus idem qui Cimolię: Tantum paulo infir
mior. Sunt qui hanc pro Eretria diuendant.

TESTÆ FORNACIVM MXII

Estæ Fornacium uehementer ustæ crustas ulceribus obducunt. Proinde
t cum aceto inunctę pruritus eruptionesq; sanant. Medentur & ad poda
gras. Strumis collectæ cera discutiendis probantur.

TERRA VSTA MXIII

t Erra e Caminis prætosta & rubens eundem usum obtinet: quem Testæ.

TERRA MELINA MXIIII

Erra Melina eundem colorem habet: quem genus Eretriæ: quod Cine
t reum appellauimus asperiuscula & digitorum attritu submurmurans
susurro pumicis: cum in micas subigitur. Aluminis ui sed remissa: quod
& gustu indicatur linguam tactu blande siccando. Corpus nitidum reddit & co
lore cõmendat hilari. Mitigat & pilos. Lepras & uitiligines expolit. Vtilis & pi
ctoribus pro pigmẽto coloribus alligandis ut durent. Medicamentis quoq; ui
ridibus inseritur. Huius cretę in uniuersumq; omnium generum laus ut sine are
nis, recentesq; sint. Molliri, friari & accedente aqua dilui teneræ.

TERRA AMPELITIS MXV

Mpelitis Creta: quam Pharmacitin nonnulli appellant, Probatur Na
a tione Syria a Seleucia: item colore nigra, & quę longis e larice carbo
nibus similis uideatur, modice assulosa, ęqualiterq; prenitens. Et si cum
subigitur oleo exiguo sparsa non tarde colliquescat. Improbatur candida Cine
rea & quæ non tabescat uncta. Vsus ad diffundendum atq; Refrigerandum. Ad
hęc additur in calliblephara & inficiendis capillis. Vitibusq; inuncta cum ger
minant uolucras siue quod idem est uoluoces earum necabit.

FVLIGO PICTORIA MXVI

Vligo pictoria e uitreariis officinis laudatissima est. Erodit, astringit.
f Fracturas perducit ad sanitatem assumpta cera Rhodia.

ATRAMENTVM SCRIPTORIVM MXVII

Tramentum librarium colligitur e Fuligine Tedarum. Temperaturq;
a in libram gummi quadrante addito fuliginis. Fit & de fuligine resinarũ
& pictoria. Huius. p. Gummi. p. semis. Taurini glutini denarius semis:
atramenti sutorii tantundem. Miscetur & erodentibus. Ambustis igni cum aqua

illinitur crasso tectorio:Nec remouetur donec persanet.Quoniam continuo curatis ulceribus sponte decidet.

EPILOGVS.V.LIBRORVM

Et quia fere iam quantũ animo cõceperam & operis instituti magnitudo creuit & copia remediorũ:quę huic inseri materię uolebam.Finẽ scribendi facio.

PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBEI DE MEDICINALI MATERIA LIBRI.V.FINIS HERMOLAO BARBARO INTERPRETE.

PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBEI DE NOXIIS VENENIS VT CAVERI VITARIQVE POSSINT LIBER SEXTVS.

Vperioribus Libris Aree Suauissime Rationem odorum:oleorum:unguentorum:arborum,& ex his fructuum lachrymarũq;:
s Item Animalium:Mellis:Lactis:Adipis frugum:oleorum:Radicum:Herbarum:Succorum:Vini genera:metallaq; persoluimus.In hoc laboris nostri extremo de Medicamentis homini salutaribus,aut pestiferis agendum est.

DIVISIO OPERIS C.I

Erbositate igitur omni de Medio sublata Redeat Oratio ad propositum:Et quoniam cõmentatio hęc bifariam diuisa est, In obseruationẽ
u uti ne ab initio quoq; nocentia ignorẽtur,maxime si fieri potest:sin quãdo nobis imprudentibus imponitur,Quemadmodum saltem præuertere atq; irrita ea facere possimus:& in remedia iis:qui ueneno iam impacto discrimen uitæ adierunt.

DE OBSERVATIONE CONTRAVENEFICIA PER INSIDIAS ILLATA C.II

Vstodiam indicare causa instituti operis prior est. Difficilis Mehercle
c ratio ut prisci existimabant: propterea q; ii: qui clam in id scelus descendunt, utuntur astu:quo uel peritissimus quisq; falli possit. Nam & amaritudines Venenorum aliquo dulci medicantur:Et graueolentias odoribus additis operiunt. Demũq; aliqua ex speciebus iis:quę iuuandi gratia ministrari consueuerunt,Adulterant,in quo maxime periclitari uidentur ęgrotantes obnoxiis omnibus per quę uiuant:nam & cibis absinthio:Tragorigano:hyssopo:Thymo Satureię:abrotano:iridi:castorio:mandari fucus potest:aut si quid aliud maleficiis quę miscentur,similitudine qualitatum respondeat:& potu in uina aspera in aquam mulsam in iurulenta in musta in Succos & alias sorbitiones condito:per quod perimi quem libeat. Proinde quibus in suspicione huius doli uita fuerit:condimenta in cibis omniũ generũ cauere debent:sapores quoscũq; intẽtiores dulcedine:sale:acore senserint uitare:in magna fame aut siti:neq; uniuerso haustu desideriũ explere, neq; auidę manus iniectione pasci:sed qualitate omnium explorata considerabũdi scrutabũdiq; manus admoliantur:in eoq; re-

ſpectu maxime laudatur, ut qui poturi ſunt: frigidam pręſumant: Quoniam appetitione reſtincta, qualitates guſtu facile præterea deprehēdant. Ne illud quoq; conſilium Ægris inutile ferimus ut potionē uſu aliquo ualitudinis ſumpturi miniſtros obiter caueant qui miſcendi uenena callentes infameſq; habeantur. Ita p hoc haud temere potio nari eos continget. Atq; hæc fere præcepta ſunt quæ ſequi oporteat: qui per errorē facile irretiri capiq; ſe nolit. Eſt & alia ratio facilior, ut iis: quibus ſuſpecta uictus adminiſtratio eſt: antecedat aliquid in cibo ſemper quod ueneficiis ſuccedentibus quaſi pręripiendo uires adimat: cuiuſmodi habentur cōmanducatę ficus ſiccę cum iuglandibus aut mala quę citria nūcupantur, aut ſemen buniadis napi denario ponderis e uino, aut Nepitę folia pari menſura, aut rubricæ eius quam lemniam ſphragidem uocari monſtrauimus ęque in uino pari pondere: aut rutæ folia cum carne iuglandium aut ſalis mica cum ficis Aridis duabus ieiuno. Quodcūq; horum quis pręſumat nullum ei malum Medicamentum nocebit. Idem pręſtant antidota propinata ex uino: quale eſt quod ſcinco, & quod ſanguine animalium quorūdam componitur & Mitridatium nobile cognomēto magnum. Sunt & corporum quorūdam priuati Coalitus itemq; habitus genere aliquo Edulium & potionum quęſiti, aut peculiariter uini cōſuetudine copioſioris parati a quibus exitialis illa uis medicaminum quaſi frangit: neq; peragi, aut permanare in uenas priore cibo fartas ſufflataſq; permittitur.

DE OBSERVATIONE CONTRA VENENA Fortuita. C.III

Via uero incidunt ſæpe tempora: quibus nullo inſidiante alteri pericu-
q la eadem ueneni hominibus inferantur, ut in peregrinationibus atq; ſolitudinibus neceſſarium exiſtimo non nihil & in eam rem præcipere. Primum igitur cum metus ille adeſt, prouidendum eſt ut locis q̄ fieri poteſt ſubdialibus coquantur, parenturq; tum eſculenta, tum potus. Secundo ut intra tectum culmina diligenter explorētur: quia Crebro fiat, uti ex Lacunaribus, ſubiectiſq; trabibus beſtiolę decidant Peſtilentes: qualia uidentur Phalangia & aliæ quædam ſerpentiū preſertimq; aſcalabotę id eſt tranſmarini ſtelliones appellati. Tertio ut qui uinum doliis exhauriunt magnam in obturando eo probe curam adhibeant. Trahuntur enim odore uini ſerpentes & multoties euomunt in bibēdo uirus, aut collapſę immoriuntur: quæ cauſa plerūq; familias interemit.

REMEDIA VENENORVM COMMVNIA C.IIII

Vemadmodum inſidias uitare oporteat uitam ueneno petentium, aut
q qua cuſtodia uti pro ſe quiſq; debeat, ſatis indicauiſſe uideor. Quod ſi quis aut deſponſione animi uenenum ipſe ſibi attulerit: aut fraude alterius biberit: nulla mora ceſſandū, quo minus auxilia protinus corrogētur. Alioquin dilatis iis: uſq; dum ſigna compareant: quę de ſingulis uenenis ſua eduntur: inualeſcit malum, & irremediabile fit. Si ergo ii: qui hauſerunt ſcientes aut profiteantur ipſi nominatimq; reddant uenenū, aut ab iis: qui interuenerint: prodantur: extemplo remediis prolatis: quæ ueneno illi contraria ui reſpondeant: facile retrahentur in naturalē & priſtinū corporis ſtatū: neq; uero aſſenſum iis accōmodent: qui maleficia id genus irreparabilia & cōclamata eſſe putauerunt. Qui enim ueriſimile eſt Morbos: qui cęcis latentibuſq; cauſis & intrinſecus abditis

oriantur:

oriantur.curationem recipere uenena quæ ſint euidentia: & deforis ueniant, cura ri non poſſe.Illud proculdubio uerum eſt:omnes ægritudines quocunq; modo ac ceſſerint pro magnitudine incurrentium cauſarum, pro habitu & affectione cor porum præcedente, curabiles, aut incurabiles exiſtere.Quoties autem pertinax ſi lentium uel deliria ſuperueniunt, aliterue agitur deſtinato forte uiuendi fine:quo minus compertum nobis ueneni genus fiat: Tum ad pręſidia uaga & omnibus ue nenis communia feſtinandum eſt.Nullum porro communius haberi conuenit q̃ id quo uenenum anteq̃ coaleſcat exturbetur foras per locum qui proxime exitum ſit.Quamobrem tarditate omni detracta oleum calidum proferre oportet, aut p ſe, aut cum aqua ut reddatur ſubinde uomitionibus, aut ſi oleum pręſto non ſit: (Sunt enim loca in quibus non proueniat) Butyrum loco eius ſuccedat cum aqua calida aut Malua, aut Lini ſemine, aut Trago, aut Silicula, aut Semine Vr ticæ, aut Alicę decocto. Non ſolum enim Homo facile ita reiectionibus leuabi tur nauſeabundo & effuſo in uomitiones ſtomacho: Verumetiam detractionibus per aluum exulceratione omni repercuſſa. Quoniam natura earum rerum acri monias hebetet:ac retundat.Hoc autem liquido comprehendi poteſt experimen to:quod ſi quis ulcerare cutem uolens calce uiuo, aut fece, aut cantharide, aut alia ui cauſtica:oleo corpus perungat: fruſtrabitur: neq; ulcus excitabitur in corpo re.Item ſi quid adſtringere uehementer, aut refrigerare libeat: confricatis ante membris oleo, ludetur opera:ac uomitus quidem non in eo tãtum iuuat, quod exi nanit excernitq; quod nocet:Sed in eo quoq; quod uenenum ipſum plerunq; nũc odore:nunc colore:nunc globulis repreſentat atq; prodit.olacitas & amaritudo notę ſunt Cicutæ, color Ceruſſam, Gypſumq; indicat.Globi lac & ſanguinem a iugulo recentem denuntiant.uirus qualitas, fetor Leporem marinum & Ranam rubetam oſtendunt.ut per hęc aliaue ſigna occurrere periculo poſſimus.Reiectis uulgarib9 ac ꝓmiſcuis, inuicẽq; admotis peculiarib9 & ſuis cuiq; priuatim aduer ſantibus adiicit oleo & ſuccus maluæ decoctę, aut Glaucion, Anſerinus ue adęps aut ius e pinguiſſimis carnibus, aut lyxiuiũ e cinere focario.ſimulac uero uomi tione depulſum id mali eſt, ne qd in aluo ſubſidat:qcqd ex eo in inteſtina decubuit clyſtere aſperoforas eluit.In eodẽ uſu & nitrũ infriat in aquã mulſã, bibẽdũq; da tur.prodeſt & copioſum uinum & uetus: Item iura gallinaceorum, piſces quoq; præpingues:caro uetus & adipoſa, & quęcunq; aruina uel recenti Butyro condi ta. Nam & uentrem ducunt ut dixi & ſtomachum ſoluendo paratiorem eum ad uomitus efficiunt:ſubindeq; acrimonias reſoluunt & meatibus corporum con ſtipatis acumina uenenorum & impetus retardant. Dantur obiter quędam & ex communibus ut terra Lemnia, Abrotonum, Agaricũ, Irio, Radix Heringii, Se mẽ Paſtinacę ſylueſtris, Nardũ Gallicũ, Caſtoriũ, Medulla uiridis Ferulę, Nerii flos:cui cognomen Rhododendro eſt.Succus Marrubii, Laſerpitium aut Laſer. Sagapenũ, panacis Lachryma, Succus Peucedani & Radix Ariſtolochia oblon ga, Semen Rutę ſylueſtris, Folia Ceſtri:quæ dicitur Betonica, ſingulorum mo dus drachma ex uino.confert & polii decoctum & Pix liquida in farinam contri ta linctu.Sed generoſiſſime auxiliantur antidota: quorum compoſituras in Li

bri calcem diſtulimus. Erratica hæc & in commune ſunt remedia.

NON OMNIA: SED MVLTA ESSE VENENORVM ET SIGNA ET AVXILIA COMMVNIA. C.V

Illud ſciendum ex accidentiis: quæ committentur, in uniuerſum uenena intelligi poſſe uti communia eis & remedia opponi debeant. Fere enim plurima ex iis habentur genera: quę ſimiliter afficiant. Ideoq; haud temere multa ſunt: contra quæ communia præſidia non ualeant. ac ſunt quidam uaria ac multiplicia: quibus Vita Homini hoc modo adimitur: Sed affectiões: quæ indidem eueniunr communes uidentur: nec omnino multę. Fieri porro nequit ut accidentia ex uno aliquo ſequantur omnia. alias ſuperuacuus eſſet labor iſta ſcrupuloſe commentantium & ſingulis uenenis remedia nominatim ſua dicantium. Nam ſtomachum frequenter dolere & aluum & inteſtina & iecur & ueſicam & renes: Item ſingultire, morderi, tremere, obmuteſcere, algere, conuelli, uenarũ ictus procũbere, difficile anelitum trahere, intempeſtiua ui ſomni auferri & rapi, uertigines ſentire, pręfocari, ardere ſiti, ſanguinem erumpere, torreri febribus: lotium non tranſire, torminibus uexari, crebro uomere, nauſeari, cutem adrubeſcere, ſubliuere, palleſcere, dementare, ſtertere, per omnia membra deficere ac reſolui, aliaq; tum facere multa, tum pati, ex unius tãtum ueneni poculo ſequi omnia hæc haud promptum inuentu ſit. Singula utiq; in affectiones uniuerſales ſecantur. ut ratione communium ſubducta breuis præterea capitum numerus relinquatur, quamobrem genus ueneni de aliquo prædictorum accidente nõ cognoſcitur. uredo. n. oris ac linguæ, inflammatio ſtomachi, alui, renum, ueſicæ, cruciatus urinæ uehemẽs. Interim ſanguinis parte illa emiſſio: Multarum in corpore partium cõmorſio ac ſuccenſio: non cantharidum modo argumenta ſunt: ſed Bupreſtis, Salamãdræ, Pityocampes. Marcor, Sopor, Inexpugnabilis dormiendi, ſtertendiq; neceſſitas, liuor, Pallor, Torpor, Algor, Ereptio ſenſuum, Roſio per omnia corporis Membra notæ ſunt, non Meconii tantum, Sed Mandragoræ, ac Cicutæ. mens commota non Apollinaris modo herbæ, Sed toxicorum omnium. ſic enim uenena quędam appellantur, comes & aſſecla eſt. Itemq; aconiti & mellis põtici quod in Heraclea naſcitur. pręfocatio non ſolum a Fungis infertur, ſed a ſanguine taurino, Lacte, Gypſo, Ceruſſa, & Aconito. prorſus difficile eſt ſingula indicia, ſingulis reddere: quibus uenena quęq; noſcantur. præſertim cum in morbis aliis eadem ſępenumero conſequantur incommoda. q̃q̃ refert pręſentaneum ſit uenenũ, an uexationes longas inducat. In priore ſigna reddi quadamtenus poſſunt: ſicut docebimus. in altero ſine labore curatio exigitur Indicante ſe proceſſu maleficio: regenteq; auxilia: Nam uenena languida & quę a peremptorio illo acumine receſſerunt: In diuturnas communeſq; cęteris morbis affectiones tranſeunt: Quo fit ut proprietate eorum tempore abolita & in longinquas admonitiones retracta noxię id genus omnes in rationem unam cum morbis longinquis recidant.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0250-6 DFG

In quo iam opera medicinæ facilis & ſine alea eſt. et hęc ſunt quę in commune ceu remedia quædam uaga & tranſlatitia proficiunt.

VENENORVM INDEX C.VI

Onſequens ab hoc eſt uti membratim ea recurramus, adiunctis quæ ſeor
c ſum in quodq; genus ſingula conueniant: ſed priuſq̃ iſtuc accedimus, be
ne eſt, ut collecta unum in locum uenena omnia, tanq̃ in fronte ſpecten-
tur: quęcunq; aut interimendi aut debilitandi uim quolibet ordine ſortita uidean
tur, admonendis obiter ſtudioſis omnibus nõnulla ex iis: quæ ad rationem ſalutis
accomodantur: inter uenena collocari. quandoquidem neglecto prębendi modo
ea quę ſint etiam innocua: plurimum officere conſuerunt: & uſu eorum frequenti
pernities ſępenumero conſecuta eſt. Ex animalibus ergo quæ perimant: ſunt can
tharides, Bupreſtis: ſalamandra: pityocampe: lepus marinus: rana rubeta læuis:
rana paluſtris muta: hirudines hauſtę. ex ſeminibus uero Hyoſcyamus: corian-
drum: cicuta: pſyllium: melanthium. ex ſuccis & lachrymis meconium: opocar-
paſon: Thapſia, Elaterium, Mandragora. Ex Radicibus Aconitum: Veratrum:
Thapſia: Viſcum: Agaricum nigrum. Ephemeron, quod aliqui Colchicon ap-
pellant: quoniam naſcitur in Colchis. Ex Oleribus atq; plantis, Smilax, quã alii
Milon, Romani Naxium aut Taxum uocant, Strychnõ cognomento Inſanum
quod & Doricnion uocamus: Herba Sardonia: quę ranũculi ſpecies eſt. Papauer
cornutum: Pharicon & toxicum: ruta ſylueſtris: Fungi: Ex partibus animalium:
ſanguis taurinus recens: lac coagulatum: mel inſanum id eſt ponticum ab Hera-
clea. Ex metallis Gypſum: Ceruſſa: Calx: arſenicum. ſandaracha: Hydrargyron
argenti ſpuma plumbum & adarcha. E liquoribus domeſticis uinũ copioſum ra-
ptim a balneis potum aut paſſum, aut etiam frigida.

CANTHARIDES SIGNA ET CVRATIO C.VII

X Cantharidum potu ſigna inſequũtur ſæuiſſima: primum omnia fere
e quæ ab ore pertinent ad ueſicam ſentiũtur morderi, ad guſtũ ſimile quid
dam cedrię atq; pici redditur. præcordia dextera inflammantur: difficul
tas urinę ſuboritur. Interim per urinam & ſanguis excernitur. ſedimenta alui: qua
lia dyſentericis. contingunt & animi deliquia & uertigines & faſtidia. in finem ab
alienatio. prius ergo q̃ aliquid tale eos adoriatur, cogendi ſunt uomere oleo dato
aut aliquo ex iis quę ſupra meminimus Et cum plurima exinanitio facta fuerit:
Tum clyſteribus aggredi conueniet: ſuccum alicę infundendo, aut Orizę: aut tra
gi aut ptiſanæ, aut maluæ decoctum aut ſeminis lini, aut fenogræci, aut radicum
althęę illius: quæ a romanis Ebiſcus uocatur. ſuperbibere uero ex aqua mulſa ni-
trum oportet ad impellendum eluendumq; ſi quid etiamnum ſtomacho interane-
iſq; adhæreſcat: & ſi ne ſic quoq; diſcuſſum fuerit: euacuare oportebit aqua mul-
ſa cum nitro in aluum data. Deinde uinum aut paſſum offerre ut bibant intritis
cum eo nucleis pineis & cucumerum ſeminibus. ſunt qui lac probent aut aquam
aut adipem anſeris liquefactum in defruto. partes uero quæ inflãmatæ ſint: illinẽ
dæ ſunt farina ordeacea cum aqua mulſa incocta: Nec adhibenda tamen initiis
cataplaſmata ſunt: quia excalfactis corporibus Remedia contineantur: quæ
Defendendis & muniendis illata Vitalibus fuere. Proceſſu efficaciſſime op-

ponuntur: inflammationumq; pericula & dolores insigni profectu mitigant. interea oleo aliquo ex calfacientibus perunctos subinde in solium descendere lauariq; iubebimus ut per cutem quoq; summam (si fieri potest) pestis inusta corporibus egeratur: in plenumq; omnibus modis agenda exinanitio est, ne quis habitus, aut stabilitas affectioni pessimæ quęratur. laudantur cibo iis carnes gallinaceorum: porcellorum: ædorum, quas & præpingues haberi & q̃ tenerrimas curẽt easq; additis lini seminibus decoquant. per hęc enim futurum est, ut & uentrẽ fluere & acrimonias hebetari necesse sit. porro in potu uinum dulce copiosumq; proderit. Auxiliaria esse constat & corticem turis & cretam, quę aster dicatur: utrunq; denariis quaternis in denario passi ministrantibus. Item pulegium ex aqua tritum & oleum irinum aut rosaceum cum decocto rutæ, surculisq; uitigineis tenerioribus contritis in passo. Sed potentissima in hoc genus antidota iudicantur ex aqua mulsa denariis quatuor.

PITYOCAMPÆ. SIGNA ET CVRATIO C.VIII

e Ruca pinorum siue Pytiocampa confestim q̃ illata uisceribus est: uexatio in ore, palatoq; insequitur. uehemens stomacho, aluo & linguæ inflãmatio. intestina corripiuntur magnis doloribus: superq; ceu morsicus apprehendi uidẽtur. Feruores corpore uniuerso, interęstuationesq; sentiuntur. cõtra hoc malum promenda sunt quęcunq; contra cãtharides. illud peculiare in eo ut uice olei simplicis melinum adhibeatur: quod e cotoneis malis & oleo temperari Docuimus.

BVPRESTIS. SIGNA ET CVRATIO C.IX

b Vprestin qui bibere, persentiscunt gustu quandam ueluti putrilaginem uirusq; nitri. comitãtur eos dolores stomachi & alui subinde inualescẽtes, earundemq; partium insignes & euidentes inflationes ut uideri possint hydropici: toto in corpore cutis attenditur. urinę non transeunt. auxilia eadem: quibus uenena cantharidum domantur. priuatimq; post detractiones utralibet parte comissas: aridam ficum edisse aut decoctum earum in uino bibisse laudatissimum. utile est & palmulas Thebaicas & pollinẽ earum cum lacte aut mulso & pira cuiuslibet generis; etiam mulierum lac dedisse, sed inclinato tamen ac decedente iam periculo.

SALAMANDRA. SIGNA ET CVRATIO C.X

s Alamãdra linguam accendit: menti negocium facessit. tremorem cum quodam torpore defectioneq; aggenerat. liuores quosdam in corpore attollit orbiculari forma, qui maleficio durante multotiens computrescunt: & defluunt. machinamenta & aduersus hanc quæ contra cantharidas probantur: seorsumq; resinam commendant e picea, aut galbanum cum melle ut lingãt. Damus iis & chamępityos decoctum contritis in eum nucleis pineis. probantur & urticæ folia cum lilio cocta ex oleo. Damus & oua testudinis marinæ, aut terrestris, quæ utiq; sint decocta. Damus & ius ranarũ in quo radix Eryngii sit concocta.

EPHEMERON. SIGNA ET CVRATIO C.XI

e Phemeron: quod alii Colchicon: alii Bulbũ erraticum appellãt pruritus excitat toto corpe nõ alios hercule q̃ scilla urtica ue carnib⁹ affricatis.

Idem remordet intestanea, stomacho ardores molitur non sine quodam insigni pondere. maleficio autem inualescente per inferna sanguis expellitur cũ strigmẽtis. occurrendum ut Salamandrę uomitionibus & clysteribus: & anteq̃ uires sibi maiores uenenum corroget: Dandum est eis foliorum Quercus, aut glandium, aut mali Corii decoctum, aut Serpilli cum lacte, aut Polygoni succus, aut surculorum uitis, aut rubi, aut ferularum qua tenerrimę sunt: medulla aut Baccarũ myrti cum uino succus: Ipsæ quoq; Baccæ seorsum pinsitæ in farina & in aqua mersæ præsidium allaturę sunt: Epoto in quo maduerunt diluto ad eundem effectũ probatur & castanearum interior tunicula: quæ in iis media & corpori proxima conspicitur. si cum aliquo e succis quos indicauimus bibatur. Origanum quoq; potũ cum lexiua utilitatem eandem pręsentat. Illud uero exquisitissimum esse creditur, ut asininum lac bibant & simul in ore contineant, si hoc possit fieri: nihil esse prędicant quamobrem aliunde remedium petatur.

DORYCHNIVM. SIGNA ET CVRATIO C.XII

Is: qui Dorychnium pauerint, siue ut alii appellare malunt Strychnon
i insanum huiusmodi notæ accidunt. sapor lactis cuiusdam in gustu. creber & cõtinens singultus. linguę dilutio: sanguinis uniuersi reiectio: mucosa per aluum excrementa, uelut in dysenterico egerũtur iis: sed prius q̃ aliquid horum sequatur, quęcunq; superioribus. uomitiones dico infusionesq;, aut siqua sunt alia: quæ maleficium elidere foras habeant. priuatim uero aqua mulsa: lac caprinum, asininumq;, Item passum cum aniso tepefactũ, amygdalæ amarę, pectuscula gallinaceorum decocta, omnis generis conchylia, siue cruda: siue tosta, quomodo & locustas marinas & gammaros laudant: & ex iis iura.

ACONITVM. SIGNA ET CVRATIO C.XIII

Conitum obiter cum bibitur, lingua dulcescit cum quadam astrictione.
a ab eo uertigines statim commouet. pręsertimq; dum assurgitur. oculi humore implentur: pondus in pectore, pondus in pręcordiis sentitur: cum eoq; flatus multus editur: Ergo aut uomitionibus confestim leuandum id erit: aut clysteribus deiiciendum per inferna. propinandum uero prius Rutam aut marrubium, aut origanum cum uino, aut absinthium, aut Erucam, aut abrotonum, aut chamæleam, aut chamępityn. conuenit & opobalsamum instar drachmę cum lacte: ruta castoreo pipere in uino coagulum ædi leporis: inuli ex aceto: recrementum ferri quod scoriam uocamus: ipsum ferrum, aurumq; & argentum candentia omnia: & uino restincta humore illo in potum dato. lexiua quoq; cum uino & gallinaceus indidem decoctus & carnium bubularum prępinguium iura ex uino. specialis herbæ abigæ auctoritas aggrediendi, debellandiq; aconitum eamq; in heraclea ponti Holcyron uocant, ubi & aconitum fit. Athenienses Didoniam: Euboea Sideritin.

MEL INSANVM. SIGNA ET CVRATIO CXIIII

Abetur & Mel insanum quod nasci ad Heracleam Ponti diximus.
h Pastum aut potum similiter ut Aconitum afficit. Subueniunt eadem: quę Aconito quoq; aduersantur: Facillimeq; mulsum crebro sumptum cum foliis Rutæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0253-4 DFG

CORIANDRVM.SIGNA ET CVRATIO C.XV

Oriandrum latere non poteſt.odore proditur illico. rauceſcunt qui hau
c ſere.Inſanientes intemperanteſq; linguæ fiunt temulẽtis ſimiles : turpia
& obſcœna blaterant.totum uero eorum corpus coriãdrum obolet.ſup
petias it poſt reiectiones cum oleo Irino ut dictum eſt, commotas uinum meracũ
cum Abſinthio, item ſincerum. Oua quoq; in patinam depleta & ſubacta cum ſal
ſugine in ſorbitionem prębentur.ſalſugo quoq; ipſa & ius ſalſum ex Gallinaceo
& anſere, Item paſſum cum lexiua inſumptum.

PSYLLIVM.SIGNA ET CVRATIO C.XVI

Syllium algores cõtrahit toto corpore ac torporem cum laſſitudine ac
p triſticia.reſiſtunt ei quęcunq; in coriandrum præcepimus.

CICVTA.SIGNA ET CVRATIO C.XVII

Icutæ potu capiti uertigines & caligines inferuntur, adeo ut ne minimũ
c quidem ad contuendum lõginqua luminis ſuperſit .iam ſingultus, demẽ
tię, Frigus extremitatum in fine conuulſi diſtentiq; præfocantur, ſpiritu
uidelicet:qui reciprocare haberet, intercluſo & procumbente.igitur uomitiones
initio ſunt ciendæ:quibus deſiſtens in ſtomacho uirus eiiciatur:Deinde agendum
iniectionibus ut quod prolapſum ex maleficio in aluum & inteſtina fuerit exer-
natur euadatq; foras: Tum quod maximum in hac peſte remedium eſt, Meracum
propinare oportet:repetendum per interualla in quibus aut lac bubulum aſininũ
ue bibi utile eſt:aut abſinthium cum pipere atq; uino aut Caſtoreum & Rutam &
Mentam cum uino aut Amomum aut Styracem.uncia ponderis : aut piper & ſe-
men Vrticę cum uino aut Laurus folia & laſer æque in uino:paſſum quoq; per ſe
copioſum bibendo inſigne iuuamentum contrahitur.

SMILAX SIGNA ET CVRATIO C.XVIII

s Milax a quibuſdã, Thymilon a Romanis Taxus appellata, corpori uni
uerſo frigus molitur:ſtrãgulat:cõficit celeriter.cõueniunt quę in cicutã.

OPOCARPATON.SIGNA ET CVRATIO C.XIX

o Pocarpaton ſoporem præfocationemq; i mportat.iugulat ociſſime.re-
creantur quibus Cicuta periclitantes.

SARDOA HERBA.SIGNA ET CVRATIO C.XX

Erba Sardoa ranunculi genus eſt.pota hæc aut comeſta mẽtem ſtatu ſuo
h dimouet.Diſtentiones neruorum & labiorum contractiones facit. dehi
ſcereq; in rictus ora cogit, imagine ridentium plane reddita, ut ob id ſar
donius riſus in prouerbium uſq; famigeratus eſſe uideatur primum.Ergo ſtuden-
dum eſt ut nauſea correpti uomitent:uomitionibus finitis dari oportet aquã mul
ſam & lac bibenda q̃ largiſſime:dein excalfactoriis medicamẽtis oblini ac made
ſcere, ita ut oleo corpora tota diffluãt, craſſeſcãtq; penitus.ſolia uero in quæ mit-
tantur oportet eſſe tẽperata oleo & aqua calidis.Egreſſos ſuperinungere uehe-
menter & defricare conuenit . in totum curationes eas omnes adhibebimus quę
contra conuulſiones adiungi ſolent.

HY OSCYAMI.SIGNA ET CVRATIO C.XXI

h Yoſcyami hoc eſt apollinaris herbæ paſtu potuq; alienatio animi, qua-

lis e Temulentia consequitur; In eoq; ratio medicinę facilis. A qua mulsa copiosa, aut lacte infuso per os: In quod potissimum quæritur ex Asina. Sin occasio eius non sit e Capra uel Boue. Medentur & Ficus siccæ decocto. Nuclei pinei, Cucumerum semen In passo. Vinum salsum cũ suillo adipe recenti ac dulci. Semen urticę, nitrum ex aqua. Intubum erraticũ: sinapi: allium: cępa: quę sumant in uino. Deinde iubentur quiescere, ut quemadmodum ebriosi solent: excoquant.

MANDRAGORA SIGNA ET CVRATIO C.XXII

m Andragora epota cõfestim adest sopor marcorq; corporis, dormiẽdiq; improba necessitas, ut a lethargo nihil interfit. Sed anteq̃ indicia ea erũpant: uomitiones moueri & aquam dari mulsam conueniet: ab eo nitrum & absinthium in passo aut uino dulcescente Caput Rosaceo & aceto perfunditur. Excitantur idẽtidem uellicatibus & olfactoriis: qualia sunt eupatoriũ: sinapi: testes fibri: acetum: ruta: odor a lucernarũ extinctu: Quod si ne hoc quoq; modo expergiscantur: sternutamenta inferre aliaq; somniferis morbis communia excogitare oportebit.

OPIVM SIGNA ET CVRATIO C.XXIII

o Pium hoc est Lachryma papaueris quibus sit haustum: soporem cũ refrigeratione inducit & uehementem pruritum: adeo ut concipiente uires medicamento altissimum somnum plerumq; abrumpat. Halat uero succi eius odor circũsecus ab omni corporis parte prodendo se. Igitur Vomitionibus ex oleo & iniectionibus acrium specierũ peractis auxilio erit acetum mulsum cum sale potum, aut mel cum rosaceo calefactum & Vinum Meracum cum scopis absinthii Cinamomo ue largiter insumptum aut acetum per se calidum: Item nitrum cum aqua: & Origanum cum lexiuio aut passo. Semen quoq; sylue stris rutę cũ pipere uino & panace. Item piper cũ aceto mulso & castoreo: aut satureiæ aut cunilæ bubulæ decocto, & uino adiectis: & ii quoq; olfactu excitari debent subinde & in balneas feruentes ad restinguẽdos pruritus descẽdere: simul lauere: pinguia iurulenta cũ uino passo ue tradũtur ut bibant. Itẽ medulla cũ oleo.

PAPAVER CORNVTVM SIGNA ET Curatio C.XXIIII

p Apauer cornutũ cibo & potu enoxat ut opium. Cura parili depellitur.

PHARICON SIGNA ET CVRATIO C.XXV

p Haricon gustu quidem omni assimilatur nardo: sed resolutionem facit neruorũ cum alienatione mentis atq; spasmo. Purgatione ut in cęteris præmissa uinum absinthites bibendum cũ myrrha uel Cinnamomo uel nardo gallica: quã serinen appellauere: uel nardi spica drachmis duabus in passo & myrrhæ obolis totidem: Item cum Iride ac rosa in uino. Caput uero erasum prius farina ordeacea illinendum cum ruta trita & aceto.

TOXICON SIGNA ET CVRATIO C.XXVI

t Oxicum Nominatum uidetur ab arcubus: quoniã barbarorum sagittę in præliis tingerentur illo. comitatur inflãmatio labiorũ atq; linguæ. Furor indomitus, obuersatio uariarũ imaginũ: quibus illorũ mens prę cipue addicta fuerit. Omnino difficilis medicinæ curatio proponit: raroq; unq̃ accidit quẽquã seruari: qui biberit. Quamobrem uincire conuenit primum eos

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0255-6 DFG

Dein cogendi ſunt Vinum dulce cum Roſaceo bibere: mox Reiicere. Ingerendum & ſemen Rapi cum uino priuatimq; Radix quinquefolii: ſanguis Hircinus aut Caprinus. In eundem uſum & cortices quernus fagineus & Ilignus ſubacti lacte dantur. Prodeſt & cotonea mala eſſe trita: aut cũ pulegio ex aqua, Item amomum & balſami ſemen in uino. Quod ſi qui forte periculum effugere, diu in lecto inutiles iacent: conualeſcenteſq; etiamnum raro ad ſanitatem perueniunt: & reliquam uitam uelut attoniti ac ſtupentes exigunt.

VISCVS SIGNA ET CVRATIO C.XXVII

u Iſcus qui & Vlophonon uocatur quẽdam odorem Ocimi & ſaporem in bibendo refert. Inflammatur inſigniter lingua: deſipiſcit & aliena loquitur: qui hauſit. Excrementorum meatus obturantur omnes. Strepitus uentris ac murmura cum animi defectione cõmouentur: neq; cupiditas deſidendi quicq̃ ultra proficit. Succurrit poſt Vomitionem multam & deiectionem per aluum bibiſſe dilutum abſinthii cum uino copioſo mulſo ue aceto: aut ſemen rutę ſylueſtris, aut radicem Laſerpitii, aut decoctum Tragorigani cum aliquo ex prædictis, uel cum Lacte, uel Terebinthi Reſina, uel Nardum uel Caſtoreum, uel Silphium ſingulos obolis in Vino. Iuglandiũ quoq; nucleos cũ Reſina detritos & caſtoreo & ruta denariis omniũ: nec nõ chamęleam drachmis duabus aut thapſiam totidem cũ aqua mulſa. Vtiliter & acetũ incalfactum prębetur.

CERVSSA SIGNA ET CVRATIO C.XXVIII

n E Ceruſſa quoq; iniuriam ſuam occulit. Deprehenditur colore illico: quoniam palato & linguę Tectorium album ſponte ſua inducat & dentibus mediis prodatur candore. Singultus: tuſſis: ariditas linguę: refrigeratio partium extremarum: Mentis cõmotio: corpus fere demortuum Notæ illius ſunt. Leuantur aquam mulſam bibẽtes: Item ficorum decocto, aut maluæ, aut Lacte calido. Seſama quoq; in Vinum trita uel lixiuius cinis euitium ſarmẽtis uel oleũ Amaracinũ ſiue Irinũ, Vel perſicorũ oſſa cũ Liliorũ decocto uel colũbarũ Oua cũ Ture, aut Ordei ſucco decocti aut prunorũ: Itẽ gũmi ex ulmo & humor ĩ folliculis eiuſdẽ arboris inuẽtus cũ aqua tepida: ſubĩde ut uomãt. Proficiet ad eos & ſuccus thapſię & lachryma ſcamonii altero eorũ cũ aqua mulſa epoto.

FVNGI SIGNA ET CVRATIO C.XXIX

f Vngorum Alii genere, Alii copia iugulãt. Ex omnibus prę ſocatio exiſtit: qualis in ſuſpendioſo. Prę ſidiũ cõmune uomitio potu olei excita: tũ cinis euitibus mirabili effectu: Item e ligno piraſtri cũ poſca & ſale aut nitro: ipſa quoq; Pira ſylueſtria foliaue incocta cũ fungis uirus eorũ exitiale anceps detrahunt. Et ſi edantur quoq; uel ſeorſum adiuuant. Medẽtur & gallinarum oua in poſca cum malo terrę drachma una & abſinthium cum uino & melle cibo & potu. Citrago quoq; cum nitro. Radix e panace in uino. Fex uini cremata in aqua. Æris flos ex aceto: Rhaphanus: Cardamomum: ſinapi.

GYPSVM SIGNA ET CVRATIO C.XXX

g Ypſum obſtrangulat denſatum in Lapidem: proindeq; auxilia: quæ in fungos reddimus, Tranſferenda huc ſunt. Superq; decoctum Maluæ: quod uice olei aſſumendum eſt: Nam & pinguem naturã habet & in uo-

mendo tam fluxam atq; lubricam ut transitu ueneni eius intestina corporis uelli stringiq; non sinat: quod alioquin faceret gypsum quoties silicis duritia cõcresceret. Est & in oleo utilitas cũ aqua mulsa & ficus decoctę succo: & lexiuio & uitibus & ficis in uino copiose sumptis. Cõmendatur & Origanum & Thimũ cum aqua lexiuia uel aceto uel passo. Perluendi sunt & decocto maluæ.

TAVRINVS SANGVIS. SIGNA ET Curatio. C.XXXI

t Aurinus sanguis recens difficultatem spirandi, strangulatũq; affert oppilaris meatibus: qui circa Tonsillas gurgulionẽq; sunt: cum uehemẽti cõuulsione lingua efficitur rubicũda, Dentes inficiuntur: & in mediis iis glomuscula inueniuntur concreta. Vomitio in his abdicanda tota est. Quoniam sanguinis globi attractu illo in angusta gulę sublati celerius opprimerent. Danẽ quę sanguinem conglobatum dissoluere habeant: simulq; aluum trahant. Laudãtur grossi Lactentes in posca: Nitrũ uero etiã per se: Item omne coagulũ cũ aceto. radix & Lachryma laserpitii, semina brassicę, Lexiua ficulnea, Cunilaginis folia pipere addito, Succus rubi ex aceto. Oportet & uentrem quoq; ducere: solent his: qui seruantur, excrementa per sedem reddi stercorosa & sordida. Eodẽ tempore stomacho atq; aluo farinam ordeaceam cum aqua mulsa illini precipiunt.

LAC COAGVLATVM. SIGNA ET Curatio. C.XXXII

e Lacte coagulato creber uno impetu strangulatus aggreditur: Quoniã conglobatio intus facta sit. Pro antidoto his est coagulũ cũ aceto ut sæpe id uesci cogantur & folia nepitæ arida & succus expressę. Radix Silphii & lachryma eius posca. Thymũ in uino lutũ, lixiuiũ, salsamenta oia improbanẽ: qa spissescat iis lac: magisq; colostrẽ in caseũ: & i his quoq; periculosa uomitio est: qa retractũ in angustias gulę lac suo cõcretu animã cõmeantẽ itercipit.

SPVMA ARGENTI. SIGNA ET CVRATIO C.XXXIII

s Pumam argenti hoc est lithargyron qui biberunt grauitatem quãdã in stomacho & aluo intestinisq; sentiunt comitãte importuna ui torminũ: quandoq; uero interanea pondere uulnerantur. Vrinę subsidunt: corporã intumescunt & indecora plumbagine colliuescunt. Hos uomitione anteceden te curabimus: semine syluestris Ormini. Ex uino item myrrha octo denariis: absinthio hyssopo: semine apii, aut pipere, aut cypri flore cum mero & palumbi feri fimo exarefacto, addentes nardum atq; Vinum.

HYDRARGYRVM SIVE ARGENTVM VIVVM. SIGNA ET CVRATIO C.XXXIIII

h Ydrargyro Signa & remedia eadem sunt: quæ spumæ argẽti, q̃q̃ specialiter uidet̃ copiosum Lac prodesse. Auspicãdũ & iis a reiectionibus est.

CALX: SANDARACHA: ARSENICVM. SIGNA ET CVRATIO. C.XXXV

c Alcem Sandarachã & arsenicum dolores Intestinorum & alui cum rosione insigni consequũtur. Quare omnia oportet præberi quæ cum eo, quod temperant: suauem quoq; ac facilem exitum uentri præparent: cuiusmodi est Ibisci succus & maluę: Natura enim utriq; perlubrica. Exhibetur & lini seminis decoctum & herbę Tragi appellatæ fructus, Item Oriza. Damus &

Lac cum aqua mulsa Copiosum bibendum. Conueniunt & iussulenta quæ cum adiposa tum boni succi habeantur.

LEPVS MARINVS. SIGNA ET CVRATIO C.XXXVI

q Vibus in pastu fuerit Lepus Marinus piscem sibi Virosum olent. Hoc primo argumento ueneficium id arguitur. Aluus processu dolet. Vrinę supprimuntur, aut si quę interim transeunt colore purpureo uisuntur. Auersatio & odium & ad omne piscitium. Sudor tetri odoris. Vomitus biliosus quandoq; mixtus & sanguine: obstat ei asininum lac: aut passum: quod sępius bibatur. Item Radicis maluę ac foliorum decoctũ. Cõmendant & cyclamini Radicem tritam in Vinum: Item ueratri nigri: aut Scamonii lachrymã denariis singulis cũ aqua mulsa & acinorũ granati acidi succo e nucleis, aut pollinẽ cedriæ n uino. Facit & Anserinus sanguis datus potui calidus: & cum cęteros pisces ut prędiximus detestentur: Fluuiatiles cancros Esitant decoctos & peragunt: & iuuantur. Salutis signum in his cum admittere piscem incipiunt.

RANA RVBETÆ ET RANÆ PALVSTRES MVTÆ. SIGNA ET CVRATIO C.XXXVII

r Anæ Rubetę itemq; palustres corpori tumorẽ afferunt. Vehementi pallore uniuersa cutis suffunditur & ad Buxi similitudinem lutescit. Anhelitus ęgre trahitur: graueolentia oris molesta. Ex oritur & singultus. Interdum effluxio geniturę uoluntaria. Vinum a uomitionibus large ingestum meracum facillime sanitati restituit. Laudatur & Radix arundinis odoratæ aut Cyperi duarum utriusq; drachmarum pondere. Fortis inambulatio decursioq; ad torporem excutiendum probantur: pręceptio est ut & singulis diebus lauent.

SANGVISVGA. SIGNA ET CVRATIO C.XXXVIII

b Dellę hoc est hirudines & Sanguisugę cũ aqua epotę adhærescentes in ore uentriculi: attractis ibi partibus quẽdam ceu suctũ intelligi ac sentiri faciunt: quod & signũ habetur hirudinis pastę. Deiiciunt sorbitionibus muriæ laserisq;, foliis betę cũ aceto: Niue cũ posca gargarissatibus quoq; cũ nitro ex aqua: Item atramento sutorio ex aceto. Si uero in faucibus subsistãt, Descendẽdũ est in soliũ excalfactũ & aqua frigida in ore cõtinenda. Egredient.

VERATRVM ALBVM: THAPSIA: ELATERIVM AGARICVM NIGRVM C.XXXIX

c Æterum prudentia illa medico perneceſſaria est, ut nonnulla intelligat ancipitis usus esse quę ut ꝓposito iuuãdi ministrant, ita periculũ frequẽter, nihilo q̃ cætera uenena leuius iportãt: cuiusmodi sunt: ueratrũ albũ: Thapsia: Elateriũ & agaricũ nigrũ. Nãq; oia hęc sępe numero aut iugulant aut purgatiõe imodica debilitãt. Curatio ꝓtra hęc ut in fungis ac similibus: exinanitiones uero nimias reprimũt quęcũq; ad cõtinẽdã aluũ fluẽtẽ pollere demõstrauimus. Ac nõnulla quidẽ parũ oino uident officere: sed qbus tamen neglectis in discrimen uita deducit, hęc habere despicata aut cõtemnere nõ oportet, ut sunt ruta syluestris atq; Git.

AXOS C. XL

p Ericulum & Pappi recentes afferunt. Flores ii sunt eius spinæ: quæ uocatur axos. Contra hos uomitio sola præsidium est.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0258-3
DFG

AQVA FRIGIDA ET VINVM C. XLI

Qua frigida uniuersim ac sine interspiratione hausta: Item uinum co-
a piosum meracum pręsertim a balneis a cursu a ualidis exercitationibus
strangulationes & dolores inuehunt. In his sanguinem mittere q̃ pri-
mum necesse est: quoniam uena exonerata metus omnis momento discutitur.

EPILOGVS.

Vę signa lętalium Medicamentorum haberentur: & qua ratione obuiã
q eundũ esset iis: & qua custodia uti oporteret eos: quorũ uita talibus esset
insidiis obnoxia. Hactenus dixisse conuenit. Subscribenda erant iis an
tidota nobilia: quibus usi ueteres dicuntur. Mithridatium & quod sanguine ani-
malium constat: & quod e scinco fit: sed quoniam in cõmentariis ei generi dica-
tia accurate habentur perscripta: supersedendum nobis hoc opere censuimus.

LIBRI SEXTI DIOSCORIDIS DE VENE-NORVM CVRATIONE FINIS.

PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBEI DE VENE-NATIS ANIMALIBVS ET RABIOSO CANE. LIBER SEPTIMVS.

QVID SIT THERIACON QVID ALEXI-PHARMACON Cap. I

E uenenatis Animalibus & Medicamentis: quæ pernitiem affer-
re consueuerũt propterea scribere aggredimur, ut medicinæ pars
d quæ periodice uocatur, consumationem ambitu suo toto capiat.
Alioquin pars hęc nihilo minore usu q̃ cæterę medico futura est:
quando quidem præceptionibus: quæ hoc opere continentur &
magna pericula & graues molestias & uehementes dolores & incõmoda id ge-
nus plurima depelli, arceriq; contingit. Sũma igitur diuisione agendo bimem-
bris ut initio pręfati sumus oratio proponitur de Animalium uenenatis Ictibus
& de medicamentis Lętalibus. Prior Sermo Theriacos. Secundus Alexiphar-
macos uocatur: in quo explicando demonstrare prius est signa: quæ comitentur
percussos: deinde remedia: quibus singula tollantur. Oportet uero Medicũ pru-
dentem parata ad manum & tanq̃ in Numerato habere omnia ea: quoniam In-
tempestiua mali uis liberam plerũq; moram non patitur ad supputanda quæ po-
tissimum ualere possint: Pauca omnino sunt, cum ex Animalium numero, tum
ex pestilentibus uenenis: quæ pericula sua in longũ trahant: segniterue differant.
Ex aduersum plurima: quę celerius dicto Iugulẽt: statimq; si nõ succurratur, ope-
ram laborẽq; frustrentur: Et qui tam facinorosi natura sunt ut huic sceleri se ob-
stringant, ac uitę insidientur alienæ, pręsentaneum admoliri maleficium conan-
tur. Sed & qui desponso animo aut cõscientia peccati: aut difficultate aliqua cir-
cũuenti uenenum ultro hauserunt ut se rebus humanis extrahãt si dein aut super-
ueniant amici: aut pœniteat, opus est celeritate q̃ta maxima esse potest. Hostes

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0259-1 DFG

quoq; Iacula ſua Toxico illinentes & puteis atq; fontibus uenena diſſeminantes Repentinum & ſine dilatione aduerſariis ſuis interitum cogitant. Plane uenenū quibus ita datur nō ut obiter q̄ illatum eſt officiat: ſed ad tempus, niſi auxilia qua ſi anticipent ac preuortant: omnis deinde labor inanis & ſuperuacuus inſumit: propterea q; futurum eſt ut peſtifera illa uis iam craſſata ſit in corpus, depopulādoq; uitalia confecerit. Quamobrem non fortuito negligenterue interueniendū his erit: ſed ut in Ceteris quoq; morbis elaborandum ut artis huius prudentia ſalutem ſuam hominibus repreſentaſſe uideatur.

VENENA PERTINERE AD THERAPEVTICEN C.II

a Cueteribus quidem genus hoc de quo nunc agimus in Therapeuticen hoc eſt rationem curandi placebat referri. contra recentiores ab eo ſeparant Prophylacticū ſiue Prophylacen id eſt obſeruationem & cuſtodiam antecedentem uocantes & mediam ſtatuentes inter partem: que docet quēadmodum ſanos agere cōueniat & eam: quæ ad morbos & curationes eorū pertinet. in quod probandū ſuperuacuo & plane futili argumento utuntur. Tris inquiunt haberi corporis humani ſtatus. Vnum ualitudinis ſecunde. Alterum aduerſe. Tertium inter hos ancipitem: quo ſpecies quidem ſani, ſed affectio tamen aliqua ſubſiſtat: quæ decliuem propenſumq; faciat ad decūbendū periculo: cuius rei exemplū afferunt cōmorſos a Cane rabido, nondum tamen pauentes aquam: Item eos qui potu cantharidū tentantur, necdū tamen dolores aut urinæ tormēta ſenſerunt: oportere artem proportione triplicis habitus in tria quoq; mēbra diuidi: Hygienon hoc eſt ſanitatis tuende præceptionem: Prophylacticon hoc eſt rationem prohibendi ne corpora facile collabantur. in morbos Therapeuticon hoc eſt inſtitutionem per quam incidentes Morbos diſcutimus, ſed contra hos in eo primum inſiſtimus: quod illo quidem modo neceſſe habent nō tres ſed quatuor habitus concedere. Nam quēadmodū ſunt qui nondū quidem languēt: ſed propter cauſam impendentem aliquam Idonei redduntur: ut langueant: Ita ſunt qui non ægrotant quidem amplius: ſed nondū tamen cōualuerunt: quod uidere eſt in his: qui nuperrime ab aliqua ualitudine reſurgunt: nec uires tamen priſtinas adhuc ſumpſere. ſed quemadmodum diligentia recolligendi ſe: qui iam liberati ſunt, Therapeutice propria eſt: ita ratio cuſtodiendi ne corruant, qui propenſi ſunt eiuſdem partis eſſe iudicanda eſt. Deinde ſi ſpectes ad remedia: quibus uenena debellātur; nō temere alia parte ualidiora uehemētioraq; precipi comperies: nam & uulnera in ferendo altiſſime dehiſcentia, Item urendo, ſecando, exulcerando: potionibus preparando mille aliis modis exercendo & communiendo corpora: medicinæ ratio illa conſtat: quā ipſi Prophylacticen appellant. Ac ſunt quidem aliqui uſq; adeo contra ueritatē obſtinati, ut remedia uocari negent: quibus morbi preueniantur. quod quāobrē defendāt elicere coniectura nō poſſum. Nam & ipſum nomen Prophylaces & modus in eo genere uerſandi nihil demum aliud ſignificant q̄ remedia. Iam obſeruatio qua quis contra peſtilentiam utitur adhuc integer: cum tamen opportunus ad illam ſit iniuriam uicio aeris qui nos ambit, Cur nū in diuiſionē illam eodem modo quo uenena recidat? Quin & pars ea: que ſanitatis precepta ſeruande complectitur; nihil aliud uideri poteſt q̄ pre-

cedens

cedēs istęc custodia. Ideo enim corpora cōfirmari & fieri dura q̄rimus, ut morbis inexpugnabilia & inuicta custodiātur. Iā qd̄ in hac cōtrouersia cardo caputq; est, negare oportet qd̄ illi proposuerūt, medicinæ artis partes cōgruere cū numero statuū corpis. sed explorāda est natura generū p̄ suas cuiusq; notas, seorsūq; de singulis accurate disserēdū. Vt ipsi suis in locis ostēdimus. Sed aduersus istos causa ē, q̄ obrē plura nō dicamus.

VENENA CERTAM HABERE CAVSAM CVR INTERIMANT CONTRA Empericos. C. III

Illud potius testandum est pericula, quæ de animalibus infestis ictu, & q̄ de medicamentis aliis exitium importantibus oriri soleant, Anętiologeta a quibusdam uocari, hoc est Abditos cæcosq; morbos & quorum explicatio in causam aliquam certam rescribi nullo modo possit. similiter & auxilia qbus cōtra hęc occurritur. propterea deficiēte ratione ad disceptationē partis eius uideri percurere, cui mandata obseruatio est. utiq; si fides ita dicentibus adhiberi cœpta, quibus equidē protinus reclamo ipse. Non enim uerum id prorsus est. Sed semp qd̄ in quaq; re supuacuū, est & nullius ad opa momēti est cōiectūrā difficilē habere cernit, aut etiā oino tale est, cuius ratio ꝓprietatū nullo modo reddi possit. hoc autē & in aialiū p̄cussibus, & in uenenis interneciuis assolet cōtingere. Id. n. qd̄ in iis usū aliquē ad opus & curationē cōtinet, neq; obscurū ē, neq; causas suas nō habet. qn ab ipso se aliqs fiduciā capiēs & fortiter loq sumēs de impspicuis quoq; illis nō nihil affirmauerit. ac illa qdē seorsū extimata ꝓpter exilitatē sē usus nros diffugiūt, sed notitia eorū tñ euidēs haberi potest, ex illis ipsis inuicē collatis. quē qdē locū & Diocles in cōmētario ad Plistarchū elegāter tractauit, cuius & uerba p̄texuimus. argumēto inqt sunt cū alia pluscula, tū uiperę, scorpiōesq; ac similia, quæ tāetsi obscura & genus pusilla, diros tñ cruciatus & magna p̄icula nobis inferūt. quorū pleraq; tā exigua & uiribus imbecilla sunt, ut ne cerni qdē facile possint. q̄ta obsecro magnitudine censeri debet animal portiōe ictus, quē facit scorpio & cętera id genus q̄ carnē uulnerāt? quorūq; aliq̄ uehemēter nos torq̄nt? aliqua erodūt, nōnulla celeriter interimūt? aut qs tm̄ uirus credat esse qd̄ e morsu Phalāgii uitalibus illatū intestina oia exerceat? nimirū in tam paruis atq; tā nullis aialib9 dignosci q̄ta sit moles eius maleficii nō potest. porro affectus esse aliquos in corpe, quorū merito istęc cremētū & magnitudinē accipiāt, incōfesso est oibus sed potētiā inesse q̄dā in bestiolis illis tabificā, q̄ corporibus insinuata causam accidētis incōmodi nōnullā habeat. cōcessū & hoc p̄suasūq; uulgo est. neq; futurus sit aliqs studio cōtradicēdi p̄negādiq; tā stolidus, ut molestias eas cōtēdat aliūde ut lubet cōtingere, nō ab materia pestiléti, q̄ certa p̄te aditū in corpus tulerit. hoc aūt illud tm̄ est, qd̄ ad opus artis p̄tinet uidelicet in oi ope, q̄ res opus hoc efficiat posse ꝓnūciare. ut nihil p̄terea nobis obsit icognita ꝓprietas. q̄doqdē ratio cōmunis indicari & certissime cōphēdi potest. q̄obrē Erasistratus audaciā medicorū q̄ se ab expiētia Empicos appellauerī taxaturus causā iis ascripsit q̄ illi anętiologeta, hoc ē originis icōptę dicerēt. fateri nolēs aliquos esse morbos. quorū causa saltē q̄ trāscēderet & uniuersalis haberet, teneri nō posset. ꝓinde i causarū pictura deliniauit hāc ex cādido. nec usq; ꝓfessus est qb9 i morbis curatio p obsuationē sufficeret, ut q̄ cōtra ꝓpētiū morsus & ois gñris uenena obseruatio sola satisfaciat nul-

la penitus ratione causarum habita. Primum nempe saltem genere comprehendi possunt. Nam qd̃ sit uis corrumpens aliqua & ea in quibus cõtinetur subiecta immutans adeo ut & interimat, & horum non spetiatim, Sed generatim curationes subscribit ipse, quibus hebetari & extingui debeãt. Q d̃ autẽ subiungit iis, uenisse quem ad aquas dulces atq; poculentas & ante obseruationem, usum esse ob præcordia tenta uomitu, aut percussę partis suctu, cucurbitula, sectione, ustione, aut medicamentorum idem pollentium impositione. Ad postremum præcisione mẽbri. considerauit remedia esse aliqua naturæ ad cutem reuocantia, quę immissę in altitudinem pesti resisterent. Omnia hæc quibus aliquid dixit, recte ab eo uidentur esse dicta, & rerum ipsarum naturæ consentanea.

DE EADEM RE CONTRA METHODICOS C.IIII

Æterum mirari subit eorum qui se Methodicos uocant, prudentiam qui
e nolunt concedere uirus illud tabificum quod succedit ex animaliũ morsibus in corpora causam esse periculorum: quę creari ab eo uideantur.

Sed nomen illud quasi omnino temere impositum recipiant. Nam & apud ipsos uis ea, quę sic iniicitur Phthoropoeos hoc est tabifica, & exitialis uocari consueuit. Tabificum porro esse non potest alterius officium uideri, q̃ causæ. At illi nomen hoc tabificum simile aiunt esse iis uocabulis in quibus partes quidem orationis aliquę iunguntur. Sed significatione ac potestate carent & nuda soni prolatione continentur, cuiusmodi sunt Marsippos & Anacalyptin, & proxima his complura. atq; ut hæc intellectus certos principalesq; nõ habent, Ita & hanc uocem Tabificum commentitiam uideri & quasi productionem esse uerbi sine ullo sensu. Deinde argumentum a portione causarum concinnant hoc modo. Causarum alias esse procatarcticas hoc est initiales & originis (Sic enim appellant quęptinus q̃ iniuriam attulerunt digrediuntur, abiunguntur q;, ut lassitudines algores, æstus, similia iis) alias continentes hoc est Synecticas, quia & nocumentum afferant neq; abscedant. Sed quibus præsentibus præsentes & morbi sint increscentibus increscant, Decrescentibus decrescant, recedentibus, recedant. & omnino quibus solis ac per se manentibus effecta quoq; ipsa maneant. hæc esse fastigia causarum confessa & receptissima, uim Tabificam in neutrum genus referri posse. Non initialium, quoniam & corpus affectum esse perseuerat. Nec illa tamen exclusa est. nec continentium, quia diutissime malum adsit, ut in iis, qui a rabiosa cane sunt emorsi. Q d̃ si neq; in hunc neq; in illum ordinem reponi potest maxime consequens uideri, ut neq; per se neq; alterius consortio sit causa. Ita cum elicere nõ sit in utrã diuisionis illius sedẽ recidat uis tabifica, necessario manus dari obtineriq; ne dignatio ei inter causas ulla tribuatur. Ad hæc nostra respõsio est negari nõ posse, uocabula q̃dã esse, quę partibus nectãtur nihil significãtibus, sed factitia tm̃ sint, ac strepitu syllabarũ mero cõstẽt. illud eũdũ inficias est oia uocabula generis atq; sortis eius esse ut nihil rep̃sentẽt audita. q̃n & pauco numero habẽtur q̃ illo more efferãtur. Nã & uerbũ facere in qd̃ nomẽ hoc tabificũ deponit. cẽseri nõ potest uolũtariis illis ac temere cõuictis simile. sed significatũ p̃sefert maxime peculiare atq; ꝓpriũ. ut enim nomẽ tabis pro corruptione acceptũ mutationẽ in deterius significat, Ita uerbũ facere seorsum intelligit̃ neq; ab eo, qd̃ in composi-

tione tabi subditur. significationem sibi corrogat precariamq; possidet, sed suam & a se habet. Ergo nomen quod omnes integrum & prefectum audiũt sine aliquo significatu redditur. perinde q̃ Pædis & cindapsos: quod si dant tabe corruptione ue innasci morbum sano: dabunt & de illo cui mandata faciendi significatio est. si quidem tale aliquid habetur, quod tabem aut corruptionẽ progeneret. quicquid porro sigillatim facit aliquis, aut generat, necesse est ut causa earũ rerũ dicat̃, quę in corpore subiecto continẽtur. Idq; tam in iis uenenis. quę animaliũ immitũtur ictibus, q̃ medicamẽtis aliis pnitiẽ importare solitis. at oportet inquiũt sub altero causarũ genere collocari possint. sed errãt & hinc diuisionẽ causarum uitiosam & hiantem afferentes, quando causæ medium quoddam ac tertium discrimen habent, ut placet iis, qui Dogmatici uocantur: quod quidem partim initiale sit, ac efficiẽs: partim adiũctũ atq; cõtinẽs, ut ulcus inguinũ atq; febris inde, & qd̃ cũ illo genere causar̃ q̃ ppetuo effectibus sui assidẽt, supuenit mox, digredit̃ ut lapsus a fractura. in summã quotiẽs aliquid incurrit, qd̃ suopte ingenio causa qdẽ rei sit, sed in mẽbra distictiõis cadere nõ possit, hoc nõ causã cõgeneris naturę, sed mochtherõ id est noxam & detrimentum appellare cõsueuerunt. q̃ uero tabificum quid dicere sit causam quoq; rei dicere tum uocabuli uis ostendit, tum multo certius ipsa res. Quid enim aliud excogitari quęso potest in quod eius mali culpa transferatur, quod ex canis rabidi uulnere consecutũ est, nisi uirus & natura ea, quæ ab animali egressa penetrauit in corpus? cum non perfrictio, non excalfactio, non lassitudo, non cruditas, non aliud quicq̃ inueniri possit, quod accuses. Quoniam uero in partitione illa causarum bicipiti, plurimum se mirantur, alias earum initiales uocando, alias continentes atq; iunctas. nihil mutamus. blandiantur & placeant in eo sibi. Fruãtur inuentione sua per nos, omnino dũ sciãt custodita ea quoq; nihilosecius futurum, ut rationi eorum facile respondeamus. fatemur uim tabificam in utrolibet distributionis eius fastigio posse constitui. originis propterea q̃ antecesserit effectum & quasi prius corpore substiterit continentem. quia dum affectus adest, adsit. dum abest, absit. ac de iis dixisse hac fini satis.

GENERA CVRATIONVM IN COMMVNE C.V

Constituendum autem pro certo est Tabificã potẽtiam, quæ intus sit in
c corpore ualidissimã esse causam cõtingẽtiũ malorũ, atq; hinc summa intẽtio regẽda. Sed anteq̃ ęrũnæ aut dolores exerãt sese multifariã colluctãdum cum maleficio erit, donec utiq; trudatur e corporibus. modo enim excernendum erit parte qua intrauit, modo tardandum adalligandumq; alicui membro, qd̃ e capitalibus non sit, priusq̃ in altum se dedat, perstringatq; contactu suo uiscera: Modo aliqua superbibenda: quibus acrimonia ueneni diluatur. Postq̃ peruicerint remedia, & libero cõmeatu per corpus euagari cœpit: ac excretio quidem ipsa: si mala fuerũt medicamẽta: detractione p uomitũ actitãda est. sin animaliũ pcussus: scarificatione, cucurbitulis, suctu, scalpro. Interdũ & mẽbri p̃cisione. retardatio autẽ & coerctio infusionibus & acriũ facultatũ iniectione sup uulnus. hæc autẽ simul & impediũt uirus & tẽperãt. Extingũtur uero & debellãtur omnia ea potionibus meracis uini & passi aut etiam cibis acribus aduersantis naturę. postremo auxiliat̃ iis & deductio alui & euocatio sudoris & quædã alia e cõmunibus

quę ſingulatim a nobis indicabuntur. Neceſſarium uero eſt nõ tabificã modo illã uim quæ ſubiit in uiſcera, ſpectari: ſed & magnitudinẽ uulneris & tẽpora, utpote ſecũdũ quę ratio medẽdi maxime uariari ſoleat, magnitudinẽ dico, quoniã ex animalibus quę ꝓcutiũt, delibutoriis itẽ uenenis alia uitã in diſcrimẽ ꝑſentiſſimũ adducũt, alia roſiones in ꝓfundũ agũt, alia ſummę cuti eas committũt, alia uehemẽtes ꝑ ambitũ excitãt dolores, alia obſcuros, alia difficultates & cruciatus alios, plus minuſq; apportãt. aduerſus pericula ualidiſſimis quibuſq; auxiliis protinus occurrẽdũ eſt. at in iis quę minus ſunt infeſta, mitioribus & blandioribus aggredi ęquius fuerit: Stultũ eſt enim in grauibus morbis ſegniores adhibẽdo medicinas periculum ægrotãtibus adducere. cõtra in leuioribus cõpẽdia remediorũ quærẽdo temere corpus affligere. nec illa tẽporũ obſcura determinatio eſt, aliud uehemẽter & ſine mora uexationes inuehit & ꝑicula, aliud dilationes habet maiores, aut minores. acutis occurrere feſtinanter & experiri plurima cõueniet. lõgioribus pedetentim. hactenus rationes artis in uniuerſum mediocriter attigimus. nũc a d ſingula partibus perſequenda uadimus.

CVRA CANIS MORSV INCIPIENDVM C. VI

Vſpiciũ uero a canis morſu capere uoluimus. quoniam animal id prętera q̃ qd̃ fœcũdũ prouẽtu familiareq; homini eſt, ſæpius & rabie corripitur atq; moritur. præterea & difficilis cuſtodia in uno eo habet̃ & periculũ irreparabile, niſi multipliciter obuiã ei malo itum ſit. in rabiem agũtur canes fere Calidiſſimis diebus ęſtatis. Aliquãdo & per hyemem gelicidiis & niue ortis algoribus. In Rabie auerſantur cibos & potum, pituitãq; ſpumoſam ex ore atq; faucibus profundũt. Tum & toruus illis oculus, & membra ſtrigoſa & corpus ſolito compreſſius. aſſultãt ſine latratu. Diſcrimẽ nullum, belluas & homines notos iuxta ignotoſq; mordent. A morſu nihil ſentitur, præterq̃ dolor merus ex uulnere: ſed proceſſu effectus ille accedit, qui pauor aquę hoc eſt hydropouos appellatur, cum neruorũ diſtentione ac totius corporis rubore præſertim oris: maximeq; tũ ſudoribus & faſtidio totus interęſtuat. alii tenebras quærunt. alii triſtitia meroreq; tabeſcunt. Alii delatrant ritu Canũ & obuiũ quẽq; dentibus appetunt: ut & qui ab iis mordẽtur in eundem perinde collabãtur furorem. nec pręterq̃ unus ſũmumue alter proditur ſuperuixiſſe, qui ita ſit cõmorſus. Si quidem Eudemus ſeruatum quẽdam teſtatur. Themiſonẽ uero medicũ. ſunt qui emorſum ab homine in Rabie affirment: Rabioſumq; inde factum euaſiſſe poſtea. Alii non morſum quidem ſcribunt, ſed dum pernoto cuidã percuſſo a cane, formidãtiq; iam aquas ſedulus aſſiſteret, calamitate amici plus nimio cõmoueretur, quaſi cõtagiõe actũ in rabiem & poſt multas difficultates ægre ad ſanitatẽ perductũ. negari certe non poteſt dirũ ac ſæuum genus morbi eſſe id. Cęterum anteq̃ affectus ille occupet & multos ipſi ſeruauimus & ab aliis medicis ſeruatos nouimus.

REMEDIA IN CANIS MORSV C.VII

Vratio alia communis: qua uti oportet contra omnium animalium uenenatos ictus: alia peculiaris eſt & ad canis tantum morſus pertinet: quę interim magnifice ſuccurrit: interim ſuperuacua eſt, atq; irrita, ut in iis: qui iam pridem uulnerati auxilia diſtulerunt: priore loco hanc: poſteriore illã cõ-

munem exponemus.Ergo fluuiatiles cancros ſarmẽtis albæ uitis cremabimus & tritos in cinerem condemus illico q̃ collibeat promendos:ſimiliter & radicẽ Gẽtianę tuſam cribratamq; reponemus.ſimul uero a cane rabido emorſus quis eſt: Ligulas ei duas cineris cancrorum & gentianæ unam in uini meraci quatuor cyathis ſubactas in modum polentæ dilutioris dabimus.a primo die Continentur in quartum:atq; hęc menſura cuſtodiẽda eſt quotiens ad initia uulneris arceſſimur. ſin dies a morſu prętériere bini terniue, tribus partibus quam primo die prącepimus, augere ſorbitionis modum oportebit.Eſt autem remedium hoc cõmune omnibus qui a rabioſo quoq; mordeantur:quo quidem aliqui uidẽtur ſolo fuiſſę cõtenti:propterea q; utendum magna fidutia eo eſt.qd' ſi aliis etiamnum præſidiis curationem hanc communire placeat:propter ineuitabilem fere, cum ea ſors incurrit, pernitiem, nihil prohibet quin & illa quoq; incommitatum hunc ſuppetias aduocare liceat. Melius enim eſt cruciatus inſignes & inhumanos quoq; pati etiã ſi fruſtrentur, incaſſumq; recaſura ſint auxilia, q̃ per inertiam ac deſidiam certum exitium operiri uelle.Nec uero timenda ęque ſunt ampla canum uulnera q̃ quæ puſilla uideantur & dilania cunculis ſimilia.quoniam e magnis uulneribus ſanguis qui turmatim & copioſus effunditur raro unq̃ eſt quin partem aliquam ueneni colluat.in exilioribus contingere hoc non poteſt:quotiẽs uero maiuſcula ea ſunt:carnes abſcedentes ſecari oportet, & margines uulnerum ſcalpiſtri acie circumfodi. carunculę porro:que in ſedem redierint:hamulo, aut uulſella præcidantur. utcunq; uulnus ipſum altiuſculo & incondito laniatu per ambitum excauari iubent.ut ſanguine ita numeroſo excito inferatur ueneno mora, ne ſubire poſſit in Vitalia. magnus & cucurbitulæ uſus eſt ad uirus exanimandum:ſi multo igni adigatur loco, ferrumineturq; uehementer.Efficaciſſima & uſtionis opera eſt.qd' ignis natura inter omnes ualidiſſima ſuperueniens impedit uenenum, ne arbitrio ſuo commeet, peruadatq; ultra: Simul uero pars eius aliqua intercepta eſt, ſcire oportet, non mediocre iactum eſſe fundamentũ curationis futuræ.Modo id agatur ut diu pateſcat ulcus: neq; oras eius coaleſcere cito patiamur. in quo reſpectu maxime prouidẽdum eſt, ut cruſtę decidant:ne hiatus ille celerius q̃ neceſſe ſit, coeat:quin ſi fieri poteſt, enitendum eſt, ut ad multum conſtituti temporis exulceratio tum inflammatione, tum ſordibus accenſa contineatur.prętabunt hęc ſalſamenta impoſita, & ulpicorum nuclei:& cepæ intrita ſed magnificentiſſime lac Cyrenaicum:Item Medicum & Parthicum. Grana quoq; Tritici commanducata uel in integra impoſita conſperſa omni madore illo aperiunt, Dilatantq; uulnus.ſunt qui medicamuim & Antipathiam ineſſe Tritici ſeminibus:quæ a ieiuno commãducata ſint, exiſtiment:quod quidem licet certum non ſit:uſus tamen eorum in tẽpore contemnendus non eſt.qd' ſi, ut ſæpe fit, cicatrices anticipent, perſaneturq; uulnus, anteq̃ legitimus dies adſit:manu adacta redulcerãdũ & diducẽdum erit, cogendumq; dehiſcere, aut carnibus circuitu ablatis deſectiſq; ferro, aut ad ignẽ quoq; repetitis.Si ita facto opus fuerit: poſt certum præſcriptũq; numerũ dierũ conſolideſcere permittimus:ſed emplaſtro:cui nomen eſt a ſalibus regionem illã omnem linimus & contegimus.Deinde intra paucos dies Sinapi locum exulceramus rubore.atq; hęc partis eius:unde pedem uenenum intulit, curatio eſt.

VICTVS IN CANIS MORSV C.VIII

Ed & ratio uictus quoq; perneceſſaria iis uidetur, uidelicet ut contrariis
s ueneno cibis ueſcantur: in quo utrunq; propoſitum queritur: & ut redun
det expugnetq; illud: & ne in altitudinem corporis prodire patiatur: ſi
enim accomodatus ſit: qui prębebitur cibus: impetum morabitur: quo tabes illa
peſtilens in corpus mergi properat: utrunq; uſum habet uinum meracum uetuſtũ
Item paſſum atq; lac, omnia enim hæc festinationem ueneni ad uitalia impedient:
& acrimoniam eius omnem hebetabunt. prodeſt & allium & porros & cepas eſſe,
quoniam tarde ſumptitentur aboleanturq;: & enim qualitas eorum per aliquot di
es manſitat, quando tabe illa non uincãtur: neq; uertantur in fugam: ſed occupẽt
atq; ui contineant. utiliter & antidota miniſtrantur & paſtilli Theriaci, tam iis
qui eupatorius, & qui mithridation uocatur q̃ cæteri. quicunq; de odoribus mul-
tis componi ſolent. Eſt enim odoramentorum omnium natura immutari, cor-
rumpiq;. difficilis proinde uis eorum in corporibus diutiſſime continetur: Et hęc
uictus forma. Sciendum eſt horrorem aquę, ut nullum præſcriptum conſtitutũq;
tempus habet: quo erumpat: ita plurimum a quadrageſimo die ſuperponentes &
remedia differẽtes aggredi. aliquãdo & orbe ſemeſtri acto, plerunq; poſt annum..
quæ omnia ipſi uidimus. tradidere aliqui & a ſeptimo demum anno comparuiſſe

DE CVRATIONE MORSVS CANIS POST PRIMOS DIES CVIIII

Actenus expoſita curatio, qua ſubinde q̃ morſus quis eſt, uti conuenit.
h Q d' ſi primis diebus prę ſidia hæc ut cunq; neglecta fuerint: circuncidi
quidem carnes, aut candentibus ferramentis exulcerari non erit neceſſe:
quia occaſionem præteritam nunq̃ ſatis retro per ea traxeris. quãobrem nec utili
tas extitura inde ulla eſt: & corpora in uanum cruciabuntur doloribus. Itaq; mo-
dum curationis alium quæramus: purgationem uidelicet: quæ maximum afferre
poteſt adiumentum. immutant enim affectum illum corporis mouendo, agitãdo-
q;. facit hoc potio Hieræ diacolocintidos uocatæ. Facit & lac ſciſſile, tam excer-
nendi effectu q̃ temperandi uim atq; impetum ueneni. acria & potiones meracæ:
nullo non die ad hebetandum & ſtringendum ueneni acumen ſumãtur. ſuper hæc
deſudatio: quæ cibum & antecedat & conſequatur excitanda erit Dropace ac ſi-
napi toto corpore: ſed ante cuncta nobiliſſimum eſt ueratrum, quo & q̃ fidentiſſi
me utendum monemus: non ſemel aut bis: ſed ſępiſſime, ante quadrageſimum diẽ
maxime: ſed & poſt numerũ eũ dierũ. Tantus enim remedii huius ꝓfectus, ut qdã
ex incipientibus aquam expaueſcere, ſeruati reperiantur ueratro in prima timo-
ris acceſſione præbito. qui uero iam oppreſſi morbo eo ſunt, leuari pręterea nul-
lo modo poſſunt. Quę curatio eſſe deberet aduerſus rabioſi canis morſus, & quã-
obrem hęc ante alias in frõte collocanda fuerit, per initia docuimus, nunc ad re
liqua tranſeũdũ nobis eſt. In quo primũ ſigna eorũ atq; notas ꝑfatione una iun-
ctaq; mõſtrabimus: Deinde curatiões oĩbus cõmunes ſimiliter in unũ cõtrahere
ſtudebimus. ad poſtremũ remedia ſingulorũ: quæ priuatim qbuſq; accomodata
eſſe uideãtur, ſubiũciemus. indicãdis ſimul & iis: qbus omnio leuiter occurri põt.

LIBRI SEPTIMI FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0266-7
DFG

PEGACI DIOSCORIDIS ANAZARBEI DE NOTIS EORVM QVOS ANIMALIA VENENATA MOMORDERINT. LIBER. VIII.

SIGNA PHALANGII C.X

Bi Phalangium nocui, trubor loco affunditur: qui & compuncto similis fit: sed neq; increscit tumore: neq; percalidus efficitur: Sed
u contra potius modice Humescit & sentitur frigidus. Comitatur tremor toto corpore. Tentio genitalium & poplitum similis spasmo. circa lumbos contractio: crebra urinæ eiiciendę cupiditas. Difficilis & tarda recrementorum uentris egestio. sudor alsiosus. innumeris totius corporis cacuminibus excernitur dilachrymatio oculorum, & quędam hallucinatio cooritur.

SIGNA SCOLOPENDRÆ, SIVE OPHIOCTÆNÆ C.XI

Morsis a Scolopendra siue Ophioctæna locus ambitu colliuescit. & ero
e ditur. rarum uisu est, ut feculentus & rubens appareat. exulceratur autem sponte sua initio: eaq; exulceratio laboriosa & propemodum incurabilis efficitur: præter hæc prurigines toto corpore sentiuntur.

SIGNA SCORPIONVM C.XII

Corpione ictis continuo uulnus inflammatum durescit: rubescit, liuore
s obducitur: dolorem affert: alternisq; uicibus modo accenditur calore: modo excipitur frigore: iam uexatio repętina & instabilis: p uicesq; modo uehemens modo languida. sudant: rigent & contremunt. frigeratis extremitatibus: inguina subriguntur: tubercula in sede nascuntur: pili horrescunt: ora discolorantur. Dolores cute tota quasi compunctis acu formicant.

SIGNA PASTINACÆ MARINÆ C.XIII

Astinacam marinam comitantur dolores inextricabiles: neruorum di-
p stentiones: molestiæ: langores, & alienatio mentis, obmutescentia, oculorumq; caligines, locus & partes propinquę circuitu nigrescunt. sensu tactus erepto: & si quis eleuat: saniem pullam & crassam, graueolentemq; reddit.

SIGNA MVRIS ARANEI C.XIIII

Vrem araneum detegit inflammatio loci & pustula nigra extuberans: sa
m nie aquosa madens, & partium in uicino liuor. pustula ea dissiliente corripit locum nome: qualis ab iis quæ serpunt. cum iis & tormina intestinorum succedunt & urinæ difficultates & frigidæ corporis aspergines.

VIPERARVM SIGNA C.XV

Iperarum ueneno inflantur corpora: uehementerq; siccescunt: colo-
u rem trahunt subcandidum. sanies e uulnere primum fere oleosa: deinde sanguinolenta funditur: pustulę ambustis similes, Mox nome occupat per ambitum lateq; uicina omnia depascitur. Nec summa cute modo uaga. Sed & in altum descendens. Contingit iis & gingiuas sanguine suffundi: iecur in

flammari:tormina & uomitiones biliosas moueri.accedit ad hæc tremor & grauitas capitis soporifera: substillum urinæ, frigida sudatio.

SCYTALÆ ET AMPHISBÆNÆ SIGNA C.XVI

Similia eueniũt iis.quos scytale amphisbęna uemomorderit:Et eadẽ auxi
s lia fere quæruntur.ideoq; hoc genus indicari mẽtione ꝓpria nõ meruit.

DRVINI SIGNA CXVII

Ctum Druini uehementes dolores & pustulę in locis eius excipiunt indi
i demq; aquatica eluuies abstergitur. sequũtur rosiones atq; tormina.

HÆMORRI SIGNA C.XVIII

Vos Hæmorrus ferierit ualidis opprimũtur doloribus: præterea & cre
q bris:nec nisi breuissima q̃dã interstitia p̃bentibus.e loco ictus liquor mu
tus excernitur:& si qua parte corpis aliqua cicatrix fuerit:sanguinẽ manare cogitur.Egestio quoq; alui sanguinolẽta est:& qui parte illa sanguis exit cõcretus, cõglobatusq; cernitur:iidẽ & de pulmonibus sanguinẽ extussiũt in uomitiones sine remedio effunduntur.

DIPSADIS SIGNA C.XIX

Ipsadis morsus comites sunt tumor qdã solutus:sitis cõtẽta uehementer
d nũq̃ explebilis:nũq̃ interqescens. ꝓinde qui ita sunt affecti potũ hiãti ore
trahũt:semperq; in principio desiderii eius sunt, tãq̃ si nihil adhuc bibissent.proinde similes toto illo habitu aguntur haustus:ob id ipsa Dipsas ab aliquibus prester, ab aliis causos uocata est.

SIGNA HYDRI C.XX

Lcus ab natrice hoc est ab hydro illatũ ampliatur subinde ac liuescit. sa
u nies eius redundans atra peminosaq; ceu ex nome.

CENCHRI SIGNA C.XXI

Enchros ictum molitur similẽ uiperæ.sed cõsequitur erosio. intumescũt
c primo carnes ut in hydrope:mox defluũt p orbẽ.tũ quasi lethargo exci
piuntur & pręcipiti somno corruũt.afficit iis iecur & intestinũ ieiunũ & lõgauo ut Herasistratus putauit.nã cõsectis iis uitiatas partes eas reperiri tradũt.

CERASTÆ SIGNA C.XXII

I feriãt cerastę:locus attollitur, duraturq; pustulis.uaria inde sanies:mo
s do nigra:modo subpallida ruffescit toto eo tẽpore.in iis genitalia tẽdũ
tur:excessus mẽtis excipit: caligãt oculi:tandẽ intẽtione, rigoreq; neruorũ cõuulsi moriũtur.

ASPIDIS SIGNA C.XXIII

Vlnus aspidis puncto acu facto simile est omninoq; per exiguum ægre
u ut appareat, adeo nihil tumet sanguis inde non copiosus:sed breuis ater
q; distillat. oculi celeriter obscurantur.corpus totum multiformiter:sed omnino leuiter laborat:non sine quadã uoluptate, ut Nicãder poeta recte dixerit.

Eripiturq; homini sine sensu uita dolores.

colos parum elegans herbaceus ac maligne uirens.tremor cordi modicus.Frons identidem cõuellitur: palpebris nictãtibus & ereptis ut in somno sensibus.inter has notas matura mors appellit:ne diei quidem tertiam partem morata.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0268-9 DFG

SIGNA BASILISCI C.XXIIII

E Basilisco Herasistratus in libro de mortiferis facultatibus ad uerbum
d ita scripsit. Quotiens basiliscus quem momordit, Aureo colore plaga
suffunditur. Quæ signa de animalibus uenena morsu Iaculantibus se-
quantur, Iam dictum est. Nunc ad curationes oratio se nostra uertat. Communi-
bus earum primo quoq; loco demonstrandis.

CVRATIONES COMMVNES C. XXV

D omnem morsum Homo adhibendus est, qui Vulnus ore suggat. Sed
a is neq; Impransus neq; Ieiunus quęritur. Colluerit etiam os uino & olei
modicum in eo continuerit oportet. postea tutus ita munitusq; accesse
rit. Locus ipse fouendus spongia est & intus Scalpistro laciniandus altiore lania
tu, quo magis ex profundo confluat materia. Excarnificatio quoq; uulneris per
orbem & excisio melius proficiet. Vtilitas earum rerum duplex est. Vna q̃ uirus
in loco eo inuentum eximitur. Altera q̃ pars ueneni: quæ uiam capescere ad inte-
stina ceperat: sanguine diluitur. Verum si hæc remedia locus non recipiat: admo
liri cucurbitulas oportet, easq; multo igni adigere corporibus. Ratio quoq; ure-
di proderit: de qua in mentione Canis Rabidi pręcepimus. Quod si pars, quę ui-
tiata est habilis præcidi fuerit, separanda erit ferro sine aliqua hęsitatione, In
omnium quidem bestiarum uulneribus, præcipue uero Aspidis & Cerastes ac si-
milium. Quę uero aptissime iis imponantur, hęc sunt: Cinis uitigineus, aut ficul
neus cum Lixiuio Cinere consperso. Item cum garo acri salsamentisq; porri: ce-
parum & alii quæcũq; genera. Hæc modo trita tantum illinere: modo Cremata
iniicere conueniet. Gallinaceum quoq; pullum spirantem diuidere per medium
Iubemur, & ita ut Tepebit, super uulnus imponere: quod quidem aliqui uidentur
usurpasse quasi carnes eius aduersitatem uenenis habeant. Sed ratio in promptu.
si quidem Gallinaceorum tam calida est natura, ut nũmos Æreos quos deuorent
absumant obliterationẽq; signo afferãt. Idẽ siccissimas fruges peragũt. harenas
& lapillos gutture oppleto concoquũt. Igitur ad calorẽ animalis eius spiritu par
tis quæ læsa est eius: quasi recreato cõualescẽteq;, una cũ eo, uenenũ quoq; ipsum
foras exigitur. Scitũ est & illud, quod Ægyptii per triticeas messes faciunt. ficti-
le secũ habeat cũ pice: linamẽtũq; in fictili suspensum, quia tũc serpentes maxime
Infesti sunt, q̃ & tempus anni facit: nec caueri possunt in tanta densitate fruticũ
ac satorum: quę quidem Pestes in Ægypto passim frequentesq; nascuntur multo
q̃ cęteris in locis peiores. Quotiens aliquis offensa Serpente, aut onere lacessita
pedem aliudue membrum conuulneratus est, linamentum illud protinus demer-
gunt in fictile, oblinentesq; pice cubito aut Tibiæ paulo supra sedem uulneris
iniiciunt, ita ut semel iterũq; fascia circumeat. Tum assidentes duo uehementer
astringunt, dein locum per linamenti eius oras incidentes superinfundunt picem
& cum esse satis arbitrantur fascia exempta, Ceparum aliarũq; rerum, quas dixi-
mus, Emplastris excipiunt. hęc illi habent auxilia. Sed & Pix liquida per se cum
Sale trito excalfactoq; imposita egregie opitulatur. In quo tamen nouari eam
Interpolariq; sedulo conueniet. Ad idem faciunt & Cedris & Caprarum deco-
ctus in uino fimus. Vtile est & calido foueri aceto & calaminthę succo in Vrina

uel mari uel aceto salso decoctę. Sunt & Emplastra quædam excalfacientissima & quę immissum uirus cum opprimere, tum discutere posse uideantur: cuiusmodi sunt quæ constant ex Sale aut nitro: Sinapi: canchrye: quæ omnia deinceps & ordine quodam imponenda erunt uulneribus. Non iniuria uero Herasistratus reprehendit eos, qui quædam genera medicinarum ignota peregrinaq; Rimãtur: describuntq; in remedia ut Elephanti fel, Sanguinem & oua Crocodili & huiusmodi complura, per quæ uidentur quidem illi nouis rebus instruxisse medicinã: sed qui cõmentarios eorum adierunt, Solis iis decepti circũscriptiq; noscuntur. Quamobrem repudianda sunt omnia ea: quę facilia inuentu futura sint, nisi regibus: nec longi temporis obseruatione: inter confessas utilitates referri potuere. Nobis: quę cõmuni usu prosint & quę parabilia sint omnibus, indicare studiũ est. Qualia sunt astragalus feris eryci: quæ cum aceto potę contra omnium Serpentium uenena præsidio sunt. Iam bitumen & pilulæ Platani uirentes in mixto coctæ, radix Eringii & Aristolochię: paliuri ius decocti. Lauri Baccę coctę commanducatęq; Anethum: Ruta Cyclaminos: Coma Porri per se cum pane: aut Allium aut Cepa: Salsamentum quo uehementius hoc prestantius. Decoctum Origani ex uino: Item Fœniculi: Calaminthæ, Pulegii. Succus porri cum melle in sorbitiones: & hæc ex herbarum satorũq; genere uenena domant. Ex animalibus uero cerebrum Gallinacei: quo uescantur. Coagulum Leporis: quod in uino bibant. Castoreum æque in Vino unciis duabus. Testiculi marinę testudinis. Mustella sale inueterata: sed requiritur, ut prius conscerpta fuerit detractis interaneis, & cum inaruerit sale macerata sit: Ex ea denariorum duorum pondus prębetur in uino percussis. Hæc e simplicibus medicinis auxilia. Conuenient uero & purgationes per aluum & desudationes corporum & copiosa urinæ deuocatio. Sunt & compositę potionum quæ inter cõmunes utilitates aduersari Serpẽtibus ferantur. Opii obolum. Myrrhæ tantũdem: Piperis uncias duas melle colligimus, Ægyptiæ fabę magnitudinem in uino propinamus. Alia fictio est Sylu ris rutę seminis, Git, Cumini Æthiopici Galbani: Aristolochię omnibus molitis & succo Erucæ in Orbiculos denarii pondere digestis Semihemina in Vino danda percussis. Curationes in uniuersum hę sunt. Nunc singulis bestiarum generibus singulæ medendi rationes opponentur.

VESPARVM CVRATIO C. XXVI

s Igna e Vespis & Apibus iccirco nulla reddimus: quoniam uulgo essent notissima: neq; prę cipuũ quicq̃ habere uiderentur, quod obseruari utiq; potuerit. Curatio tamen a nobis prætermitti nequaq̃ debet. Ictibus uesparum & Apum si malua illinatur, Item farina Ordeacea cum aceto, aut si lac e ficu instilletur, aut si Salsugine aut mari foueris, occurritur.

CVRATIO PHALANGII C. XXVII

c Ontra Phalangium cinis ficulneus ex uino cum Sale trito: aut Radix Punicę sylueſtris trita imponitur, aut malum Terræ cum farina ordei aceto madefactum: Marina quoq; ulcus fouendum aut Citraginis decocto: cuius folia etiam lita proderunt. Tum sępe homo demittendus in Solium est: propinandũq; ei semen Abrotani Anisum: Aristolochia: Cicer sylueſtre. Cu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0270-8 DFG

minum Æthiopicum. Fructus Cedri contritus. Cortex Platani. Semen herbę Trifolii. singulorum par modus drachmis duabus in uini hęmina. datur & Tamaricis fructus & Chamępitys & Pilularum cupressi uirentium decoctum temperatum cum uino. Tradunt aliqui & Cremorem expressi fluuiatilis cancri cum Lacte addito Opii semine molestiam illam continuo discutere.

SCOLOPENDRÆ CVRATIO C. XXVIIt

s Vper uulnus Scolop endrę iniiciendus est cum aceto Sal intritus. Aut Ruta in farinā facta. locus foueri aceto salso debet. Potio salutaris in uino ex malo terrę aut Serpyllo, aut Nepita, aut syluestri Ruta.

SCORPIONIS CVRATIO C. XXIX

s I Scorpius Enocuit: illico medebitur Lac e ficu instillatum uulneribus. In remedio erit & Scorpio qui læsit cōtritus & super locum impositus, tanq̄ iniuriæ suæ uindex & perniciem quam intulit, corpore suo luens: dominante illa rerum dissidentia ut constat. Prodest & Scorpius quicūq; tritus cum sale ac Lini semine: & Althea herba impositus. Sulphur quoq; uiuum in Resina Terebinthina Emplastri uice iniectum. Leuabit æque & Galbanum splenii more additum & Calamintha trita illita, & farina Ordeacea ex Vino in Rutæ succo decoctę. Semen quoq; Trifolii cōmanducatum protinusq; ab ore impositum opem feret. Et localis quidem curatio hęc est. Vtendum & potionibus quæ in genere hoc efficacissimę habentur. Malum terrę drachmis duabus in Vino prę̄sertim ex Cortice. Gentiana quoq; tusa & Pulegium per coctum. Baccę Lauri tritæ numero exiguo. Calamintha in posca. Sed hęc in eo genere hoc est in posca discoctā diu quęrunt: Item Cupressus in uino, aut Ruta. similiter & ficorum Lac & Silphium si sit. si non sit, parthicum laser. Solet & Trifolii succus cōmendari ad potum & semen Ocymi. omnibus iis utilitas par est ea quę de balneis frequentibus consequitur cum euocatione sudoris & potione uini cum mixto.

PASTINACÆ MARINÆ CVRATIO C. XXX

a T quos Pastinaca marina demomorderit, iuuabunt fere omnia: quę cōtra morsum Viperę monstrabimus.

DRACONIS ET SCORPIONIS Marini Curatio. C.XXXI

u Irus habent & Draconis & scorpionis marini plagæ: a quibus & dolores sępe graues oriuntur: sed raro excipiunt nomę. Contra eas potu dat Absinthiū: saluia, sulphur uiuū ex aceto distritum. ipsum quoq; animal: quod percussit, dissectū exēteratūq; & super Vulnus impositū ictus suos sanabit.

MVRIS ARANEI CVRATIO C. XXXII

i Niurias Muris Aranei Galbanum cum aceto tritum pro splenioq; impositum sedabit. Item farina ordeacea cū aceto mulso illita. Ipse quoq; mus diuulsus iniectusq; uulneri pro remedio futurus est. Vtiliter & porrum coctum & allium tusum illinitur. Inter auxilia est & salsa feruenti aqua fouisse. Localia hęc. Potu uero abrotonum decoctum & in Vino exhibitum medetur. Laudantur & serpillum & Galbanum & Eruca ut uino diluantur, bibanturq; ita. Eundem effectum & pilulis cupressi tenerrimis ex acetoq; deuoratis reddimus. Eundem Rapo terræ in aceto mulso: eundem Pyretro in Vino, aut Radici cha-

mæleontis. Quidam contritum murem araneum potui dant: quod nos in auctoribus inuentum admonitionis tantum gratia intulimus. Nonnulli tradunt non aliter exulcerari solere, qui sit percussus, q̃ si mus Araneus pręgnans momorderit. tum enim pustulas dehiscere atq; ita demum remedia ualere prędicant.

AD VIPERAS CVRATIO C. XXXIII

p Ericula Viperarum tolluntur caprino fimo diligenter subacto ex uino. Similiter & lauri baccis & abrotono & galbano spleniatis uulneribus. Pollet & Origanum recens dilutum & Carnes Pulli gallinacei auulsæ, atq; ita ut calebũt, admotæ loco. Itẽ farina erui accepta in uino, & Raphani cortex Tusus uerberatusq; uehementer, ita ut maxime tritus sit. Scilla quoq; tosta & Chamęmillum tritæ, & farina Ordeacea ex aceto mulso pręparata calido uulneribus ante fotis. Atq; hęc forinsecus remedia. Prodest autem in uino & rubus. Quidam arbitrantur & anchusam tenuiorem bibendam. Datur & Coagulum leporis in uino efficaciter. Et succus Porri hemina in meraco uino & Melyssophylli succus ex foliis & Ruta sylueſtris, atq; omnia hæc perinde ut priora in Vino. Ipsum quoq; uinum per se ut sępius sumatur necesse est: conducit & allium cepas ac porros teneriores comesse. Salsamenta quæq; acerrima preciosissimaq;. Hactenus simplicia remedia. Nunc factitia: inter quæ probatissimum: quod Myrrha, Pipere, Castoreo: Portulacæ floribus & semine acetabuli dimidio constat. Hæc omnia in passo cretico aut alio e Nobilioribus subigenda sunt. Adiecit iis Herasistratus libro illo suo de Facultatibus mortiferis & alia quædam pluscula: quibus uenena uiperarũ frangantur. Sed laudatissima & hęc sunt. Cerebrum gallinacei potum in uino. Semen satiuę brassicę acetabuli mensura tritum in uino. Egregium est & digitum pice liquida intinctum colluere uino ac bibere. Hęc uiperę potissimum resistunt.

AMPHISBÆNÆ CVRATIO C. XXXIIII

d E Amphisbęna in loco meminimus: subiicientes morsum eius remediis quibus uiperarum maleficia purgantur.

DRVINI CVRATIO C. XXXV

p Lagas Druini malum terrę in uino potum leuabit & herba Trifolium & Radix albuci: æque in uino sumpta. Fructus e Robore generis cuiuslibet. Radices ilicis Tusę ac litę loco pręsidiũ afferre cõsueuerunt.

DIPSADIS ET HÆMORRI CVRATIO C. XXXVI

i Ctus ab hæmorro & Dipsade multi ueterum conclamatos & incurabiles esse putauerunt. Hinc inopia remediorum: quę priuatim aduersus ea faciant. Ergo experiri cõmunia relinquitur: sed ante omnia dilaniatio & candentia ferramenta & membri, si locus patitur, pręcisio quęrenda. Mox acria illa imponere licebit: de quibus sępe dictum est. Scimus & cibos uehementes prodesse pręsertim inueteratos sale. In remedio sunt & potiones meracę & ut in soliũ homo sępius descendat, repetendo & Cętera quę superius indicata sunt, ex interuallis iisq; breuiusculis, anteq̃ notę morbi eius dirę illę ac miserrimę corripiant. simul enim occuparint, nulla demum opera medicorum spectanda erit. Contra hæmorrum quoq; ratio eadem pręcipitur. Confugium ad communia est

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0272-0 DFG

habendum. Ea ſunt ſcalpellum, uſtio: acrementa in cibis, potiones Meracæ: demum quæcũq; ad dipſadem fieri monuimus. Prçter omnia ea, compertum eſt & folia uitium decocta cum melle: atq; trita profeciſſe.

HYDRI CVRATIO C. XXXVII

B Hydro percuſſis Origanum terendum ex aqua & Lexiuium ex Oleo
a ſubactum, & Cortex ſiue Radix querna in puluerem contrita, & farina Ordeacea cum Melle macerata. Propinatur uero Malum terrę binis drachmis in poſca Cyathis ſex, aut ſuccus Porri, aut decoctum alterutrius in uino. Eſt & ſua recenti fauo gratia cum aceto.

AD CENCHRVM CVRATIO C. XXXVIII

Vlneribus a Cenchro factis ſemen Lactucæ cum Lini ſemine illitũ me
u detur. Probamus & Thymbram & Rutam ſylueſtrem. Item Serpyllum cum albuco. Potu uero ſtatim præbenda radix Centaurii drachmis duabus in Vini Cyathis ternis, aut Radix Ariſtolochię. Similiter Cardamomum gentianaq;.

AD CERASTEM CVRATIO C. XXXIX

Ctus Ceraſtæ aſpidiſq; prçciſio membri celeriter ſanabit. Quamobrem
i differenda hęc non eſt: aut certe partes morſas ſtatim excarnifica in orbem quemadmodum & propinqua iis oportet. Deinde cauteriis utendum in ea quæ manſerunt. Et enim uirus iis perinde ut Baſiliſco infeſtum.

ASPIDIS CVRATIO C. XL

Duerſus Aſpidem eadem quæ aduerſus Ceraſtem ualebunt. Hoc uene
a num ſanguinis Taurini modo, poſitum in uenis ſanguinem atq; ſpiritum Ocyſſime coagulat. Inuicemq; coagulatur ab iis: quod quidem in Baſiliſco quoq; uerum.

AD BASILISCVM CVRATIO C. XLI

Ercuſſis a Baſiliſco prodeſſe fibroq; teſtes denario ponderis ſumptos in
p uino auctor eſt Heraſiſtratus. In auxilio eſt & Lachryma Papaueris: Et hęc contra Serpentes prçceptio: quã Theriacem uocari prçdiximus.

FINIS. VIII. LIBRI DIOSCORIDIS DE VENENIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0273-6 DFG

DIOSCORIDIS

IN CODICIBVS REPERIVNTVR ET HÆC QVÆ SEQVVNTVR QVÆ TAMEN DIOSCORIDIS ESSE NON ARBITROR.

Febres Anthemis trita & cum Rosaceo diluta sanat. Vtilis uero ea & mediocriter ualentibus. Nascitur insabulis planta breui speciossima & Medicis gestatu æstate incipiente gratissima.

Rhamnus si quis effossam in coitu lunæ eam sole contineat contra medicamēta & maleficos homines tuebitur. Pecori quoq; adalligata & nauigiis circūdata defendit a periculis. Auxiliatur & capitis doloribus. Eadē phaunos occursusq; malos abigit. In secūdo siccantiū ordine est. In primo refrigerātiū fine.

Artemisia herba manu uiatori contenta in itinere discutit lassitudinem in pedibus gestata. Nocentes feras & dęmones fugat. Si sanguis duratus circa articulos sit, ramulos Artemisiæ cum Rosaceo in fictili olla decoquito. Et hominem totum cum pergit cubitum perungito. Magnifica feminarum medicina laborantium locis. Vrinæ tormenta Opisthotonum & Rupta compescit. In siccando proximi gradus a primo est. In calfaciendo, aut primi Cremēto aut secundi principio.

Herbam pentadactylon qui circa corpus ferunt indefessi durant, Oculos, strumas, tonsillas, uuam, subiectas linguæ partes, articulos neruorum dolores, ac dentes iuuat. Psoras ex inedia, menses a puerperio subsidētes illitum recurat. Ex aqua tepida in manus affundit excellenti remedio cōtra tumores fascinationes ac dęmonia. ob quod carpenda solis ortu pręcipit luna crescente.

Peristereon, qui rectus est cogit neruum hominis subrigi, contra: qui pronus sit, remitti & inarescere. Rectus adalligatur contra oculorum dolores. Facit & ad caligines & ad capitis molestias. Lassitudinē cū aceto infricatus refouet, strumis tonsillis momento succurrit. in horrore utile est ut ramulos ex eo in manu quis habens ex aduersum algentis solis insistat. momēto curabitur.

Dictamnus arefacta si manibus in farinā teratur mox stilla uini adiecta corpus tangatur, Aduersus omnes serpentes tutum hominem pręstabit. Vlcera & putres nomas purgabit: explebit. Proficiet & ad infixa corporibus tela. Leuabit enim ea protinus q̄ lita fuerit. Lieni & inflammationibus partium conditarum polentę modo imponitur. Foditur uere calidissimis anni temporibus & autumno.

Saluia dissoluit ardores & tusses. Vlceribus malis cum Rosaceo & Cera subigitur. In lienis dolore dysenteriaq; in potum datur. Et cum ea uini albi par modus. Sanguinem expuentes in potu sanat. Ad desideria feminarum in partu efficax. Pessimę mulieres admota ea in lana conceptiones eiiciunt.

Cyparissus herba tonsillis, faucium, pituitæ, Auriculis medetur. aquam intercutem & coxendices curat.

Centaurion inflāmationibus prodest. In cussa uulnerum iuuat. mulieres intermori solitas, Distillationes urinę. Caculos sanat. Tollitur uere solis emersu.

Buphtalmon uellitur augente se luna. Formidines, dęmonas, mala medicamen-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0274-1
DFG

ta defaſcinantes aueruncaſſit. Pituitam dentium reſiccat cõfeſtim, ſi quis pro tinus radicem manſam expuat. Aluum trahit.

Pęonia herba legitur flagrantiſſima æſtate ſub canis ortum anteq̃ cõpareat ſol abinde ſuſpenditur. Aduerſa medicamentis faſcinationibuſq;. Nocturnos metus, Lemures incurſuſq; finit. Febribus ex algore nocturnis, diurnis, quartanis medetur. Aiunt in monte quodam infeſto dęmonibus nata repente Pęonia retro abiiſſe refugiſſeq; tedia illa.

Polion qui geſtant. neq; admonitiones lunę nec laſſitudinem ſentiunt. Eadem cũ aceto trita & infuſa pedibus arcet extremitatum podagras.

Moly herbam cum radice ſua pręciſam geſtantibus nec faſcinationes nec uneficia enoxare poterunt.

Marina quercu intermeſtri luna cum Roſaceo admixta faciem perunge: quotiẽs negotium capeſcis: bonos pręſtabit euẽtus. Immo quoq; uentri geſtata ſobolem promittit. Habenda eſt & per noctes ad metus faſcinationum & omniũ quę officiant abſolutorium amuletumq; corpori. Quãtum enim uenefici homines recedunt, tantum & illa ſe contrahit. Contra ſi prope accedant, dehiſcentibus ultro ſurculis periculum imminere ſignificat.

Chryſanthemon. Si a terra tollas ante ortum ſolem & circũalliges corpori. uel ſuſpendas e collo: ueneficas mulieres & faſcinationes cunctas amolietur.

Irio tritus in uino in dolore alui bibatur. Diſcordialis ea domibus. Nam grana eius. vii. In ædes abiecta iurgium & uelitationes creabunt.

Hierabotane & thiabotane dicitur: quam & aglaophontem uocant. Vulgo autem ſeleneam. Romani lunariam.

Elleborine alii Epipactis alii Borion. Parua herba, foliis exiguis. Iocinorum uitiis utiliſſima & contra uenena pota.

REGISTRVM

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y

Omnes ſunt terni pręter Y qui eſt quaternus.

Excudendos Venetiis Hoſce Dioſcoridis libros octo Aloiſius & Frãciſcus Barbari & Ioannes Bartholomęus Aſtenſis Curarunt in Gregoriorum Fratrum Officina Hermolao Barbaro Patritio Veneto & Aquileienſi Patriarcha interprete Lauredano Principe optimo Kal. Februariis.

.MCCCCC.XVI. RESTITVTÆ SALVTIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0275-7 DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193545-p0276-3
DFG

Abalandicus lapis.cor. c. 988.
Abies.c.95.96.cor.c.155.160.
Abiblabon cap. 543.
Abylça.cor. cap. 141.
Abiegnę trabes.cor. cap. 160.
Abietarii. cor. cap. 160.
Abiga. cor. cap. 605.
Abœblabon cap. 567.
Abortum faciẽtia.c.117.130.285.
349.355.397.399.400.402.564.
576.577.767.790.802.805.
909.913.
Abortui. attributa. cap. 111.
Abortus remedia ca. 109.524.
Abrotõnon. cap. 453. et. cor.
cap.452.453.
Abrotonó attributa. cap.668.
Absinthiũ rusticum cap. 450.
Absinthiũ.cap. 450.453. & cor.
capi. 450.
Absinthium Choricon.c. 430.
Absinthio attributa. c.433.554.
Abscessus remedia.c.303.365.389.
465.530.553.652.740.
Absinthites. cap. 450.
Absinthiũ seriphium.cap.451.&
cor. cap. 451.452.
Absinthiũ marinũ. ca. 451.453.
& cor. cap. 451.452.
Absinthium santonicum. 451.
452.& cor. cap. 451.452.
Absinthiomenon. cap. 453.
Absinthium ponticum.cap.453.
& cor. cap. 451.
A calypha. cor. cap. 707.
Acanos.cor. ca.434.448. 474.
Acatalis cap. 107.
Acatera cap. 108.
A cacalis.cap. 126. & cor. 126.
